


A N N A L E S

ACADEMIAE RHENO-TRAIECTINAE.

Ann. CIƆIƆCCCXXIV—CIƆIƆCCCXXV.

ANNALES

ACADEMIAE RHENO-TRAIECTINAE


Ann. CIƆIƆCCCXXIV - CIƆIƆCCCXXV.

IODOCO HERINGA, ELISAE FILIO,

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICO,

IOANNE HENRICO PAREAU,

SENATUS GRAPHIARIO.



TRAIECTI AD RHENUM,

APUD IOANNEM ALTHEER,

ACADEMIAE TYPOGRAPHUM.

MDCCCXXVI.

HOC ANNALIUM VOLUMINE CONTINENTUR:

Responsiones ad quaestiones propositas,

PETRI HOFSTEDE DE *GROOT, ad quaestionem Theologicam;*

HERMANNI SCHULTZ, ad quaestionem Iuridicam.

AN-

ANNALES

ACADEMIAE RHENO-TRAIECTINAE

CIↃIↃCCCXXIV - CIↃIↃCCCXXV.

§. I.

In Academia Traiectina, *a die* XXVI *Martii A.* CIↃIↃCCCXXIV *ad diem* XXVI *Martii A.* CIↃIↃCCCXXV, *munus obierunt docendi*,

THEOLOGIAM

HERMANNUS ROYAARDS, *Emeritus*,

IODOCUS HERINGA, EL. F. *h. t. Academiae Rector*,

GABRIËL VAN OORDT, *honorifice et ex voto suo dimissus*,

HERMANNUS BOUMAN,

HERMANNUS IOHANNES ROYAARDS, *Professor extraordinarius.*

IU-

IURISPRUDENTIAM

Hermannus Arntzenius,
Ianus Richardus de Brueys,
Cornelius Adrianus van Enschut.

MEDICINAM

Ianus Bleuland,
Nicolaus Cornelius de Fremery,
Bernardus Franciscus Suerman,
Ianus Isaacus Wolterbeek,
Philippus Franciscus Heyligers, *Professor extraordinarius.*

PHILOSOPHIAM THEORETICAM ET LITERAS HUMANIORES

Philippus Guilielmus van Heusde,
Iohannes Henricus Pareau, *h. t. Senatus Academici Graphiarius*,
Antonius van Goudoever,
Adamus Simons.

. . . .

MA-

MATHESIN ET PHILOSOPHIAM NATURALEM

NICOLAUS CORNELIUS DE FREMERY,
GERARDUS MOLL,
IOANNES FREDERICUS LUDOVICUS SCHRÖDER,
IANUS KOPS,
THEODORUS GERARDUS VAN LITH DE IEUDE,
Professor extraordinarius.

LECTORES:

SAMUEL NYHOFF, *Linguae Graecae Lector*,

GERARDUS DORN SEIFFEN, *Literarum Humaniorum Lector*,

MARIE FRANCISCUS XAVIERIUS D'ANGELY, *Literarum Gallicarum Lector*,

CAROLUS THOMPSON, *Literarum Anglicarum Lector*,

FREDERICUS LOMBARDI BIANCHI, *Literarum Italicarum Lector.*

MAGISTER ACADEMICUS EQUITATIONIS

Iohan Salentyn Hoffman.

MAGISTER ACADEMICUS ARTIS GLADIATORIAE

Lambert de France.

§ II.

Quaestiones ad certamen literarium singulis disciplinarum studiosis in Academiis et Athenaeis universi Belgii, anno CIƆIƆCCCXXIV, *fuerunt propositae his formulis:*

QUAESTIO THEOLOGICA.

Cum tredecim illis, quas constat esse Paulinas, *epistolis, ita comparetur* epistola ad Hebraeos, *ut, quaenam et dictionis et argumenti similitudo* huic *cum* illis *intercedat, singillatim et per partes ostendatur.*

Non

Non poſtulatur, ut, quid de epiſtolae ad Hebraeos auctore *vel antiquitas iudicarit, vel nobis iudicandum videatur, ostendatur; neque, ut quibusnam in rebus a* Paulinis *haec* differat *epiſtola, de industria inquiratur. Verum, cum aliquid certe ſimilitudinis* hanc *inter et* illas *intercedat, ut cuiusmodi illud ſit exponatur, ordo Theologorum requirit.*

QUAESTIO IURIDICA.

De iure foeminarum Romanarum defuncto ſuccedendi ab intestato et ex testamento historice ita agatur, ut appareat, quid diverſo tempore in hoc capite iuris placuerit, et quae exſtiterint causſae illius mutati.

QUAESTIO MEDICA.

Exhibeantur, Hyoſcyami nigri, primum *deſcriptio Botanica, eiusque herbae, radicis, et ſeminis analyſis Chemica,* deinde *efficacia huius plantae venenatae in corpus animale,* porro *eius uſus medicus, atque* tandem *noxae ex medicamenti intempestiva adhibitione oriundae.*

QUAESTIO LITERARIA.

Quae fuit politica Belgarum conditio, temporibus Elisabethae Anglorum reginae? Quae fuisse videntur huius reginae in patriam nostram consilia? Quae horum consiliorum in res nostras vis fuit et efficacia?

QUAESTIO MATHEMATICA.

Explicentur praecipui modi, quibus Calculi Differentialis principia demonstrare conati sunt Mathematici, et quid de singulis his modis existimandum sit.

QUAESTIO ZOOLOGICA.

Exponatur Apis mellificae *Linn. succincta Anatome, Historia Naturalis et Usus oeconomicus, adhibitis et diiudicatis veterum et recentiorum hac de re observationibus et experimentis.*

§ III.

Lectionum a feriis inde aestivis A. CIƆIƆCCCXXIV *ad ferias aestivas A.* CIƆIƆCCCXXV *habendarum haec fuit ratio constituta.*

In FACULTATE THEOLOGICA.

In *Theologiam Naturalem* cum commilitonibus inquiret H. BOUMAN, diebus lunae et veneris, hora X.

Collocutionibus vel *disputandi* exercitationibus de *Theologia Naturali* praeerit H. BOUMAN, hora postea indicanda.

Historiam Ecclesiae Christianae et dogmatum, imprimis *recentiorem*, tradet H. I. ROYAARDS, diebus lunae, martis et iovis, hora XI, et die mercurii, hora VIII.

Exercitationes in quaedam V. T. carmina exegeticas habebit I. H. PAREAU, diebus martis et veneris, hora I.

Hermeneuticas et *exegeticas* in *Novum Foedus* lectiones habebit H. BOUMAN, diebus lunae, martis, iovis et veneris, hora IX.

Ia-

Iacobi et Iudae epiſtolas interpretabitur H. ROYAARDS, d. mercurii, hora XII.

Theologiam Dogmaticam docebit I. HERINGA, E. F. diebus lunae, martis, iovis et veneris, hora VIII.

Collocutionibus de *locis theologicis* vacabit I. HERINGA, E. F. die iovis, horis veſpert. a VII ad IX.

Doctrinam morum Christianam docebit H. I. ROYAARDS, diebus martis et iovis, hora X et alia, ſi adſit, hora auditoribus commoda.

Praecepta *homiletica* tradet H. ROYAARDS, die mercurii, hora X.

Exercitationes oratorias ſacras moderabitur I. HERINGA, E. F. die ſaturni, hora I vel alia magis commoda.

Officia doctorum et antiſtitum in eccleſia Chriſtiana exponet I. HERINGA, E. F. diebus martis, iovis et veneris, hora XII.

Puerorum doctrinae Chriſtianae initiis *erudiendorum* exercitationem inſtituet I. HERINGA, E. F. die veneris, hora XI.

Commilitonibus, *orationes* habentibus *ſacras*, praeſes aderit I. HERINGA, E. F. die lunae, hora XII, H. BOUMAN, die mercurii ho-

ra

ra I, et H. I. ROYAARDS, die iovis, hora I.

Disputandi exercitationibus praeerit I. HERINGA, E. F. privatim die ſaturni, hora X vel alia commodiore, publice, die mercurii, hora I et H. I. ROYAARDS, privatim die iovis, hora I.

G. VAN OORDT, etſi, ſuo rogatu, honorifice a Rege dimisſus est, lubentisſime tamen ſua officia et conſilia, quoad eius fieri posſit, offert commilitonibus.

In FACULTATE IURIDICA,
docebunt

Institutiones Westenbergio duce H. ARNTZENIUS, diebus martis, mercurii, iovis, veneris et ſaturni, hora IX.

Pandectas eodem duce H. ARNTZENIUS, diebus martis, mercurii, iovis et veneris, hora X et II, die ſaturni, hora X.

Ius Belgicum, ad ductum linearum Iur. Civ. Holland. deſcriptarum a Cl. N. Smallenburg, I. R. DE BRUEYS, diebus lunae, martis, mercurii, iovis et veneris, hora XII.

Hi-

Historiam Iurisprudentiae Romanae H. ARNTZENIUS, diebus mercurii, iovis et veneris, hora XI.

Encyclopaediam iuris I. R. DE BRUEYS, diebus lunae, mercurii et veneris, hora I.

Elementa oeconomiae politicae I. R. DE BRUEYS, diebus lunae, martis et iovis, hora XI.

Methodum procedendi in caufis civilibus I. R. DE BRUEYS, diebus martis et iovis, hora I.

Ius naturae C. A. VAN ENSCHUT, diebus martis, mercurii, iovis et veneris, hora XII.

Ius publicum et gentium C. A. VAN ENSCHUT, diebus martis, mercurii, iovis et veneris, hora I.

Ius criminale univerfum et belgicum C. A. VAN ENSCHUT, diebus martis, mercurii, iovis et veneris, hora IX.

Disputandi exercitationibus, alternis hebdomadibus, praeerunt Profesfores in facultate Iuridica.

In FACULTATE MEDICA, docebunt

Anatomiam B. F. SUERMAN, quater per dierum hebdomadem, hora IV.

Physiologiam I. BLEULAND quater, h. VIII.

Specimina Anatomiae subtilioris, tam humanae quam animalium comparatae, in Museo Academico demonstrabit I. BLEULAND, diebus et horis, auditoribus commodis.

Dissectionibus Cadaveris Anatomicis, opportuno anni tempore instituendis, praeerit B. F. SUERMAN.

Pathologiam exponet B. F. SUERMAN, ter per dierum hebdomadem, hora IX.

Doctrinam de cognoscendis et curandis hominum morbis I. I. WOLTERBEEK, quinquies hora XII.

Therapeuticam alimentorum, et medicamentorum expositionem I. I. WOLTERBEEK, quater, hora I.

Pharmaciam, vernaculo sermone, N. C. DE FREMERY, diebus martis et veneris, hora III.

In-

Institutionibus Clinicis morborum internorum vacabit I. I. WOLTERBEEK, ſingulis diebus, in Noſocomio Academico.

Praxin chirurgicam tradet B. F. SUERMAN, quater per dierum hebdomadem, hora VIII.

Operationes chirurgicas demonſtrabit B. F. SUERMAN, tempore hyemali, diebus et horis deinceps indicandis.

Institutioni Clinicae in arte chirurgica, quovis die, vacabit B. F. SUERMAN.

Theoriam artis obſtetriciae I. I. WOLTERBEEK, ter per dierum hebdomadem tradet.

Institutionibus obſtetriciis, imprimis practicis in Noſocomio habendis vacabit I. I. WOLTERBEEK.

Morbos chirurgicos generales Ph. F. HEYLIGERS, diebus lunae et martis, hora II; iovis et veneris *morbos venereos* eadem hora docebit.

Operationes chirurgicas in cadavere humano publice demonſtrabit Ph. F. HEYLIGERS, tempore hyemali, earumque encheireſium rationem, vernaculo ſermone, exponet quater per dierum hebdomadem, hora V.

Ar-

Artem obstetriciam theoreticam et practicam docebit Ph. F. HEYLIGERS, quater quavis hebdomade, hora I.

Politiam medicam tradet N. C. DE FREMERY, diebus mercurii et saturni, hora VIII.

Disputandi exercitationibus, alternis hebdomadibus, die saturni hora I, Professores in Facultate Medica alternatim praeerunt.

In FACULTATE PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM,

docebunt

Logicam I. F. L. SCHRÖDER, diebus lunae et saturni, hora VIII.

Metaphysicam, inprimis partem Psychologicam, I. F. L. SCHRÖDER, diebus lunae et saturni, hora II.

Doctrinae Moralis nonnulla loca I. F. L. SCHRÖDER, die veneris, hora II.

Literas Latinas A. VAN GOUDOEVER, diebus lunae, martis, iovis et veneris, hora X, interpretandis cum Tibulli et Horatii selectis carminibus, tum Livii libro XXI.

 Ci-

Ciceronis libros de Republica interpretabitur A. VAN GOUDOEVER, die mercurii, hora I, et die ſaturni, hora XII. Cum his ſcholis latine ſcribendi, loquendi disputandique exercitationes erunt coniunctae.

Antiquitatem Romanam docebit A. VAN GOUDOEVER, die lunae hora IX, die mercurii hora IX et XII, die ſaturni hora IX.

Exercitationibus Oratoriis praeerit A. VAN GOUDOEVER, die ſaturni, hora I, aut alia magis commoda.

Literas Graecas tradet PH. G. VAN HEUSDE, interpretandis cum locis ſelectis Xenophontis et poëtarum gnomicorum, diebus martis et veneris, hora XI, tum Plutarchi vitis Gracchorum, diebus lunae et iovis, hora XI.

Antiquitatem Graecam, locum in primis de ſacris Graecorum inſtitutis, amphictyonibus, oraculis, mysteriis, PH. G VAN HEUSDE, diebus mercurii et ſaturni, hora X.

Literas Hebraicas I. H. PAREAU, ita ut *Grammaticam* exponat diebus lunae et iovis hora IX, eademque hora, diebus martis et veneris, quaedam tractet capita e priore *Samuelis* libro.

Li-

Literas Chaldaicas et *Syriacas* I. H. PAREAU, diebus lunae et iovis, hora XI.

Literarum Arabicarum initia I. H. PAREAU, diebus martis et veneris, hora XI, et *carmina quaedam Arabica* tractare perget, die mercurii, hora IX.

Antiquitatem Hebraicam I. H. PAREAU, diebus lunae et iovis, hora I, diebus martis et veneris, hora IV.

Historiam gentium, praesertim *medii aevi et gentium recentiorum*, PH. G. VAN HEUSDE, d. lunae, martis, iovis et veneris hora XII.

Historiam artium, cum apud alias gentes antiquas, tum maxime apud Graecos, PH. G. VAN HEUSDE, diebus mercurii et saturni, hora XI.

Historiam Patriae A. SIMONS, d. martis, mercurii, iovis et veneris hora VIII.

Literas Belgicas et Eloquentiam A. SIMONS, d. martis, mercurii, iovis et veneris, hora II.

Poëtarum principum Belg. Sec. XVI, praecipue Coornhertii, Visscheri et Spieghelii selecta loca A. SIMONS, d. martis et veneris, hora IV.

Praecepta styli bene Belgici tradet A. SIMONS,

MONS, d. martis, hora I, mercurii, hora XI, iovis, hora IV, et veneris, hora XI.

Disputandi exercitationibus praeerunt, alternis hebdomadibus, die saturni hora I, alternatim PH. G. VAN HEUSDE et A. VAN GOUDOEVER.

In FACULTATE MATHESEOS ET PHILOSOPHIAE NATURALIS,

docebunt

Elementa Matheseos I. F. L. SCHRÖDER, d. martis, mercurii, iovis et veneris, hora VIII.

Trigonometriam, atque Geometriae practicae elementa I. F. L. SCHRÖDER, d. mercurii et saturni, hora IX.

Physicam Mathematicam I. F. L. SCHRÖDER, bis per dierum hebdomadem, hora auditoribus commoda.

Algebrae alteram partem atque Theoriam curvarum I. F. L. SCHRÖDER, die martis et iovis, hora II.

Physicam experimentalem G. MOLL, d. lunae, martis, iovis et veneris, hora I.

Astronomiae primas notitias G. MOLL, d. lunae, martis, iovis et veneris, h. IX, vel alia, auditoribus magis commoda.

Astronomiam theoreticam et practicam G. MOLL, iisdem diebus h. III.

Elementa Hydrotechniae, ad praesentem conditionem Patriae applicata, si sufficiens numerus auditorum adsit, belgico sermone exponet G. MOLL, hora deinceps indicanda.

Chemiam generalem et applicatam N. C. DE FREMERY, diebus lunae, martis, mercurii, iovis et veneris, h. XII.

Botanicam et Physiologiam plantarum I. KOPS, d. martis, iovis et veneris, h. X.

Zoölogiam universam, N. C. DE FREMERY, diebus lunae, martis, iovis et veneris, h. XI.

Anatomiam comparatam Th. G. VAN LIDTH DE IEUDE, diebus et horis auditoribus commodis.

Mineralogiam N. C. DE FREMERY, bis per dierum hebdomadem, hora auditoribus commoda,

Oeconomiam ruralem I. KOPS, diebus lunae, martis et mercurii, h. I, et saturni, h. XII.

Dis-

Disputandi exercitationibus, die saturni hora I, praeerunt Professores in Facultate Matheseos et Philosophiae Naturalis.



G. DORN SEIFFEN, *Human. Lit. Lector*, diebus lunae et iovis, hora V, *exercitationes poëticas Latinas* instituet; iisdem diebus, hora VI, vel alia auditoribus magis commoda, *Grammaticam Graecam* privatim explicabit.

Literas Francicas tradet F. M. D'ANGELY, diebus lunae et iovis, hora V.

Literas Anglicas tradet C. THOMPSON, diebus lunae et iovis, hora IV.

F. L. BIANCHI, *Literas Italicas* docebit diebus martis et veneris, hora IV, vel alia auditoribus magis commoda; horis vero deinceps indicandis, historiam earum literarum sermone Francico et Italico tradet.

L. de FRANCE, Academicus gladiatoriae artis Magister, quotidie aptum et elegantem gladii usum docebit.

Bibliotheca Academica, diebus Lunae et Iovis, ab hora I in II, et diebus Mercurii et Saturni ab hora I in IV, et, feriarum tempore, singulis diebus Iovis, ab hora I in II, unicuique patebit.

§. IV.

A die XXVI *Martii A.* CIƆIƆCCCXXIV *ad diem* XXVI *Martii A.* CIƆIƆCCCXXV *disputationes publice vel privatim defensae sunt hoc ordine:*

Anno CIƆIƆCCCXXIV.

Die II *Aprilis*, IOHANNES IACOBUS VAN DER HAGEN VAN DEN HEUVEL, *Rheno-Traiectinus, publice defensa dissertatione*, de caussis successionis legitimae, ex historia Iuris, in primis Francici, et patrii antiqui, illustratis, *Doctor creatus est Iuris Romani et hodierni.*

D. X *Aprilis*, GILLES VAN YSSELSTEYN, *Zierikzeeënsis, post privatim defensum* specimen interpretationis et explicationis Art. 756 Co-

Codicis Civilis, *creatus est Doctor Iuris Romani et hodierni.*

D. XXIX *Aprilis*, IOANNES ADRIANUS VAN DE WATER, *Rheno-Traiectinus*, *post publice defenſum* ſpecimen pathologico - chirurgicum de Polypis uteri et vaginae, *Doctor Medicinae creatus est.*

D. XXX *Aprilis*, BARTHOLOMAEUS CORNELIUS IOHANNES VISSCHER, *Sylva-Ducenſis*, *defenſa publice disſertatione*, de Iure creditorum in bonis et perſona debitoris, ex legibus Romanis et patriis antiquis, *creatus est Iuris Romani et hodierni Doctor.*

D. II *Iunii*, NICOLAUS PAULUS VISSCHER, *Sylva-Ducenſis*, *defenſo publice ſpecimine*, *quod exhibet* Anatomiam et Pathologiam ſpecialem organorum reſpirationi inſervientium, *Medicinae creatus est Doctor.*

D. III *Iunii*, IACOBUS ADOLPHUS CAROLUS ROVERS, *Dordracenſis*, *post publice defenſam disputationem*, de Cenſorum apud Romanos auctoritate et existimatione, ex veterum rerumpublicarum conditione explicanda, *creatus est Philoſophiae Theoreticae Magister et Literarum humaniorum Doctor.*

D.

D. IV *Iunii*, IUSTINUS CORNELIUS VOORDUIN, *Gorinchemensis*, *post defensum publice* specimen iurisprudentiae comparatae in loco Iuris Belgici novissimi, qui est de constituendo tutore, *Doctor Iuris Romani et hodierni creatus est.*

Eodem die, IANUS WILHELMUS SCHIFF, *Oosterbeeka-Gelrus*, *post privatim defensam dissertationem* de dividenda hereditate ex Iure hodierno, *Doctor creatus est Iuris Romani et hodierni.*

D. VIII *Iunii*, HENRICUS WILHELMUS VAN WERKHOVEN, *Rheno-Traiectinus*, *publice defensa dissertatione* de remediis possessoriis ex principiis Iurîs Romani et hodierni, *creatus est Iuris Romani et hodierni Doctor.*

D. X *Iunii*, PETRUS TESTAS, *Amstelodamensis*, *post defensam publice dissertationem* de natura et significatione dominii (propriété) in Lib. II et III Codicis Civilis, *Doctor Iuris Romani et hodierni creatus est.*

D. XI *Iunii*, LUDOVICUS GERLACHUS PAREAU, *Daventriensis*, *publice defendit specimen Academicum* de Tograii Carmine, *praeside patre*, IOANNE HENRICO PAREAU, *Literarum Orientalium Professore.*

D.

D. XII *Iunii*, IANUS IACOBUS NAHUYS, *ex vico Vreeswijk*, *defensa publice dissertatione* de donationibus, cum generatim, tum de iis quae fiunt inter vivos, *creatus est Iuris Romani et hodierni Doctor*.

D. XIV *Iunii*, HENRICUS MARTINUS BYRDE, *Rheno-Traiectinus*, *post defensum publice specimen* de Epidemia Variolosa, quae annis 1822 ad 1824 in urbe Rheno-Traiectina fuit grassata et de Varioloïdibus Vaccinis, *Doctor Medicinae creatus est*.

Eodem die, *vir doctissimus* FREDERICUS SIGISMUNDUS ALEXANDER, *Neomagensis*, *Medicinae Doctor Delphis et insigni Chirurgiae peritia magnisque in hanc disciplinam meritis spectatus*, *honoris caussa creatus est Chirurgiae Doctor*.

Eodem die, IELMERUS HINLÓPEN, *Rheno-Traiectinus*, *privatim defensa dissertatione* de successione irregulari, praesertim liberorum naturalium, ex Codice Civili, *creatus est Doctor Iuris Romani et hodierni*.

D. XV *Iunii*, PETRUS VAN HAMELSVELD, *Amstelodamensis*, *post publice defensam disserta-*

ta-

tationem de exceptionibus, *Doctor Iuris Romani et hodierni creatus est.*

D. XVI *Iunii*, HENRICUS MAXIMILIANUS HOFFMAN, *Roterodamensis, post defensam publice dissertationem* de Gentium pactionibus et foederibus, ex historia illustratis, *Iuris Romani et hodierni creatus est Doctor.*

Eodem die, HENRICUS MARTINUS BYRDE, *Rheno-Traiectinus ac nuperrime creatus Medicinae Doctor, summos modo legitimo honores in arte Obstetricia consecutus est.*

Eodem die, FREDERICUS SIGISMUNDUS CONRADUS VAN NES, *Haganus, post dissertationem privatim defensam* de natura atque vi testamenti holographi, *Iuris Romani et hodierni Doctor creatus est.*

D. XVII *Iunii*, ANTONIUS GERHARDUS ALEXANDER VAN RAPPARD, *Rheno-Traiectinus, post publice defensum* specimen exhibens doctrinam Codicis Civilis de vi conventionum, quas ineunt minorennes, *Iuris Romani et hodierni creatus est Doctor.*

Eodem die, CHRISTIANUS GULIELMUS MOORREES, *Neomagensis, privatim defensa dissertatione, quae sistit* Codicis poenalis doctri-

tri-

trinam generalem de sociis delicti, *creatus est Iuris Romani et hodierni Doctor.*

Eodem die, IANUS IACOBUS VAN WESTRENEN VAN STERKENBURG, *Haganus*, *privatim defensa dissertatione* de Iuris principiis generalioribus, ratione obligationis ex conventione, Iure hodierno constitutis, *creatus est Iuris Romani et hodierni Doctor.*

D. XIX *Iunii*, FREDERICUS IOANNES ONNEN, *Rheno-Traiectinus*, *post publice defensam dissertationem* de prolapsu vesicae urinariae inversae connato, *Doctor creatus est Medicinae.*

Eodem die, GULIELMUS ADRIANUS GERARDUS VAN MAANEN, *Haganus*, *post defensam publice dissertationem* de supremo Mechlinensi consilio; praemissis observationibus generalioribus de antiquis institutis, praesertim iudiciariis, apud Germanos et Francos, *Doctor creatus est Iuris Romani et hodierni.*

Eodem die, CAROLUS WILHELMUS STRONCK, *Tiela-Gelrus et doctrinae Christianae interpres in repurgato coetu Dordraceno*, *honoris caussa*, *propter insignia in ipsam Sacri Codicis interpretationem merita*, *Theologiae Doctor creatus est.*

Eo-

Eodem die, DANIEL BOWIER, *Sylva-Ducensis*, *privatim defenso specimine*, de rescindenda venditione ob laesionem enormem, Iure Romano et hodierno, *Doctor Iuris Romani et hodierni creatus est.*

Eodem die, NICOLAUS MARTINUS VAN REEDE VAN OUDTSHOORN, *Haganus*, *post privatim defensam dissertationem* de quibusdam obligationibus specialibus locatoriis erga conductorem praedii rustici, *creatus est Iuris Romani et hodierni Doctor.*

D. I *Octobris*, THOMAS CHRISTIANUS VAN BARNEVELD, *Boemelia-Gelrus*, *privatim defensa dissertatione* de servitutibus, dictis personalibus, *Iuris Romani creatus est Doctor.*

D. XXIX *Octobris*, IACOBUS BENNEBROEK GRAVENHORST, *ex insula Curacao*, *post publice defensum specimen iuridicum*, *sistens* doctrinam Codicis Civilis de iure iurando, quod pars parti in iudicio defert, *Iuris Romani et hodierni Doctor creatus est.*

D. I *Novembris*, IACOBUS TERPSTRA, *Transisalano-Oldenzaliensis*, *publice defensa disputatione*, de sodalitii Pythagorei origine, con-

condition et consilio, *creatus est Philosophiae theoreticae Magister et Literarum humaniorum Doctor.*

D. III *Decembris*, FRANCISCUS ERNESTUS BERG, *Amstelodamensis*, *defensa publice dissertatione* de foederibus patrocinii ex historia et iure publico atque gentium illustratis, *Iuris Romani et hodierni Doctor creatus est.*

D. XIII *Decembris*, GERARDUS GYSBERTUS SANDBERG PLANTEN, *Steendero-Gelrus*, *post privatim defensam dissertationem* de effectibus venaesectionis et hirudinum applicationis, *creatus est Doctor Medicinae.*

D. XVI *Decembris*, FREDERICUS ALEXANDER SIPPO ARNOLDUS VAN ITTERSUM, *Campensis*, *post privatim defensum specimen* de fundamento iuris puniendi atque legum poenalium fine, et de quibusdam poenis criminalibus, quibus hodie utimur, *Iuris Romani et hodierni Doctor creatus est.*

D. XVII *Decembris*, CASPARUS FREDERICUS RUDOLPHUS OCKERSE, *Vada-Gelrus*, *qui d.* 17 *m. Iunii A.* MDCCCXXIII *Doctor Medicinae creatus erat*, *Chirurgiae renuntiatus est Doctor*, *instituta probatione legitima.*

D.

D. XVIII *Decembris*, IANUS EVERHARDUS PEETERS, *Rheno-Traiectinus*, *privatim defensa dissertatione* de fructibus, finito usufructu, domino proprietatis et fructuario tribuendis, ex Iure hodierno et Romano, *Doctor creatus est Iuris Romani et hodierni.*

A. CIƆIƆCCCXXV.

D. XXIV *Ianuarii*, SIMON KARSTEN, *Rheno-Traiectinus*, *post publice defensum* specimen literarium, quo continentur tria Pindari carmina, Olympiorum II et VI, Pythiorum I, cum prooemio et annotatione critica ac philologica, *Philosophiae theoreticae Magister et Literarum humaniorum Doctor creatus est.*

D. XVI *Februarii*, GERARDUS VAN WIERIGHEN BORSKI, *Vleutentis*, *defensa privatim dissertatione historica* de Phoenicum coloniis, *creatus est Philosophiae theoreticae Magister et Literarum humaniorum Doctor.*

D. XXVI *Februarii*, FREDERICUS ADRIANUS VAN LIMBURCH STIRUM, *Pembrooka natus Frisius nobilis*, *post defensum publice specimen* de confiscatione bonorum apud Romanos, *Iuris Romani et hodierni Doctor creatus est.*

D.

D. II *Martii*, GUILIELMUS LEIGNES BAKHOVEN, *Amſtelodamenſis*, *defenſa publice disſertatione* de concilio Amphictyonum Delphico, *creatus est Philoſophiae theoreticae Magister et Literarum humaniorum Doctor.*

D. XII *Martii*, SCATO GOCKINGA, C. F. *Groninganus*, *privatim defenſa disſertatione* de tutela aetate minorum, ex Iure hodierno, *Doctor creatus est Iuris Romani et hodierni.*

D. XVI *Martii*, GERARDUS IOHANNES MULDER, *Rheno-Traiectinus*, *post publice defenſam disſertationem* de opio eiusque principiis, actione inter ſe comparatis, *creatus est Doctor Medicinae.*

D. XXIII *Martii*, NICOLAUS PETRUS IACOBUS KIEN, *Sylva-Ducenſis*, *privatim defenſa disſertatione* de vi legis novae in iura, quae coniuges ratione bonorum habent, *Iuris Romani et hodierni creatus est Doctor.*

§. V.

§. V.

A. CIƆIƆCCCXXV.

Die x *Ianuarii. Acceptae sunt ab Academiae Lugduno-Batavae Senatu literae, quibus significatur, lustrum quinquagesimum conditae Academiae Lugduno-Batavae celebrandum esse die* VIII *proximi mensis Februarii, et nostrae Academiae Rector atque Graphiarius humaniter invitantur ut Senatus delegati, qui huic solennitati adsint. — Unanimi consensu decrevit Senatus, invitationi obsequendum esse: et quo certius honorificae invitationi satisfieret, nominavit non tantummodo Rectorem et Graphiarium, verum etiam clar.* SCHROEDERUM *et* DE FREMERY, *qui, si opus esset, Rectoris et Graphiarii vice Leidam proficiscerentur.*

Die XVI *Martii. — Rector cum Senatu communicavit Decretum Regium diei* VII *Martii, quo munus Magnifici in annum sequentem Rectoris confertur in Virum clar.* I. R. DE BRUEYS.

Die XVIII *Martii. In conventu Curatorum cum Rectore, Graphiario et Assessoribus designa-*

*** *ti*

ti fuerunt, in annum Academicum sequentem, Viri clarissimi,

I. HERINGA, *El. Fil. Graphiarius;*

et I. BLEULAND,

A. SIMONS,

G. MOLL,

H. BOUMAN, *Assessores.*

Die XXV *Martii. In Senatum venerunt Academiae Curatores, Viri amplissimi, comite Graphiario suo, qui* IANO RICHARDO DE BRUEYS, *Viro clar. designato anni instantis Rectori, postquam solenne iusiurandum ab eo erat praestitum, novos honores gratulati sunt, et anni mox exacti Rectori,* IODOCO HERINGA, *Elisae F. pro fide et cura, quam in Academiae rectione demonstraverat, gratias egerunt.*

Deinde Curatores, comitante universo Senatu, anni mox exacti Rectorem in novam Acroaterii amplificati ornatique Cathedram deduxerunt. Ex qua Orator, gratiis Deo actis pro favore, quem expertus fuerat, imploratoque eius auxilio, primum *dixit de vetere illo aedificio, variam olim fortunam experto, nunc tandem auditorio, Academiae nos-*

nostrae congruo, *idque solenniter Deo consecravit*; porro *ea enarravit*, *quae*, *ipso Rectore*, *evenerant Academiae*, *sive laeta*, *sive tristia*; deinde *tradidit praemia victoribus in certamine literario*, PETRO HOFSTEDE DE GROOT, *Theologiae in Academia Groningana Candidato*, *et* HERMANNO SCHULTZ, *Iuris in Academia Lovaniensi Candidato*, *uti et honorifica testimonia iuvenibus*, *qui horum ad virtutes laudesque meritas proxime accesserant*, IOANNI PARÉ, *Theologiae in hac Academia studioso*, *et* ABRAHAMO ELIE PENNING, *Iuris in Athenaeo Amstelodamensi Candidato*; tum *quaestiones*, *in proximum annum Academicum a singulis Ordinibus propositas praelegit*; denique *munus Rectoris*, *tertia vice a se gestum*, *abdicavit*, *sibique datum successorem proclamavit ac salutavit*.

IODOCI HERINGAE,
ELISAE FILII,

ORATIO,

DE AUDITORIO ACADEMIAE RHENO-TRAIECTINAE, VARIAM OLIM FORTUNAM EXPERTO, NUNC PRAESENTI EIUS CONDITIONI ADAPTATO,

DICTA PUBLICE,

DIE XXV. MARTII, A. CIƆIƆCCCXXV.

QUUM ACADEMIAE REGUNDAE MUNUS TERTIUM PONERET, NOVUMQUE AUDITORIUM INAUGURARET.

ORATIO.



ACADEMIAE RHENO-TRAIECTINAE CURATORES, VIRI GRAVISSIMI, ET QUI HIS AB ACTIS ES ET SECRETIS, VIR CONSULTISSIME!

ARTIUM ET DISCIPLINARUM PROFESSORES, VIRI CLARISSIMI, COLLEGAE CONIUNCTISSIMI! UTI ET LECTORES DOCTISSIMI!

QUI E RELIQUIS BELGII ACADEMIIS ET ATHENAEIS, FESTI HUIUS DIEI CELEBRANDI CAUSA, HUC VENISTIS, VIRI CLARISSIMI!

QUI IN REGNO BELGICO, IN REGIONE RHENO-TRAIECTINA, ET HAC IN URBE, SIVE REBUS PUBLICE GERENDIS, SIVE IUSTITIAE TUENDAE, SIVE MILITIAE FACIENDAE, PRAEESTIS, VIRI SPECTATISSIMI!

Evangelii interpretes, Viri venerabiles!

Doctores eruditissimi!

Iuvenes, literarum studiis operam dantes, exoptatissimi!

Cives denique et hospites, suo quique loco honorandi!



Illuxit, propitio Deo, feliciter dies, Academiae Rheno-Traiectinae festus, exoptatus imprimis mihi, Rectoris munus posituro. Exactus est annus academicus, quo mihi haec provincia, praeter spem et opinionem, tertium fuit administranda. (1) Annum ingrediebar, pede infirmus, animo dubius, et de onere ferendo solicitus. Nunc, quae a summo rerum humanarum Moderatore precatus sum, ea mihi contigerunt, supra quam sperare ausus sum: Civium academicorum pietas; Collegarum auxilium; Curatorum benevolentia; favor Regis; Tua maxime clementia, eaque gratuita, Pater coelestis, quam, prouti per omnem ante actam vitam, ita, hoc sexagesimo

fimo aetatis anno, in hunc usque diem experior! Tu valetudine saepius laborantem me sustentasti; Tu mihi dilectam filiam, uxoremque carissimam, tanquam e morte reddidisti. (2) Tu mihi, dubiis in rebus, affuisti consilio. Tu laboribus meis successus largitus es prosperos. Tu mihi inopinatas gaudendi causas praebuisti. Tu prospexisti, ne e mea, aut negligentia, aut imprudentia, aut perversa sedulitate, detrimentum caperet Academia. Quibus pro beneficiis, magnis sane et immeritis, equidem gratum Tibi offero animum. Quem ut animi sensum ipse acuas et perpetues, mihique hac hora dicenti ut benigne adspires, enixe oro ac precor.

Vestram deinde, qui huc confluxistis, audientiam benevolam, omni, qua par est, humanitate, imploro. Implorarem autem paulo confidentius, nisi hic ipse locus, in quem hodie primum convenimus, vobis in audiendo, mihi in dicendo, aliquod inferre videretur impedimentum. Ego enim, auditorio veteri angustiori assuetus, nisi vocem, in pronunciando, huius loci amplitudini accommodem, orator ero haud intellectus, atque adeo molestus. Sed periculum

fa-

faciendum esse sentio: quod si minus succedat, habebunt, qui deinceps ex hac dicturi sunt cathedra, quod, vel vitent, vel in aedificii cathedraeve constructione emendandum flagitent. (3)

Verum et aliam nobis obiectam video difficultatem, hoc novo eoque pulcro spectaculo: quod, et oculos delectat, et mentem ad animadvertendum invitat, et praeteritarum rerum imagines in memoriam revocat, et ad comparandas res novas cum veteribus iudicium exposcit, et gaudii speique sensus afficit, et plurium rerum innovandarum desiderium incitat. Quae quidem omnia vereor, ne tam sponte ac celeriter animos vestros sint occupatura, ut nulla dicentis vox, nulla rerum dicendarum praestantia, mentem oculosve a novo avocare possit spectaculo. Itaque hoc dandum esse arbitror naturae humanae postulationi: mihique persuadeo, frustra me vestram petiturum esse attentionem, nisi ex hac ipsa spectatione et cogitatione dicendi argumentum depromam. Dicam igitur *de hoc auditorio, variam olim fortunam experto, nunc praesenti Academiae nostrae conditioni adaptato.* Quod quidem argumentum ad omnium intelligentiam compositum, personae, quam sustineo,

ap-

aptum, huius diei ſolennitati congruum, et cum aliqua audientium, ſive utilitate, ſive delectatione, coniunctum fore, ſpero ac pene confido.

Quicunque hominum contemplatur ingenia, ſtudia, inſtituta, mores, leges, artificia, in ſingulis fere animadvertit res novas veteribus additas cum iisque arctisſime iunctas. Qui nobis historiam tradunt literarum, artium et disciplinarum, atque adeo incrementum indicant, quod capere ſolent ſingulae, ubivis demonſtrant recentius inventa cum priscis coniuncta et coagmentata. Cuius rei obſervatio haud parum facit, ad aestimandam, tum naturae nostrae indolem, tum etiam ſocietatis humanae ſalubritatem. Qui enim naſcimur et morimur homines, nihil in huius vitae brevitate perficimus, quod perpetuum ſit et conſummatum: attamen nobis inest animus, id quaerens, ad id adſpirans, quod ſit aeternum, omnibusque numeris perfectum. Quotquot autem, in humanà viventes ſocietate, corporis animique vires divinitus datas asſidue intendunt, operam navare posſunt, ſuae non tantum aetatis hominibus utilem, ſed et posteris profuturam: hi vero ipſi, quam parum esſent profecturi, niſi proavorum disciplina et exemplo

in-

incitati et adiuti, nisi inchoata et affecta invenirent, quibus elaborandis et perficiendis sese applicarent? Proinde, nec frustra laborarunt maiores nostri; nec nos laboramus frustra; nec deniqne frustra laborabit posteritas. Quod cum expendo, non possum non, in hac laborum humanorum vicissitudine, venerari Dei moderantis sapientiam et benignitatem, nulli non hominum aetati prospicientem, et, nisi negligentia sua et ignavia ipsi hanc curam faciant irritam, singulis pedetentim provehentem ad virtutem felicitatemque, post terrestrem hanc vitam, Iesu Christi opera perfectissima et saluberrima, percipiendam.

Quae universe monui de hominum studiis et laboribus, ea quorsum a me dicta sint, quis vestrum non perspicit paulo intelligentior? Contemplamur enim hodie, in hoc ipso acroaterio, recentia priscis addita; vetus aedificium, ad novos usus refectum; proavorum et posterorum labores coniunctos; eorum, qui, ante aliquot saecula, hanc domum exstrui iusserunt, operam accommodatam ad eorum usum, qui, et hodie huc confluxerunt, et, quod Deus faxit! deinceps, in hoc bonarum literarum templo, suam sunt sedem ornaturi.

Fuit

Fuit haec domus aedificata istis temporibus, (4) cum summa rerum civilium pariter ac sacrarum potestas, in regione Rheno-Traiectina, esset penes Episcopum, adiuvantibus, primum quinque ecclesiarum Canonicis, deinde etiam Equitibus et Nobilibus, denique urbis nostrae et caeterarum Magistratibus. Itaque tunc delegati ex istis Ecclesiasticis, Equitibus et Magistratibus, in supremum Ordinum, qui dicebantur, concilium coibant. (5) Sed, pro istorum temporum ratione, in Ordinum conventu principem tenebant locum Canonici: in Canonicis autem primas habebant partes praefecti ecclesiae maiori, S. Martino dicatae, in qua suam collocaverat cathedram Episcopus, et quae propterea videtur dicta dominica. (6) Atque ita factum est, ut, qui his esset canonicis praepositus, Archidiaconi nomine, in Ordinum conventu praesideret, haec autem domus, Martini templo contigua, capitularis magna dicta, destinata esset, *cum* quinque ecclesiarum Canonicis, *tum* etiam regionis Ordinibus, de universa republica deliberantibus. (7)

Hos igitur intra parietes, quas quantasque res, cum sacras, tum civiles, olim actas procuratasque existimetis! Quam difficiles causas in dis-

disceptationem vocatas! quam gravia decreta facta! Quoties defensa fortiter iura civium contra optimates, gregis Christiani contra pastores mercenarios, Clericorum subditorum contra Episcopum, cunctorum denique contra Pontificem Romanum? Quanta enim, Cives Rheno-Traiectini! maiorum vestrorum fuerit tuendae libertatis cura, ex eo intelligitis, quod ne Episcopo quidem licitum fuerit, suam occupare sedem, aut palatium ingredi, nisi antea, in hoc ipso conclavi, in quo electus esset, solenni iureiurando spopondisset, nihil quicquam se facturum, iuribus, sive Ecclesiarum, sive Ordinum, contrarium. (8) Sed, postquam Henrici Bavari, Episcopi, imbecillitas et desperatio, consentiente Clemente septimo, supremum ius in hanc regionem ad Carolum quintum detulerat, (9) Ordines paulo fortius suam populique causam agentes, ex harum aedium amplitudine coacti fuerunt in locum importunum, parvum et angustum, novae arci, cohibendorum civium causa exstructae, vicinum, ubi non raro viris principibus sub dio standum fuit, ventorum, pluviarum grandinumque molestiae expositis. (10) Cum vero, exacto saeculo fere dimidiato, maiores nostri, excusso Philippi secundi in-

intolerabili iugo, libertatem ſuis vivendi legibus recepisſent, regionis noſtrae moderatores denuo hunc ſibi locum vindicarunt, neque antea ex eo decesſerunt, quam propria iis domus, Iohannis Baptiſtae templo vicina, eaque multo amplior et illuſtrior, esſet accommodata. (11) Interim his in aedibus ſancitum est, auctore Guilielmo Arauſiaco, adiutore fratre Ioanne Naſſavio, Gelriae Gubernatore, celebratisſimum illud foedus, quo ſeptem boreales Belgii regiones ſancto fuere vinculo conſociatae, unita vi fortiores, ad recuperandam patriae libertatem paratiores, ad religionem a ſuperſtitione repurgandam promtiores, a quaerendo auxilio peregrino alieniores, ab hoſtium inſidiis et fraudibus tutiores, devinctiores denique patriae Patri vigilantisſimo ac fidelisſimo. (12)

Haec igitur tam praeclare ac feliciter a maioribus noſtris, his ipſis in aedibus, tentata fuere et effecta. Quorum equidem memoriam quoties repeto, repeto autem ſaepisſime, toties eorum laudo conſilium, qui, hac in domo, literarum ſedem collocandam curarunt, et, quod numismati, ſaeculo proxime exacto, inciſum est, atrium libertatis templum ſapientiae esſe voluerunt. (13)

Sci-

Scilicet, ſaeculi decimi ſeptimi anno quarto et tricesimo, urbis nostrae Conſules et Senatores hîc illustre condiderunt Gymnaſium, quod, viginti post menſes, conſentientibus et auctoritate ſua munientibus univerſae regionis Ordinibus, ita fuit amplificatum, ut, ab eo inde die, exſiſteret Academia Rheno-Traiectina, ſoror Lugduno-Batavae, Franequeranae et Groninganae. (14) Lectiones autem academicae eo tempore haberi quotidie ſolitae fuerunt, in ſcholis, non domesticis, ſed publicis. Cum igitur pluribus opus esſet auditoriis, amplior haec domus, ſtructo muro intermedio, in duo diviſa fuit conclavia, utrumque docentis cathedra et audientium ſubſelliis inſtructum, unum orientem verſus, paulo angustius, alterum ad occidentem aliquanto maius, orcheſtra, q. d. ornatum, ex qua, festis maxime diebus, dulcis audiebatur muſicorum concentus. (15) Crescente docentium discentiumque numero, tertium aedificatum fuit acroaterium, quod nostra memoria dici conſuevit theatrum chirurgicum. (16) Sed pedetentim lectiones publicae locum fecerunt domesticis, magna cum docentium, maiori etiam cum audientium ac ſcribentium commoditate utilitateque. Nec tamen propterea deſerta fue-

fuere auditoria. Frequenter enim, maiorum nostrorum aetate, iuvenum exercebantur ingenia, publice, moderante Praeside, subtiliter, nonnunquam et acriter, disceptando, cum de quaestionibus propositis, tum etiam de argumento libellorum academicorum, sive a magistris, sive ab ipsis discipulis, in lucem emissorum. Nec raro publici academiae doctores extra ordinem orationes pronunciabant, data opportunitate, modo laeta, modo tristi, sive ultro, sive ab academiae Curatoribus aut Senatu invitati. (17) Nondum enim, aut ingens ortus erat molestorum numerus censorum, aut anxia adhibebatur cura, de Latini sermonis puritate et orationis elegantia, ne ab iis quidem, qui his in literis docendis aetatem consumebant.

Cum igitur, inde a fundatae huius Academiae tempore, usque ad aetatem nostram, admodum frequens fuerit usus huius loci, in duo conclavia distributi, vos, qui rerum olim gestarum memoriam libenter repetitis, mecum quaeso cogitate, quot quantique viri, doctrinae fama celeberrimi, hoc disciplinarum divinarum ac humanarum sacrarium illustrarint, discendo, docendo, disceptando! (18) Quoties his rerum academicarum

cu-

cura fuerit commissa! Quoties, hos intra parietes, ab iis celebratus fuerit dies Academiae natalis! Raro certe hunc fuisse intermissum, credibile est, nisi Franco-Gallis nobis imperantibus. Sed, quando, saeculi decimi septimi anno secundo post septuagesimum, Ludovici decimi quarti armis, cum insigni patriae parte, nostra etiam civitas victa iaceret, magna iuvenum pars, nonnulli etiam doctores, has effugerunt aedes, in hostilis commeatus horrea conversas. (19) — Haec istorum fuit temporum miseria, cui Guilielmi tertii fortitudo et prudentia medelam attulit. (20) Nostra vero aetate, quam deserta fuerit haec academia, quo tempore iugo submissi fuimus Napoleontico, non est quod commemorem, nisi grati animi profitendi caussa erga benignam Dei providentiam, qui nos praesentissimo interitus periculo eripuit, nobisque vindicem statoremque dedit optimum regem Guilielmum primum. (21) Huius enim aequitate et liberalitate factum est, ut Academia Rheno-Traiectina, in qua eius, et avus Guilielmus quartus, (22) et proavus Guilielmus Carolus Friso, (23) ingenium bonarum literarum studiis excoluerunt, inter Belgii academias

mias locum ſuum posſet recuperare et ornare. (24)

Ab eo inde die, quo Regis decreto prospectum ſuit, primi ordinis ſcholis in Belgio regundis, magnam concepimus ſpem de amplificanda Academia nostra. Quae enim antea a magiſtratu urbano condita, et ex urbis aerario ſustentata fuerat Academia, nunc, una cum reliquis, regia erat futura, et publicis regni ſumtibus alenda. Nec deerant aliae bene ſperandi cauſae. Sed quicquid etiam ſperare auſi fuerimus, ſpem nostram longe ſuperavit eventus. Optimi enim Regis liberalitate, magna ad Academiae ſplendorem facta est accesſio. Et amplisſimorum cura Virorum, qui huic literarum ſedi praefecti ſunt cuſtodes et vindices, multa ei ad prosperitatem allata ſunt adiumenta.

Illustris docentium ordo inſigniter crevit, accedentibus Viris egregiis, qui, honestae obtemperantes invitationi, ſtationem ſuam, ſive academicam, ſive aliam haud ſpernendam, cum hac ſede commutarunt. (25). Nemo autem eorum, qui admodum honorifice fuere allecti ad aliam Academiam ornandam, induci potuit, ut, quos hîc expertus fuerat, collegis coniunctisſimis, disci-

pu-

pulisque dilectisſimis, valediceret. (26) Discentium tanta ſubito exſtitit frequentia, quanta, in hac certe Academia, nunquam antea fuerit comperta. (27) Eorum enim numerus, qui ante hos tredecim annos his ſcholis, ex Napoleontis decreto ſecundi ordinis dictis, intererant, nunc fere quadruplex factus est. (28) Quae, ſuperiori ſaeculo, ſingulari audientium frequentia, celebratae erant ſcholae Wesſelingianae, centenos numerabant: nunc discentium numerus, in eiusdem disciplinae ſcholis, fere duplicatus est. (29)

Hac igitur cum Academiae celebritate adaequanda fuisſe eius ſubſidia et ornamenta, quis vestrum est, quin probe intelligat?

Itaque bibliotheca, quae tum erat, ex incommoda ſede, translata fuit, in recens inſtructum aedificium magnificum, ſupellectili literaria dignum, libros quaerentibus legentibusque opportunum, et ad capiendam maiorum codicum copiam idoneum: (30) ipſe vero theſaurus, Heusdii, Praefecti diligentisſimi, cura dispoſitus, perpetuo libris, in omni literarum doctrinarumque genere praeſtantisſimis, fuit locupletatus. Hoc nominatim anno, ea pars aucta est, quae

ope-

operibus conſtat mathematicis et phyſicis. Accepimus etiam, Illustris Löwenhörnii cura, historiam regum Norvegicorum, conſcriptam a Snorrio, Turnae F. eamque praeſtantisſimam. (31) Imprimis vero laudanda est liberalitas Regis nostri, mille nobis florenos concedentis, quibus libros emeremus in Bibliothecae Meermannianae auctione, emti autem ſunt libri, in vario literarum doctrinarumque genere, imprimis hiſtorico, eximii. (32)

Hortus Academicus egregie emendatus est, caldario uno: dum alterum exſpectatur, cuius ſpes iam ab Academiae Curatoribus facta est. Horti herbariique divitiae, Kopsii vigilantia, millenis auctae ſunt herbis, cum vividis, tum arefactis; uti et magna ſeminum copia: horti area novam induit formam, quae ad plantarum diſtinctionem ſit accommodatior, magisque amoena ambulantibus et ſpectantibus. Index, ante biennium editus, opportunitatem praebuit commutandarum aliquot centenarum plantarum cum aliis, quae, ſive in patria nostra, ſive alibi, ut Pariſiis, Bonnae, maxime vero Havniae, colebantur: imprimis vero, hoc anno, incrementum ſemel iterumque factum est nonaginta ſeminum,

num,

num, ex horto Iavano misſorum, iubente Viro nobilisſimo Capello. Praeterea, ex horti noſtri divitiis, plurimum collatum est in ſpectaculum plantarum exquiſitiorum ſplendidisſimum, quod, auctore Kopsio, procurarunt, menſe Iunio, Sodales Traiectini Societatis oeconomicae, quae in Belgio floret. Quod quidem ſpectaculum, non tantum civibus nostris et advenis gratisſimum fuit et iucundisſimum, ſed maxime etiam fructuoſum ad Botanices ſtudia in regione nostra alenda, et ad colendas plantas rariores et elegantiores. (33)

Aſtronomorum ſpecula, moderante Mollio, ad diligentem promtamque ſiderum contemplationem, multo quam antea aptior est facta, et vero etiam inſigni inſtrumentorum pretioſisſimorum apparatu ditata: quae vero aderant, haud contemnenda, ſunt emendata. (34)

Matheſeos et Phyſices cultoribus, ſuadente eodem Viro Cl. datum est novum aedificium, amplum, concinne distributum, auctumque inſtrumentorum non paucorum, partim etiam rariorum noveque inventorum, accesſione. (35)

Locus, chemicis deſtinatus laboribus et inſtitutionibus, iuvante Fremeryo, commodior factus

ctus est pristino, et vero etiam adminicula nactus est, ad mirificum artis incrementum magis adaptata. (36)

Museum, quod dicitur, Zoologicum et Mineralogicum, utrumque antea fere nullum, eodem Viro Cl. moderante, e parvis ortum est initiis, et crescit continenter ac feliciter, novis animalium et mineralium speciminibus, sive emtis, sive dono acceptis: cuiusmodi beneficium hoc anno praestantissimus Helvetorum Medicus Constantius Nicatus, nuper huius Academiae alumnus, praestitit. Imprimis vero thesaurus ille permagnum cepit incrementum, Regis augustissimi munificentia, quae, pro eximio favore, quo haec prosequitur studia, in Academiae nostrae usus, procuravit exquisitam musei, a Viro Cl. Lith de Ieude instructi, partem, quae animalium vertebratorum historiam naturalem et anatomen comparatam complectitur. (37)

Verum, inter artis medicae adminicula, nihil unquam in hac Academia visum fuit praestantius et exquisitius museo Anatomico-Physiologico-Pathologico, quod Bleulandii incredibili industriae et dexteritati debemus: cuius vero perpetua cura feliciter ab eo commendata est

diligentiae Koningii, Profectoris dexterrimi. Quo magis etiam gaudemus, ad illud accedere aliquando nonnihil incrementi: et hoc quidem anno accesfisse duo fpecimina, egregie facientia ad illustrandam tubulorum aëriferorum in pulmonibus fabricam, uti et tria aneurysmatis pathologica. (38)

Denique Nofocomium aedificatum est, adfpectu fplendidum, aegrotantibus et puerperis, publica fustentatione indigentibus, valde proficuum, artis falutaris ftudiofis, ad accuratam difciplinam, fingularem experientiam et asfiduam exercitationem, pernecesfarium, Suermanni et Wolterbekii cura et providentia perquam fructuofum; quamvis nondum ita inftructum, ut peritorum Virorum iusto fatisfacere posfit defiderio. (39)

Cum igitur disciplinis fingulis tanta profpectum fit cura, et aliis quidem alia domicilia fint parata, nonne harum etiam univerfitati fuit profpiciendum? Et infigniter aucto docentium discentiumque numero, nonne locus dandus erat amplior? Quod enim, in hunc usque diem, maius dictum fuit auditorium, ne discipulos quidem omnes capere amplius poterat; neque in

in ſubſelliis locus ſufficiebat idoneus, aut docentium ordini, aut viris honoratis, ad audiendas orationes et disceptationes publicas invitatis. Conſulto alia praetereo incommoda, ſive ex aedificii ſtructura, ſive e perverſo eius uſu, profecta. Hoc tamen unum addo, inde a condita Academia ſemper moleſtam fuiſſe iſtius auditorii anguſtiam. Quoties enim feſtum, anniverſario illuſtrius, esſet celebrandum, aut paulo maior audientium frequentia esſet exſpectanda, toties fere, ex iſto acroaterio erat confugiendum ad vicinum Domini templum. Quod quidem remedium novi exſtitit mali cauſſa. Ad templi enim amplitudinem tantus fieri ſolebat hominum illiteratorum concurſus, ut oratoris vox ſtrepitu perpetuo impediretur, nonnunquam et obrueretur. (40)

Huic igitur incommoditati occurrendum esſe, prudenter cenſuerunt Viri Ampliſſimi, rebus academicis Praefecti: eaque cauſſa iam aliquamdiu in deliberationem ab iis miſſa fuit, conſultis etiam peritis arbitris et artificibus. Quo facto, hoc negotium, ſumtus poſtulans non exiguos, fuit delatum ad Regem, qui, re cognita, plura millia florenorum ex aerario publi-

blico concesſit, his aedibus reficiendis impendenda. Itaque inchoatus est, ante hos ſeptem fere menſes, operarum labor, deſtruendo muro intermedio, removenda veteri ſupellectili, muro auſtrali tectoque reficiendo, novo conclavi ad orientem aedificando, atque his aedibus inſtruendis cathedra ſuperiore et inferiore, ſubſelliis, orcheſtra, caeteris omnibus, quae vos contuemini, ad commoditatem et ornatum comparatis. Quae dum parabantur, labore per hyemem non intermiſſo, nobis interim, ſacra academica publice facientibus, ab aeditimis concesſum fuit templum, quod ab Iohanne Baptista nomen habet; Senatui autem academico conveniendi locus fuit in conclavi, templo huic contiguo, apte inſtructo: qua in re Virorum ſpectatisſimorum benevolentiam, et de Academia bene merendi ſtudium, equidem, Senatus nomine, palam agnosco, gratoque profiteor animo.

Sic igitur hodie divino mihi beneficio licuit vos invitare, ad festum hunc diem celebrandum, in amplificato ornatoque hoc auditorio. Sic mihi officium fuit impoſitum, e nova hac cathedra ad vos dicendi, totumque hoc aedificium veluti inaugurandi, ſive, ut ad religio-

gionis Christianae indolem accommodatius dicam, Deo consecrandi.

Tibi igitur, Deus Optime Maxime! pro novo hoc beneficio, gratias agimus, quas possumus, maximas. Tibi hoc bonarum literarum domicilium perpetuo sit sacrum. Qui ex hac cathedra, ab hoc inde die, dicturi sunt, aut ex inferiore sunt disceptaturi, nihil unquam proferant a vero, iusto, bonoque abhorrens, tibi, Sancte Pater! displicens! Nihil non proficuum reipublicae, religioni, bonis literis et moribus, Academiae, eius imprimis alumnis, in hoc acroaterio audiatur cernaturque! Quae ut rata sint vota, curae ac providentiae tuae hoc bonae mentis sacrarium supplices, Iesu Christi, Domini nostri, nomine, vovemus, commendamus, committimus. Tibi ut honorificum sit, ipse, rerum nostrarum summe Moderator, iubeas et faxis!



In eum me devenisse locum video, quo dicere me oporteat, de rebus, quae, hoc magistra-

tus

tus mei anno, Academiae nostrae evenerunt, sive laetis, sive tristibus.

Quod cum aggredior, laudibus celebranda est Dei benignitas, qua plurima nobis contigerunt prospera. Haec incolumem servavit Regem optimum, Patriae Patrem, bonarum literarum tutorem benevolentissimum. Rex fidelem, nobis non uno nomine acceptum, elegit in dirigendis Academiis Administrum, Ewyckium, Philosophum, eumque Christianum, in his rebus curandis non novum, sed titulo ornatum novo maiorem habente auctoritatem. (41) Quem cum sua praesentia condecorare hoc festum video, non possum non humanis eum rogare verbis, ut, *et* sibi persuadeat de honore, quo ipsum prosequimur, *et* grati nostri animi apud Regem sit interpres.

Munifici Academiae Curatores salvi nobis sunt relicti, in his urbis nostrae Consul perpetuus, senex fortis et constans. (42) Ex itineribus, insigni cum fructu ad vitam sapienter instituendam factis, reducem videmus Virum consultissimum, qui Curatoribus ab actis est et secretis. (43)

Singularum disciplinarum Professores una omnes

nes ſuere voluntate, pro viribus praeſtandi, quod ſuarum esſe partium crederent. Qui nonnunquam adverſa laborabant valetudine, vel ad alias ſubinde evocabantur curas, (44) nihil magis dolebant, quam quod discipulis ſuis deesſent. Post Rossynii et Huismanni mortem, vacuam videmus Philoſophiae theoreticae cathedram, ſed nihil inde detrimenti ſenſerunt eius cultores, postquam perhumaniter partes alias Heusdius, alias Schröderus ſuscepit, uterque merito ſuo ab iis valde honoratus. Ac ſcio ſane, neminem eorum alium deſiderare magistrum, niſi animadverterit, alterutri Viro, e nimio onere, imminere affectae valetudinis periculum. Quod ut bonus avertat Deus, ſingulos ſustentans et conſervans, enixe precamur. (45)

E Dei enim arbitrio toti pendemus: nec vita, niſi et aliis prodesſe posſit, nobis videtur exoptanda. Haec vera fuit ſententia Viri Cl., cuius productiorem vitam et prosperiorem valetudinem, hoc anniverſario die festo, ſaepius a Deo precati ſumus: (46) qui vero nuper, rebus ereptus terrestribus, ad coelestem illam verae Theologiae ſcholam est evectus, in quam et nos, quotquot genuinae ſumus ſapientiae ſtudioſi, ad-

adſpiramus. Sed, de Hermanni Royaardsii, Collegae nobis coniunctisſimi, vita, mihi paulo plenius ad vos erit dicendum.

E generoſa profectus ſtirpe, patrem habuit Albertum, Medicum Bomelienſem. Quo cum adoleſcens iam esſet orbatus, mater, in filio videns ingenii dotes discendique ardorem, eum mature erudiendum et ad ſeveriora ſtudia praeparandum curavit. Itaque iuvenis ſeptendecim annos natus noſtram adiit Academiam, arti medicae addiscendae, duce Oosterdykio, operam daturus. Sed cum, in disſecandis cadaveribus, ſanguinem horreret, mutato conſilio, in medicina hominum animis adhibenda, vires ſuas periclitandas duxit. Quod ut proſpere ſuccederet, ſcholis asſidue interfuit mathematicis, phyſicis et philoſophis, Hahnii, Hennerti et Rossynii, iureconſultis Tydemanni, imprimis literariis Ravii, Saxii et Segarii. Et exſtant etiamnum iuvenilis ingenii et peritiae ſpecimina, cum alibi, (47) tum maxime in *Diatribe*, *de emendandis plurimis veterum Scriptorum Graecorum locis*, *ut et de hecatombis*, *Homerique Oceano*, quam, Praeſide Segario, publice tuitus est feliciter. Ita autem

ri-

rite instructus alacriter sese ad Theologiae studia applicuit, usus disciplina Burmanni, Bonneti, maxime Ioannis Alberti Vossii, ac tam celeriter proficiens, ut sagacibus iuvenilium ingeniorum exploratoribus spes fuerit suborta, fore, ut, qui iuvenis coetui Christiano praeficeretur, vir aliquando Academiae insigni ornamento esset et praesidio. (48) Neque ea spes irrita fuit. Postquam enim decennium transegerat in docendis moderandisque Christianorum coetibus Scherpenzelensi, Elburgensi, Alcmariensi, Medioburgensi et Hagano, applaudentibus doctis piisque eorum sociis, huius Academiae Curatores eum huc evocarunt, anno superioris seculi duodenonagesimo. Ac sane cathedrae Theologicae eo tempore ornandae opus erat Viro docto, prudente, strenuo, forti, exercitato. Nuper enim, belli civilis tempestate, qua repulsi ab hac Academia fuerant Ianus Valckenaerius (49) et Petrus Nieuwlandus, (50) eiecti Roscamus, (51) et Saxius, filius, (52) naufragium quoque fecerat Hamelsveldius, doctus sacrorum librorum interpres, strenuus religionis Christianae vindex. (53) Vivebat quidem Vossius, sed fractis corporis animique viribus.

bus. (54) Burmannus iam octogenarius erat. (55) Senescebat Bonnetus. (56) Brownius historiam ecclesiasticam docendam nuperrime susceperat, audientibus admodum paucis. (57) Nec deerant aegre ferentes iacturam, quam in Hamelsveldio fecerat Academia. In civium discordiis vix cuipiam licuerat neutrarum esse partium: et suppositi erant ignes cineri doloso. In his igitur temporum adiunctis, magna fuit de Royaardsii disciplina exspectatio. Quae ne vana esset, hic mox facultatis voluntatisque suae documenta edidit luculenta. In lucem enim emisit, primum *Orationem*, novi muneris adeundi caussa habitam, *pro ordinis ratione, qua Deus in patefacienda religione usus sit:* deinde *Diatriben, de divinitate Iesu Christi vera*, ita scriptam, ut ex ea omnem cognoscas rationem, quam perpetuo secutus est, in interpretandis, probandis ac defendendis religionis Christianae placitis. Videbat enim, in tuenda doctrinae divinitus patefactae caussa, parum systemati scholastico esse tribuendum, plurimum auctoritati sacrorum librorum, ad iusta Critices et Hermeneutices praecepta interpretandorum. (58) Itaque, in scholis suis, praecipue id egit, ut, in interpretando Vete-

teri Novoque Codice, et ipse praeiret, et discipulos informaret idoneos horum librorum interpretes in coetu sacro, cuius futuri essent doctores et admonitores. Id ipsum interpretandae et vindicandae doctrinae divinae studium elucebat ex iis, quae ab eo, sive Latine, sive vernacule, sunt edita, ac nuper, donante Filio, in Bibliothecam Academicam illata, nominatim quoque ex orationibus sacris, quas, haud vulgari facilitate gravitateque, vernacule, non declamabat, sed ita pronunciabat, ut auditorum animos, et teneret attentos, et ad omnem pietatem Christianam flecteret. Praeterea, multos per annos, curam sustinuit laboriosam, in moderanda illustri Societate, pro defendenda religione Christiana, quam tempestive, una cum paucis adiutoribus, condiderat patruus meus Iohannes, Ecclesiastes, dum viveret, Haganus, cuius favori, consilio et auxilio quantum equidem debeam, hac opportunitate, grato profiteor animo. (59) Provectiore aetate, Royaardsius sese etiam adiunxit sodalibus, qui libris sacris edendis ac donandis operam dant laude dignissimam. Et, quando Hagae Comitum prima habebatur Synodus delegatorum ex coetibus Christianis, in Belgio re-

repurgatam profesfis doctrinam, ille, ex Academiae nostrae Ordine Theologico, una cum Theologis senioribus Lugduno-Batavo et Groningano, a Rege lectus fuit, ad praeeundum consilio et suasione. Qua in Synodo quam utilis eius fuerit praesentia et prudens moderatio, facile vident, quicunque intelligunt, quae ab ea acta sint decretaque, et quam varia de iis nostratium fuerint iudicia. (60) Ac sane, quo provectior fuit Viri Cl. aetas, eo sese moderatiorem praestitisse videtur: et, quo magis ipse videret cum prudentioribus, quid tempus postulet et res, eo propius assecutus videtur, quod sibi ab initio proposuerat. — Sic igitur vita eius vario tempore ac modo profuit literis, Societati Christianae, nominatim huic Academiae eiusque alumnis Theologiae studiosis. Sed ille suis etiam profuit. Quos enim, cum coniuge fidelissima, e Schorerana gente, apud Zelandos patricia, educavit liberos, unam filiam, tres filios, hos vidit animo pariter ac corpore excultos, laudatos, pios denique in parentes: filiam, res eius domesticas, post matris excessum, diligenter curantem, filios natu maiores muneribus in civitate nostra cum laude fungentes, minorem vero, uno omnium

ap-

applausu, Theologiae Doctorem in hac Academia creatum, mox Euangelii interpretem, non diu post Patri septuagenario rude donato successorem datum, hanc provinciam strenue administrantem, collegis acceptissimum, discipulis carissimum, exoptatas sibi nuptias parantem. (61) Quae res quanto seni, adversa valetudine laboranti, fuerit gaudio dolorisque levamento, dici vix potest. Scilicet, qui antea valetudine fruebatur integra, postremo vitae octennio, identidem laborabat arthritide, quae inferiores imprimis corporis articulos ita afficiebat, ut genua paullatim rigescerent: quo ingressus ei factus est, primum difficilis, deinde perquam molestus, tandem prorsus impeditus. Accedebat, referente Medico eius expertissimo, Leonardo van Loenen, nephritis calculosa. Uterque morbus aliquamdiu dolores ei peperit valde acerbos, quos tamen sustinuit, animo patiente, sedato, Dei voluntati submisso. Nec raro eum vidimus talem, qualis in rebus prosperis esse solebat, hilarum, iucundum, facetum. Et, quamvis lege esset solutus, ultimo tamen vitae anno nondum a lectionibus academicis se abstinuit, sed sella, rotis instructa, in scholam domesticam vectus, disci-

pu-

pulis inculcavit officia, ab Ecclesiae doctoribus et antistitibus praestanda. Verum, inde ab autumno proxime exacto, in dies morbi invaluit violentia, omnes partium intestinarum functiones perturbans, medicorum curam aspernans, vires penitus frangens. Quam cum sentiret imbecillitatem, lectionum discipulis promissarum curam mihi demandavit. Caeterum, quam aliis monstraverat ad beatas sedes viam, eam ipse, duce Iesu Christo, unico hominum Conservatore et Domino, iniit, animo promissis Dei gratuitis confidente. (62) Sed quid ego vobis referam, quae Filii in Patrem pietas pro concione uberius exposuit: vos autem, ut spero, propediem, vestro etiam cum emolumento, estis lecturi? Tu igitur, amicissime Collega! quod exspectant plurimi, facias lubenter: ex eoque ipse, cum consanguineis tuis Patrisque optimi amicis, solatium percipias; lecturis autem non exiguam afferas utilitatem! (63)

Iure vestro exspectabatis narrationem de vita Collegae, qui, per triginta et sex annos, huic Academiae profuit. Neque silentio praetereundum censetis Meinardum Tydemannum, qui discipulum suum Royaardsium, post

ſedecim dies, in beatas ſedes est ſecutus. (64) Hic enim, pariter atque ille, in hac Academia, primum didicit, deinde docuit. Et iurisprudentiam cum literis, ab humanitate nomen habentibus, ita coniunxit, ut, in utroque ſtudiorum genere, docendi periculum tuto facere posſet. Itaque primum ſcholam Leovardienſem biennium fere moderatus fuit. Tum, in Academia Harderovicena, hiſtoriam, eloquentiam et linguam Graecam docuit: ubi vix annum transegerat, cum ſummo Wesselingio, Praeceptori ſuo et fautori, daretur ſuccesſor, in docendo Iure naturae, gentium et Romano-Germanico. Quo munere cum viginti annos et quod excurrit, ſumma cum laude, functus fuerit, profecto, vitae ſuae aetatem florentem ac mediam in huius Academiae emolumentum impendisſe, merito dicendus est. Sed, cum, anno ſuperioris ſeculi octogeſimo ſeptimo, per civium discordiam, molestum ei esſet hac in urbe domicilium, et Roscamus ex Academia Harderovicena huc evocaretur, (65) Tydemannus maluit apud Gelros ei ſuccedere, quam diutius apud Traiectinos cum eo habitare. (66) Cum vero, eo ipſo anno, vetus reipublicae forma esſet reſtituta,

 ne-

neque tolerararetur Roscamus a Traiectinis magistratibus, hic vicissim Tydemanno, ad nostram Academiam redeunti, succesfit. Sic vobis redditus, biennio tamen post, iterum Academiae nostrae valedixit, electus Ordinum Transisalaniae Graphiarius. Verum, mutata, Franco-Gallorum interventu, reipublicae conditione, eo se munere ultro abdicavit. (67) Ab eo inde tempore, Campis vitam egit privatam, utilem iuvenibus, nec paucis, neque ignobilibus, quos, hospitio exceptos, historiam docebat et iurisprudentiam: donec, ab Academiae Lugduno-Batavae Curatoribus honeste invitatus, ad conficiendum bibliothecae Academicae catalogum, anno huius seculi primo, Leidam proficisceretur. Ibi ultimos tredecim vitae annos insumsit, in haec aliaque negotia, sive civitati Batavorum literariae, sive Academiae profutura. (68) Qui igitur vir, variam expertus fortunam, diu fuerat iactatus, tandem senex, tanquam e longa navigatione, in portum venit tranquillum. Etenim, Guilielmi primi in patriam reversi aequitate, locus ei honorificus, inter Academiae Lugduno-Batavae Professores, datus est: quem paulo post, promulgata nova Academiae lege, ita

ita tenuit, ut rude donati nomine, honore et ſtipendio, frueretur, Ordinis Literarii ſocius. Honoris autem et laetitiae cauſae ei natae ſunt, uti aliunde, ita etiam a filiis, quos praeclaros reliquit; quorum natu maximus, Henricus Guilielmus, in Academia Lugduno-Batava Iuris est Antecesſor, tres natu minores ante biennium, ea in Academia, uno die creati ſunt Doctores, Bernardus Fridericus, Eccleſiastes Dordracenus, *Theologiae*; Petrus Hermannus, ſcholae Tilenſis Rector, *Literarum humaniorum*; Franciscus Constantius Cornelius, *Iuris Romani et hodierni.* Ita nimirum fortes creantur fortibus et bonis. (69) Erat enim Tydemannus incredibili doctrinae copia inſtructus, ut merito eum dixeris Polyhiſtorem. Innumeros ex omni disciplinarum genere libros, eosque optimos, legerat; plurima ex iis tenacisſimae, qua pollebat, memoriae mandaverat; plurima item compendioſe in adverſaria ſua retulerat; quibus et ipſe, cum iudicio, in docendo ſcribendoque uteretur, et aliis, frequenter eum conſulentibus, prodesſet. Qui enim vir doctus, idem bonus erat, humanus, ac religioſus. Qui igitur lectus erat mul-

tarum Societatum literariarum sodalis vel moderator, Ecclesiae etiam Senatui et Synodo interfuit, nec Societatis, Euangelii propagandi causa conditae, gubernationem detrectavit. Sed quid ego alias commemoro Societates, cum nostra Rheno-Traiectina, quinquaginta abhinc annis, condita fuerit, ipso etiam Auctore? Cuius rei memoria cum, ante hos novem menses, praeeunte Goudoevero, celebraretur, ille, senex octoginta trium annorum, nec tamen decrepitus, diei festo, sua praesentia, decus et ornamentum conciliavit. (70)

Sed festum illum diem reputanti succurrit mihi cogitatio Viri incomparabilis, qui, simili facilitate et humanitate, Lugduno Traiectum venerat, Iani Melchioris Kemperi, quem, paucis post dierum hebdomadibus, repentina morte ereptum Academiae Lugduno-Batavae, quin et patriae et societati humanae, lugent omnes boni: quem iustis laudibus posteritati commendarunt Oratores et Poëtae. (71) Ille igitur, eo die, quam promtus erat et paratus, ad sententiam, de rebus in disceptationem missis, dicendam et confirmandam! Quam amice et familiariter nobiscum, Collega Leidensis cum Traiectinis, versaba-

batur! Quam hilaris et festivus erat conviva! Quam ingenue et candide, sumto poculo, pro salute Academiae nostrae vota faciebat! Scilicet, qui Academiae Lugdunensis iura ac bona fortiter tuebatur, nostrorum quoque exstitit patronus. Quando, paucis post militum Gallo-Francorum fugam ex hac urbe diebus, nomine Principis Arausiaci, Traiectum veniebat, reipublicae causa, duo a Senatu nostro delegati eum adibant, et, quam male habiti fuissemus a Napoleonte et Napoleonticis, commemorabant. Quibus ille, *non nescio*, inquit, *iniuriam passi estis.* Tum suum mox spondere patrocinium. Nec fidem eum fefellisse, eventus nos docuit. O utinam et eo semper animo fuissent Viri docti! O utinam liberalitatis singularis, quam in Kempero admirati sunt, exemplum omnes eum laudantes nunquam non imitentur!

Haec, quae summo precor desiderio, non tantum sunt optantis, sed et sperantis, ac fere praesagientis. Equidem certe ita animatos inveni, ab aliquo inde tempore, quamplures, et nuperrime Lugduno-Batavos. Quando enim octavo Februarii die, eorum Academia lustrum celebrabat quinquagesimum, nostrae Academiae Se-

Senatus perhumaniter rogatus fuit, ut Rectorem et Graphiarium mitteret, ad eius diei solennitatem celebrandam. Et in nobis quidem nulla fuit dubitatio, nulla mora. Itaque profecti sumus Leidam: profecti sunt e collegis plures, et ex iuvenibus Academiae civibus non pauci. Nec diffiteor, eo me lubentius huic obtemperasse invitationi, quo constantius tergiversatus fueram, quo tempore scholae secundariae Traiectini Professores vocabamur, ad spectandam novam quandam Universitatis Parisiensis particulam Leidensem. (72) Nunc nos toto laetabamur animo cum Lugduno-Batavis, de integra Academia a Guilielmo Arausiaco primo condita: et nobiscum laetabantur delegati ab Academiis Lovaniensi, Gandavensi et Leodiensi, uti et athenaeo Amstelodamensi. Ac sane eo affecti fuimus honore, ab Academiae, et Curatoribus, et Professoribus, et alumnis, nominatim a Doctoribus, more maiorum creatis, qui sperare nos iubet, fore, ut vicissim aliquando Leidenses excipiantur a Traiectinis.

Sed, quasi ex itinere, redeundum mihi est ad nostram Academiam, et iuvenes literarum studiis operam dantes. Quorum ex ingenti nu-

me-

mero non nisi duo nobis morte fuisse ereptos, est profecto, quod grato erga Deum sospitatorem agnoscamus animo: praesertim in diuturna febris scarlatinae epidemia. Dolemus autem, fuisse eos, unum Abrahamum Gleistram, Doccumanum, alterum Iacobum Wittium, Iohannis, Ecclesiastis Ziriczeensis filium, natu minorem: utrumque ingenio, industria, moribus, valde commendabilem; utrumque coetui Christiano docendo destinatum. Eorum vero, qui integra usi sunt valetudine, plures, in omni disciplinarum genere, egregios fecere progressus, quorum praeclara edita sunt specimina. Nam doctoris gradum, disceptatione, in solenni hominum eruditorum conventu, feliciter peracta, consecuti sunt, praeter tres Athenaei Amstelodamensis alumnos, e nostris undeviginti. (73) Et summos in literis humanioribus honores adepti sunt quinque iuvenes. (74) Quod utrumque factum esse putem, exemplo nullo, certe rarissimo. Unus insuper diligentissimus Literarum Orientalium cultor, Ludovicus Gerlachus Pareau, Collegae coniunctissimi filius natu maior, Diatriben, in hoc literarum genere scriptam, Praeside Patre, ita publice defendit,

dit, ut optandum ſit, haec quoque ſtudia excitatum iri, propoſita laurea doctorali. Verum, quam nondum adeptus est ab Ordine Literario, hanc ei propediem tributurum esſe Theologicum, ſperamus. (75) Alia quoque industriae praemia meruerunt tres cives nostri, qui, in certamine literario alibi inſtituto, fuere, vel victores, vel victoribus proximi. Primus, Cornelius Star Numan, qui, ut antea in Academia Leodienſi, ita nunc in Gandavenſi, Ordinis Literarii praemio fuit ornatus. Alter, Salomon Petrus Scheltema, qui, in Academia Lugduno-Batava lauream reportavit, ab Ordine Mathematico. Tertius, Iacobus Tichler, qui, in nupero certamine Theologico Leidenſi, victori fuit proximus. Haec igitur egregia fuere industriae documenta. Mores autem ſi ſpectes iuvenum noſtrorum, eos univerſe multum esſe laudandos, equidem mihi perſuadeo. Mihi certe, Rectoris munere fungenti, nemo eorum defuit honore et obſequio: et, ſi qui a me admonerentur, faciles praebuerunt aures, ut adeo nemini ſeveriori Rectoris aut Senatus animadverſione opus fuerit. Multi contra, morum elegantia, humanitate ac pietate, ſeſe commendarunt. Quando,

pro-

proximo menſe Novembri, nautae et piſcatores, Hollandiae borealis litus incolentes, naufragis, in extremo verſantibus discrimine, ſuccurrerant, cum vitae ſuae periculo, et ex his nonnulli demerſi morte interierant flebili ſimul et praeclara, iuvenes nostri primos inter fuere, qui viduarum et pupillorum egestati opem ferrent. Nuper quoque, cum magnam patriae partem aquae inundarent marinae, clademque afferrent horrendam, ab his ipſis collati ſunt bis mille et quingenti floreni, ad miſeros incolas, qui bonorum iacturam fecerant, ſublevandos. Et, quibus propoſitum fuerat, ſaltantium choris cives nostros delectare, ii, audita popularium ſtrage, mox uno omnium conſenſu iudicarunt, cum communi luctu male concinere festiva gaudia, et, quae impendenda fuisſent in ludos ſaltatorios, ea potius esſe adhibenda, ad cibandos eſurientes, nudosque vestiendos. Quid? quod, in ipſa etiam ludorum et facetiarum iucunditate, quam ſint urbani et politi, non ſine voluptate vidimus, anno ſuperiori, ipſo Academiae die natali, ſcenas inſtructas ſpectantibus ſenibus ac pueris, viris et foeminis, optimatibus et plebeiis. Quo tandem honore proſequantur mortuos, exiſti-

timatione dignos, docuerunt, et universi, quoties, aut magistri sui, aut commilitonis exsequias cohonestarent, et eorum nonnulli, qui popularis sui, Iacobi Bellamyi, Zelandi, Poëtae elegantissimi, memoriam servatam voluerunt, posito ad sepulcrum in Nicolai aede monumento, simplicitate sua horum iuvenum ingenium et modestiam commendante. (76) Hanc igitur morum honestatem imitentur, quicunque eam tam non sunt assecuti, ut videantur magis ex infima nati plebe, et rusticos inter et scurras educati. Hi scilicet non possunt non sibi ipsi et aliis nocere, ipsamque Academiam in vituperationem adducere. Scio, aliquando malitiae attributum fuisse famae malignitate, quod imprudentiae magis et lasciviae iuvenili esset adscribendum. Sed discant paulo prudentiores, istas, quas tam facile admittunt, nugas, non raro ad seria ducere mala. Abstineant vero imprimis a vexandis advenis, quicunque a viriditate ad maturitatem pervenisse, hoc est, e novitiis veterani subito exstitisse, censeri cupiunt.

Sed malo laudare, quam vituperare. Qui enim vituperio digni sunt, vix me dicentem audient. Adsunt vero laude ac praemio digni. Et, in cer-

certamine quidem literario, pauciores, quam antea: quod quo modo factum sit, nescio; hoc scio, id ipsum quoque aliis, hoc anno, accidisse Academiis. Ipsi vero audiatis, quaeso, quid singuli Ordines, de exitu certaminis instituti, referant ac iudicent!

Ordinis Theologici iudicium

huius est argumenti.

Ad quaestionem, *quae* Epistolae ad Hebraeos cum iis Epistolis, quas Paullinas esse constat, comparationem *requirebat*, *Theologorum Ordo tres accepit commentationes*, *quarum nulla non laude aliquâ digna esse videretur.*

Prima *symbolum adscriptum habebat:* Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. *Cuius symboli non oblitus auctor*, *in comparandis pluribus*, *quarum hîc ratio habenda erat*, S. C. *vocibus doctrinisque*, *haud contemnendam operam posuit et industriam. Pure autem ac Latine scribendi consilium et secutus est*, *et plerumque non infeliciter assecutus. Quo magis dolenda sunt plura*, *quibus hae laudes obscurantur*, *vitia. Alia enim ne memoremus*, *a disputationis concinnitate adeo non commendatur haec scriptio*,

ut

ut saepissime auctor, ubi modo significavit, quem sequi instituerit, ordinem, mox ad alia quaevis, eaque longe a propositâ viâ remota, divagetur. Item requiritur iudicii severitas, lima, constantia. Unde fit, ut haud raro sibi ipsa non constare atque adeo repugnare animadvertatur haecce disputatio. Cuius itaque scriptori praemium merito impertiri non posse, Theologi censuerunt.

Huic, de quo diximus, specimini praeferenda videbatur altera *commentatio, cui adscriptum erat* Origenis *hoc dictum :* Τὰ νοήματα κ. τ. λ. *Quam enim industriae laudem* illi *tribuimus ; eadem, meliore etiam jure*, huic *tribuenda est; cuius nimirum auctor, hâc commentandâ quaestione*, et *laboris patientiam probaverit minime vulgarem*, et *totius, quod propositum erat, argumenti, cogitatione ac scriptione complectendi, laudabile admodum consilium demonstraverit. Animadversiones autem prodidit nec numero paucas, nec pretio leves, quae ad comparationem, quae hîc in censum veniebat, recte instituendam, omnino vim facere viderentur. Nec exigua dos accedit ordinis concinnitas materiaeque iusta, ut plurimum,*

mum, in suos locos distributio. Caeterum maiores etiam hae laudes futurae fuissent, si scriptor, sicuti nunc ab aliis dicta sedulo collegit, ita quoque sui ipse ingenii periculum fecisset, atque ex hoc etiam fonte lucis aliquid argumento adfundere solerter conatus esset. Et vero in tales subinde digressiones excurrit, quae minus ad praesentem caussam facere viderentur. Vel sic tamen ita placuit hoc specimen, ut dignum censeretur, quod, nisi palmam praeripuisset ea, de quâ dicendum restat, commentatio, aureo praemio ornaretur.

Tertia *denique disputatio allata est, quae hanc adiunctam habebat tesseram :* Καλὸς οὗτος ὁ ἀγὼν, κ. τ. λ. *Cuius commentationis auctor, Epistolam ad Hebraeos presse secutus, non id egit, ut singulas scriptionis suae partes locis distingueret, distinctasque ad disputationis unam summam exitumque adduceret. Quod quidem ut fecisset, optandum esse, Theologi censebant. Verumtamen impedimenta, quae scriptori a minus commodo, quem secutus erat, ordine, obiiciebantur, feliciter plerumque superavit. Et prorsus egregiae sunt praestantiae dotes, quibus haec inprimis commendatur disputatio.*

Cu-

Cuius quippe laude dignissimus auctor, a doctrinâ et Graecâ et Hebraicâ, eâque criticâ, rite paratus, intimam contraxerat familiaritatem cum sacris, quorum ratio habenda erat, scriptis, eaque ita inter se comparavit, ut ipsum se in eorum mentem sensusque penitus insinuâsse, liquido constet. Demonstravit enim hâc in commentatione inveniendi solertiam, iudicii subtilitatem, observationis diligentiam, refutationis, si quando opus erat, sagacitatem. Praeclaram autem eius diatriben scribendi genus ornat purum, simplex, materiaeque, quae tractanda erat, iuste attemperatum. Quae cum ita sint, aureo praemio condecorandam esse, censuit Theologorum Ordo hancce commentationem. Cuius, cum schedula aperta esset et iustum examen institutum, auctorem esse constitit Iuvenem ornatissimum

PETRUM HOFSTEDE DE GROOT,
Theologiae in Academiâ Groninganâ
Candidatum.

Commentationi autem, supra memoratae, quae Origenis dicto: τὰ νοήματα, κ. τ. λ. *insi-*

ſignita erat, ſecundas deferre, eamque honorifico donare atque ornare laudis testimonio, idem Ordo decrevit. Et huius igitur, postquam nominis ipſe ſui copiam fecerat auctor, reſignatâ ſchedulâ, atque examine legitime inſtituto, ſcriptorem esſe conſtitit Iuvenem ornatisſimum,

IOANNEM PARÉ,

Theologiae Studioſum in Academiâ Rheno - Traiectinâ.

Tu igitur huc eſcende, praeclare Groti! Accipe praemium, quod tibi et Academiae Groninganae, cuius et ego alumnus fui, (73) honorificum est, non una de cauſa. Nemo enim antea Groninganus in hac Academia eo fuit ornatus: nemo unquam nostris Theologiae ſtudioſis, hac in arena certantibus, palmam praeripuit. Quod incepisti, in eo perge feliciter! Atque ita dignum te praeſta nomine, quod tibi nepoti datum est, Petri Hofstedii, in patria nostra et eccleſia Belgica celebratisſimi.

Tibi, dilectisſime Paré! hoc lubens trado testimonium: quod, quam ſit pulcrum, audi-

divisti. Gaudio mihi es; maiori etiam, quia inopinato; maxime tu, quia hodie ſolus noſtris ex commilitonibus. Perpetuo ſis gaudio parentibus, a Patre, Viro venerabili, non degenerans, fratri exemplum praeiens!

IUDICIUM ORDINIS ICTORUM

huius est argumenti.

Indixit Ordo certamen literarium his verbis: de jure feminarum Romanarum defuncto ſuccedendi, ab intestato et ex testamento, hiſtorice ita agatur, ut appareat, quid, diverſo tempore, in hoc capite, iuris fuerit, et quae exſtiterint cauſſae illius mutati.

Accepit vero tres commentationes, ſuis diſtinctas ſententiis.

Prima:

Non iam prima peto Mnestheus neque vincere certo,
Quamquam O!

Altera:

Commodius videbatur, ita iura conſtitui, ut plerumque hereditas ad masculos conflueret, ſed iniquum viſum est feminas quaſi extraneas repelli.

Ter-

Tertia:

In rebus magnis voluisse sat est.

Omnes hae scriptiones ea diligentia et rerum copia sunt praestabiles, ut, licet in forma quaedam desiderentur, aemulus si defuisset, earum quaeque praemio ornari potuisset.

Tertiae commentationis auctor iudicatus est reliquis superior constituendis periodis, quae argumento, historice explicando, conveniunt; idem vero in inquirendi studio, arte disserendi et copia orationis a sociis victus, tamen cum laude certasse dicendus videtur.

Primum specimen satis bene est conscriptum; sed limatiore cura secundum. Eruditorum opiniones et ad argumentum spectantes libros, si quos consuluerit, vix tamen indicavit commentationis primae scriptor; haec vero in secunda et laudantur et proponuntur et maiore copia eruditionis ad examen vocantur.

Ex his causis non dubitavit Ordo victorem pronunciare auctorem disputationis secundae,

HERMANNUM SCHULTZ,
In Acad. Lovaniensi Iuris Candidatum.

Ad cuius disquisitionis laudes cum prope acce-

cedat prima, huius scriptorem latere Ordo noluit. Itaque data venia scedulam aperiendi, patuit nomen

ABRAHAMI ELIE PENNING,
Iur. Candidati in Athenaeo Amstelaed.

Uterque autem in instituto examine rerum peritiam abunde probavit.

Itaque et tu in certamine iuridico victor praesto sis, ornatissime Schulzi! Ecce praemium, quod e difficili et praeclara reportas concertatione. Et tu nobis novum praebes spectaculum, qui nondum ex australibus Academiis feliciter cum nostris iuvenibus certantem vidimus. Quae res tua in laude est ponenda. Contende ad maiorem etiam laudem! Atque ita res tuas age, ut, in instante Academiae Lovaniensis festo seculari quarto, more maiorum, renunciari tuo possis merito Iuris Romani et hodierni Doctor! (77)

Tu denique, aestumatissime Penningi! hoc gaudeas testimonio, meritis quaesito! Ab altero victus, victor tamen ex hoc certamine redis, ad Athenaeum Amstelodamense, ex quo multos egregie informatos videre solemus, sive certa-

raminis praemium, ſive doctoris honores, iuſto petentes titulo. His te quoque adſcriptum cures, tempore opportuno!

Quominus plura, aut praemia, aut testimonia, distribuere mihi liceat, ceterorum Ordinum iudicia mox praelegenda impediverunt.

IUDICIUM ORDINIS MEDICI

his verbis ſcriptum est:

Ordo Medicorum, ad propoſitam quaestionem: Exhibeantur Hyoſcyami nigri, *primum* deſcriptio Botanica, ejusque herbae, radicis et ſeminis analyſis Chemica, *deinde* efficacia hujus plantae in corpus animale, *porro* eius uſus Medicus, atque *tandem* noxae ex medicamenti intempestiva adhibitione oriundae, *duas accepit reſponſiones, primam lemmate inſcriptam:* Il est peu de connaisſance, qui meritent autant notre attention, que la Botanique des lieux, qui nous environnent. *Fabregou: alteram, his verbis diſtinctam:* Latet anguis ſub herba: *utramque laudibus ſuis non deſtitutam, propter laboris et industriae vestigia in colligendis et referendis aliorum ſcriptorum testimo-*

moniis. Cum vero in speciali expositione primae et secundae partis huius quaestionis, Auctores non bene perspexisse videantur mentem Facultatis, quae non simplicem indicationem peracti a Viris Clarissimis laboris, sive ad detegendam principiorum huius plantae mixtionem, sive ad eius efficaciam in corpore animali demonstrandam, sed repetitis denuo experimentis illud argumentum confirmatum voluerat, et praeterea in proponendo usu Medico, qui ex sanis Therapiae rationalis regulis peti debuerat, non satis appareat scriptorum judicium, Facultati visum est, neutram harum scriptionum praemio decorari posse.

Doluit interim Ordo Medicorum, tertiam responsionem, aureis Kleinii *verbis insignitam:* liberam profiteor Medicinam, nec ab antiquis sum, nec a novis, utrosque, ubi veritatem colunt, sequor, *serius admissam, cum prioribus, ex lege nobis praescripta, non potuisse comparari, cum plura nobis exhibuerit judicii et laboris vestigia, adeoque accuratiore examine digna fuisset.*

IUDICIUM ORDINIS PHILOSOPHI ET LITERARII

huiusmodi est:

Ordo Philosophiae Theoreticae et Litt. Hum., ad propositam quaestionem: Quae fuit politica Belgarum conditio, temporibus Elizabethae, Anglorum Reginae? Quae fuisse videntur hujus Reginae in patriam nostram consilia? Quae horum consiliorum in res nostras vis fuit et efficacitas? *unam accepit commentationem, his* Ciceronis *verbis inscriptam:* Hominis est propria veri inquisitio. *Qua conscribendâ Ordini probavit Auctor industriam, studii assiduitatem, progressus item in Historiâ, cum universa Gentium recentiorum, tum praesertim Patriae nostrae; nec tamen ita partes suas peregit, ut dignus haberetur, qui praemium reportaret. Nam res historicas diligenter exposuit, non indagavit accurate aut dijudicavit. Nec vero effecit, ut Elizabethae in patriam nostram consilia, ex factis monimentisque historicis, quodammodo paterent. Quae cum desiderarentur, tantum abfuit, ut com-*

compenſaret ea orationis commendatione, ut ſermone uſus ſit fere ſordido et vitiis referto.

Denique hoc est

IUDICIUM FACULTATIS MATHESEOS ET PHILOSOPHIAE NATURALIS.

Ad quaestionem Zoologico-oeconomicam: exponatur Apis mellificae, Linn. ſuccincta Anatome, Hiſtoria naturalis et uſus oeconomicus, adhibitis et dijudicatis veterum et recentiorum hac de re obſervationibus et experimentis, *unum duntaxat Facultas accepit reſponſum, hoc lemmate inſcriptum:*

Solae communes gnatos, conſortia tecta
Urbis habent *&c.*

Virgilius.

Quamquam commentatio autoris diligentiam et praecipuorum librorum, qui hanc rem illustrarunt, notitiam indicat; quaestionem tamen non ſatis accurate et perſpicue tractavit. In parte etiam oeconomica plura deſiderantur. Praeterea Latine ſcribendi ratio barbariem re-

refert, et ſcriptio atque commentatio ipſa ab apographo ita corrupta fuit, ut pluribus locis vix intelligi posſet: quapropter Facultati non digna viſa fuit, quae praemio ornaretur.

Ad quaestionem Mathematicam nullum oblatum fuit reſponſum.

Sed ecce novum, quem nova alacritate iuvenes generoſi ineant, campum!

Theologorum ordo hanc proponendam duxit quaestionem.

Quibusnam partibus ſibi invicem ſimiles ſunt ſacri lavationis et coenae ritus a Chriſto inſtituti? Quis huius comparationis est uſus, in iudicio de utriusque ritûs indole, legitimo uſu ac fructu ſalutari?

Ab Iure Conſultis haec exhibetur quaestio: *Aſylorum apud praecipuas gentes, antiquas et recentiores, origo, uſus et abuſus tradantur atque exponantur.*

Me-

Medici, quam hoc anno propoſuerant, quaeſtionem, cum adiuncta admonitione, repetendam duxerunt, hunc in modum:

Dilucide et breviter exponantur Hyoſcyami nigri, primum *deſcriptio Botanica*, *eiusque herbae*, *radicis et ſeminis analyſis* Chemica, deinde *efficacia huius plantae venenatae in corpus animale*, porro *eius usus medicus*, *atque* tandem *noxae ex medicamenti intempestiva adhibitione oriundae.*

Facultas Medica iterum hanc quaeſtionem proponens, monet, imprimis in ſcriptoribus, qui hoc argumentum tractare velint, deſiderari, ut non aliorum tantummodo proferant experimenta et opiniones, ſed praeterea illa, *quantum eius fieri posſit, repetant*, has *vero ad regulas in Therapia generali traditas prudenter diiudicent, neque negligant ſcriptionis Latinae perſpicuitatem et puritatem.*

Ordo Literariorum et Philoſophorum hanc proponit quaestionem:

Quae

Quae fuit ſub finem Saeculi XI. gentium Europearum conditio? Quid cauſſae fuiſſe videtur, ut bella eo tempore ſuſciperentur ſacra? Unde explicandum, bella illa, per duo proxima ſaecula, et tanto ardore, fuiſſe gesta?

Mathematici et Phyſici quaestiones, ſuperiori anno propoſitas, modo praelectas, iterandas esſe cenſuerunt.

His igitur peractis, unum ſuperest, quod felix fauſtumque esſe iubeat Deus ter Optimus Maximus! Decreto regio, ſuccesſor mihi datus est Ianus Richardus de Brueys, Vir. Cl. Quem ergo huius Academiae Rectorem, in hunc, quem ingredimur, annum, renuncio ac proclamo. Tu igitur, Collega coniunctisſime! locum, tibi destinatum, cape!

Salve, magnifice Academiae Rector, iterumque ſalve! Quicquid est huius et honoris et oneris, in te devolvo. Valetudinem opportunam tibi ex animo gratulor. Nihil tibi deſit ad eam conſervandam et firmandam! Quae mihi Rectori grata acciderunt, iis tu, et quoad fieri posſit, pluribus quoque fruere! Te Rectore, ſal-

ſalva ſit, et vero etiam crescat, Academiae laus et ſalus!

Ita tu, Pater coelestis, faxis! Tibi, pro omnibus hodie commemoratis beneficiis, uti et pro auxilio dicenti praeſtito, ſit laus, honor et gloria in aeternum!



AN-

ANNOTATA
AD HANC
ORATIONEM,
scripta mense Martio, a. 1826.

(1) Rectoris munere functus sum, primum anno academico 1798-1799. iterum annis 1811-1816. Itaque, ex ordine consueto, mihi, anno 1824-1825. hic magistratus tertium non fuisset gerendus, nisi duae intercessissent caussae inopinatae. Quarum una fuit in adversa valetudine Cornelii Guilielmi de Rhoer, ICti, qui propterea, quicquid Academiae rectioni adiunctum est honoris et oneris, anno 1816. deprecabatur. Cum igitur Hermanno Arntzenio, alteri Ordinis Iuridici socio, eo ipso anno Graphiarii partes essent demandandae, Rectoris provincia, praeterita Iureconsultorum Facultate, a Theologico ad Medicorum Ordinem translata est. Altera eaque principalis caussa in eo erat, quod, ineunte anno academico 1824-1825. ex Ordinis Theologici sociis, unus, Gabriel van Oordt, rogatu suo, honorifice a Rege erat missus; reliqui duo, Hermannus Bouman

man et Hermannus Johannes Royaards, nondum integrum annum in hac Academia docendo transegerant, atque adeo, e legis Regiae praefcripto, art. 250. ad eam regundam vocari haud poterant.

(2) Unica, quae mihi fuperest, filia, Elizabetha Conrada, nupta Antonio van Wetering, Ecclefiasti Purmerendenfi, tempore hyemali anni 1824. febri catarrhali graviter afflicta, Deo tamen fervante, mortem e propinquo minantem effugit, reddita marito, liberis, parentibus. Verum uxor mea, fidelisfima per viginti et tres fere annos vitae meae focia, Clara Iuditha Nagel, ineunte illius anni hyeme, e periculofisfimo intestinorum morbo falva quidem evaferat, mihique, hanc Orationem habenti, tanquam e morte reddita erat; menfe autem Octobri anni 1825. in fimilem recidit morbum, multisque cruciata doloribus, quos tamen patienter, fide Euangelii promisfis habita, fustinuit, tandem, die 16 Decembris, mihi meisque e priori coniugio fuperftitibus liberis, luctuofa morte est erepta.

(3) Quod haec dicens verebar et fere praevidebam, accidisfe doleo. Qui tum aderant, horum non exigua pars questa fuit, de voce Oratoris parum diftincte audita. Cuius rei causfa cum videretur peritis harum rerum arbitris quaerenda, non in ipfo dicente, fed in dicendi loco, multum deinceps laboratum est, ab Academiae Curatoribus, huius an-

anni Rectore, disciplinarum Physicarum Professore, et artificibus, ad medelam huic malo adhibendam: cui ut labori exoptatus respondeat eventus, valde opto ac spero.

(4) Domus, quae a duobus inde seculis fuit academica, una cum templo, quod S. Martino dicatum fuit, aedificata fertur seculo XI. refecta seculo XIII. De priori illo haec scribit Iohannes de Beka, in *Chronico*, pag. 38. in *vita Adelboldi Episcopi* XIX. Rheno-Traiectini. *Anno Domini* 1023. *Trajectensis ecclesia per Adelboldum Pontificem magnopere superextructa fuit; ad cujus dedicationem Henricus Imperator cum* 12. *Episcopis Trajectum advenit, qui eandem Ecclesiam* VI. *Calendas Iulii mensis, unanimi benedictione consecraverunt, et cum magna solemnitate honorifice dedicarunt. Anno Domini* 1027. V. *Calendas Decembris Adelboldus Episcopus migravit ad Dominum, postquam annis* XVIII. *Trajectense rexisset Episcopium, qui sepultus requiescit infra tectum ecclesiae Traject. quam ipse decenter aedificavit in honorem sancti Martini serenissimi Confessoris.* Incertus Auctor, apud Wilhelmum Hedam, *Historiae Episcoporum Ultrajectensium*, pag. 109. in ejusdem *Adelboldi vita: Nova*, inquit, *Ecclesia S. Martini in Trajecto constructa et dedicata est a* XII. *Episcopis* VI. *Cal. Julias*, *Anno* M. XXIV. Et, paullo post: *Anno* M.XXVII. *obiit Adelboldus Episcopus, cujus excellens sapientia multis nota est, et qui summae virtutis vir et consilii ubique praedi-*

dicatur. Si de hoc cuiquam dubitare visum fuerit, respiciat Trajectum diversis operibus ab illo auctum et ornatum, ibidemque novum Monasterium sancti Martini miro ingenio ab eo fundatum et ordinatum, et mira celeritate paucis annis pene ad perfectionem perductum. Ipse Heda, ibid. p. 110. *Adelboldus*, inquit, *in actibus bellicis parum fortunatus, in administratione et regimine suo prudentissimus, animum applicans ad augmentum Religionis et divini obsequii, locorumque sacrorum collapsorum instaurationem, ecclesiam Trajectensem a Baldrico* (Episcopo Rheno-Traiectino xv. qui hanc urbem, a Danis destructam, instauravit, a 934.) *inchoatam, secundum aliquos continuavit, secundum alios, diruto priore opere a fundamentis novam basilicam magnificentius octennio exstruxit.* Et, paucis interiectis, addit: *dedicata est autem* VI. *Cal. Iulii*, M. XXIII. In *Memoriali majoris Eccl. Traj.*, referente H. S. V. H. (h. e. Hugone Francisco Van Heussen:) in *Historia Episcopatuum Foederati Belgii*, Tom. I. pag. 11. haec lecta fuerunt: v. *Kal. Decembr. obiit Adelboldus Episcopus reparator et fundator Ecclesiae nostrae: unde dantur duae librae et pulsabitur ter cum Campana Episcopi, et habebit Campanarius* IV. *den.*

Sed ipsae hae aedes renovatae dicuntur seculo decimo tertio. Joh. de Beka, *Chronici* pag. 88. in *vita Henrici*, *Episcopi* XXXVIII. haec refert. *Anno Domini* MCCLXVII. *pridie Nonarum Iunii, Henricus Episcopus requievit in Domino, postquam idem annis* XV. *victoriose praefuisset Episcopio. Hic re-*

reverendus Pater — ad fundamentum novae fabricae Trajectensis Ecclesiae lapidem primitivum imposuit. Wilhelmus Heda, *Historiae* laud. pag. 114. in ejusdem *Henrici vita* haec tradit: *Videns etiam Ecclesiam majorem Trajectensem ob vetustatem minantem ruinam jecit fundamenta celebrioris, atque firmioris operis, prout Basilica jam consummata ostendit.* Arnoldus Buchelius, in ann. ad Ioh. de Beka lib. I. p. 92. *Extat*, inquit, *tabula in hoc* (Martini) *templo suspensa, quae continet annos fundati et restaurati hujus templi minio notatos; cujus postremi hi versus:*

—— Denique praesul
Henricus coepit hanc renovare suam
Ecclesiam, Regis Guilielmi tempore.

Quocirca, in *Hist. Episc. foeder. Belgii* laud. Vol. I. p. 2. *Ecclesia haec*, inquit scriptor, — *a ruinis sub Ann.* 1015. *magnificentius restaurata per Adelboldum, atque per Henricum Viandensem Ultrajectinos Episcopos, Anno* 1224. *ad praesentem formam deducta, adjecta Anno* 1321. *celebri ac fastigiata turri.* Conf. etiam H. V. R. (h. e. Henr. van Ryn) *Aantekeningen* op de (vertaalde) *Beschrijving van 't Utrechtsche Bisdom.* I. D. bladz. 131.

Caeterum legi merentur hi ipsi scriptores, de sacris referentes aedibus, S. Martino dicatis, iam antea collapsis, quae his, magnam partem, in hunc usque diem superstitibus, locum fecerunt. Minime vero negligendus erit Anton. Matthaeus, qui scripsit *Fundationes et fata Ecclesiarum, praeser-*

ſertim quae Ultrajecti, et in ejusdem ſuburbiis, et pasſim alibi in dioeceſi. Lugd. Bat. 1704. Lib. I. Fund. I. Quibus adde eiusdem *de Nobilitate* Lib. II. cap. III. Amſt. 1686.

(5) Conf. Ant. Matthaeus, *de Nobilitate*, Lib. II. c. XXXIII. XXXIX. Lib. III. cap. I. *Lantbrief van Bisſchop Arnt van Hoern, gegeven in 't jaer ons Heeren Duſent drie hondert vijf en ſeventig*, in Joh. van de Water *Groot Utrechtsch Placaatboek*, I. Deel, bladz. 29, 30. et *Tegenwoordige Staat van Utrecht*, (ſive *Tegenwoordige Staat van alle Volken*, XXI. Deel.) III. Hoofdſt.

(6) Varias, de hac appellatione, ſententias videſis apud Matthaeum, *Fundat. Eccleſ.* pag. 1, 2. 4. et in *Hiſt. Episcop. foeder. Belgii*, antea laud. pag. 2.

(7) Conf. Narratio de *Illuſtris Gymnaſii Ultrajectini inauguratione, una cum Orationibus inauguralibus* edita, Ultraj. 1634. et Arnoldi Drakenborch, *Oratio Panegyrica in natalem ſaecularem Academiae Trajectinae.* Traj. ad Rhen. 1736. pag. 31, 32.

(8) Conf. Ant. Matthaeus, *de Nobilitate*, Lib. II. cap. XLVII.

(9) Quae hac in cauſa a. 1528. publice fuere acta et ſcripta, ſingula e monimentis edidit Joh. van de

de Water, *Groot Utrechtsch Placaatboek*, I. Deel, bladz. 1–28.

(10) Ordines regionis Rheno-Traiectinae, die 27 Novembris, a. 1536. hac de re, apud Comitem Hoogstratanum questi sunt his verbis. *Item, hier en boven soo werden die Staten in kleyne lichte saaken, te weeten, eenen brief te leesen, Requêsten van den staten, renten ende andere diergelyke te appoincteren, dikwils ende menigwerf in de Cancelerye, staande by Vreedenburg, sonder eenige discretie geroepen, en moeten aldaar compareeren in alle Vergaderingen van de Staten saaken, om die saaken te handelen en te communiceren, het welke een seer onbequame plaatse is, aan de een zyde van de Stad Utrecht staande, en is seer kleyn, soo dat elck van den Staten aldaar geen vertreck en hebben, om elck apart en bysondere met syn Staat te mogen beraden, dan moeten onder den blauwen Hemel in den reegen, hagel, wind ende sneeuw staan, &c. waar inne wel behoort geremedieert, ende een bequame plaatse geordineert te werden.* Haec refert Joh. van de Water, lib. I. Vol. II. pag. 972. Erant eo tempore Curiae Provincialis Cancellaria collocata in veteri Orphanotropheo, vicino *arci*, quam *pacis* tuendae caussa structam voluerat Carolus V. propterea *Vredenborch* dictae. Id quod refert Matthaeus, *de fundat. Eccles.* p. 253. In istis Curiae Cancellariis, Ordines, a. 1536 et 1546. congregatos fuisse, constat ex iis, quae

Ant. Matthaei industria conservavit, in libris *de Nobilitate*, pag 688. Verum, ex hoc Orphanotropheo veteri, Cancellaria, a. 1570. fuere transportata in aedes Ill. Iani van Renesse, Domini in *Wilp*, a tergo arcis dictae *Clarenborch*, iniquitate Philippi II. publicatas, in quibus tum Ordinibus quoque datum fuit senaculum. Conf. Matthaeus, *de iure gladii*, p. 625. et *de nobilitate*, p. 689 Add. Petrus Bondam, *ann.* ad *Orat. secul. de Foedere Traiect.* p. 43, 44. et in *Sylloge anecdotorum*, (*Verzameling van onuitgegeevene stukken, tot opheldering der Vaderlandsche Historie*,) Vol. III. p. 288-290. 312-318. In his igitur aedibus congregatos fuisse Ordines, ab eo inde anno, usque ad extremos dies mensis Septembris vel primos Octobris, anni 1577. colligitur ex eorum decretis et epistolis, in lucem emissis a Bondamo, in eadem *Sylloge*, Vol. I. p. 228. Vol. II. p. 118. 136. 186. 197. 201. 203. 225. 243. 260. 294. 363. 386. Vol. III. p. 37. 145. 158. 218. 227. 280. comparatis cum iis, quae, de his aedibus, a Renesseo, eo anno recuperatis, et de Ordinibus in Capitularem domum S. Martini reversis, tradita sunt Vol. III. p. 313. et Vol. IV. p. 59. 109. Aliquando eos in aedes Gubernatoris convenisse, docet scriptor libri laudati: *de tegenwoordige staat van Utrecht*, p. 209, 210. Nec dubitare nos hac de re sinunt ea, quae Matthaeus, *de fundat. Eccles.* p. 253. excerpsit ex edicto anni 1530. Credibile quoque est, Ordinum

que-

querelis, a. 1556. prolatis factum fuisse, sive mox, sive deinceps, ut paullo maior ipsis commoditas procurata fuerit in aedibus, Curiae provinciali destinatis. Certe huius rei spem dederat Gubernator, in responso huius argumenti: *Mensal den Staten doen alle gerieflykheyd, dat zy bequamelyk sullen mogen in de Cancelarye vergaderen, en (is het noot) elcxapart vertrecken.* Vid. Van de Water, l. l. Et quando Ordines, a. 1575. denuo eandem caussam urgerent, apud Requesenium, Ducis Albani in gubernanda Provincia successorem, non repetierunt id, quod antea questi fuerant de necessitate sub dio standi. Harum querelarum mentionem iniicit diligentissimus rerum eo tempore in regione Rheno-Traiectina gestarum scriptor, Salomon Bor, *Oorsprongk, begin en Vervolgh der Nederlandsche Oorlogen, Beroerten en borgerlyke Oneenigheden*, Lib. VII. ed. 1679. Vol. I. p. 578. in eo tamen minus diligens, quod quae fuere acta a. 1575. referat ad a. 1574. libellumque ab Ordinibus datum ad Requesenium non integrum reddat. Bondamus quoque non nisi partem eius cum lectoribus communicavit, in *Sylloge* laud. Vol. III. p. 314-316. Quare equidem huius libelli, quem rara nactus sum opportunitate, copiam dabo; id quod legentibus non displiciturum esse spero.

ARTIJEN OFT CONDITIEN
SUPER PSENTATIONE. (*)

Hoe wel die Staten van den Lande van Vtrecht wel meijnen sijn Exce, soe bij monde van haerl. Commissarien, als bij andere voergaende supplicatie ende schrifturen genoechsaem verthoent te hebben, dat sij meer dan ouer betaelt hebben, tghene sijl. om van die petitie van den honderften, twintichsten, ende thiensten penninck ontslegen te worden, voertijts ghepresenteert hebben, dat oeck die stadt, steden ende Landen van Vtrecht doer die menichfuldige groote costen lasten ende schaden, die sij gedaen gehadt ende gedragen hebben, vande welcken sij als noch jn jeghenwoerdicheijt egheen verlichtenisse en vernemen, egheen macht ofte bequaem middel meer en hebben om sijne Mat. enighe vorder subuentie te moeghen doen, jae datmen heml. niet alleen gheen meerder last en behoert op te leggen, maer compassie ende medelijden met heml. te hebben, ende sulcx jn alles te verschoenen als frontieren wesende, van de limiten van de rebellen, ende liggende jnt middel vanden brant van dit jeghenwoerdich ciuil oerloch, op dat die Stadt steden ende Landen van Vtrecht jnt eijnde jnt gheheel niet verwoest gedesoleert ende verlaten en worden. Nochtans aenmerckende den groten noet daer jnne sijne Mat. jegenwoerdelick js, ende willende thoenen die goede affectie ende grote getrouheijt die sij

(*) h. e. Conditiones, quibus Ordines Hispaniae Regi offerunt ingentem pecuniae postulatae partem.

ſij altiit tot ſijne Mat. gehadt ende gedragen hebben, ſouden noch te vreden ſijn, jndie plaetſe van alle puncten ende articulen breder verhaelt ende begrepen jndie propoſitie haerl. gedeputeerden jn Julio lestleden gedaen, ende alhier ſchriftel. ouergebrocht ſijne Mat. te conſenteren die ſomme van vijſtich duijſent karolus guldens eens, elcken gulden gerekent ten prijſe van veertich groten vlaems, d'welcke puer ende ſuuer ſullen gaen tot oerbaer ende proffijt van ſijnder Mat. ſonder enighe affcortinge, bouen andere gelijcke hondert ende vijftigh duijſent guldens, d'welcke tot ordele vonniſſe ende diſcretie vande voerſz. Staten, ſonder dat die vande financie ofte ijmant anders van ſijnder Mats. wegen, diens hem ſal moegen moijen ofte onderwijnden, geëmploijeert ſullen worden tot betalinge vande contributien leningen vuijtzettingen ende diergelijcke ſaecken, enige continuele voergaende jaeren geleden ende gedragen tot behoeff ende notoir proffijt van ſijnder Mat. bij die van de ierſte ende twede Clergie, zoe jnt generael, als jnt particulier bijden Camelaer vande ſtaten, ende bij die Stadt ſteden ende dorpen vanden Lande van Vtrecht, monterende noch verre bouen die voerſz. ſomme van hondert ende vijftich duijſent guldens, ſoument al deſen aengaende jn pertinente rekeninge willen brengen, euenverre ſijn Exce. gelieffde vuijten naem ende van wegen ſijne Mat. heml. te accorderen deſe nauolgende puncten ende articulen.

1. *Ende ierst dat ſijn Exce. gelieuen ſal die Stadt ſteden ende Landen van Vtrecht daer*

gheen

gheen garnisoenen notelick sijn, van nu voertaen vande soldaten t'ontlasten ende ontlast te laten, ende jn sonderheijt die stadt Vtrecht, die niet jegenstaende het quaet traictement heml. bijden Hartoge van Alua bouen recht ende redenen gedaen, sijne Mat. getrou gebleuen js, als vele omliggende steden affweecken, daer oeck acht veendelen burgers op wapenen gestelt sijn, die de nachtwachte houden, ende oeck de dachwachte jndie poerten met die van de gheestelicheijt, den Houe Prouinciael, Adel, ende andere vande principaelste vander stadt, daer grote menichte van gheestelicheijt resideert, daer seer veele catholijcke soe particulier als Officiers ende dienaers van sijnder Mat. vuijt Hollandt geweecken hem onderhouden, ende daer bouen dijen sijn Mat. een Casteel heeft, soe datmen hem van de voersz. Stad, sonder enige andere garnisoenen wel verseekert mach houden, welcke artijckel sijn Exce. die voersz. staten oeck mitsdien te lichtelicker behoirt te accorderen, gemerckt die grote ende excesiue kosten lasten schaden ende swaricheijden, die sijl. nu continuelick den tijt van acht jaeren ende jn sonderheijt dese laeste verleden drie jaeren geleden hebben, ende noch jegenwoerdich onuerdrachlick lijden, ende geduerende dese orloge lijden sullen moeten, sonder dat sij daer van verlicht ofte ontlast sullen connen worden, ofte oeck jn tijden van noet daer van ontlast begheren te blijuen. Soe sij selffs tot meer tijden als heml. des van noode dochte te wesen, garnisoen aengenoemen ende versocht hebben, ende merckel. jnden jaere ses ende sestich

ten

ten tijde vanden ierſten Trouble, als die ierſte oproerte binnen Vtrecht was, ende dat het Casteel was jn handen vanden Prince van Orangien doen haerl. Stadtholder, hebben die van de gheestelicheijt ende ſtadt Vtrecht, een veendel knechten ſterck omtrent vijff hondert hoeffden, t'haerl. eijgen cost aengenoemen, ende den tijt van omtrent negen maenden onderhouden. Ende ſoe naderhandt die rebellen die bij Oesterweel geſlegen ende geſtroijt waren, hem weder verſaempden binnen die ſtede van Vianen, alſoe dat die voerſz. ſtaten beducht waren dat ſij ouer die riuiere indie Landen van Vtrecht comen ſouden, hebben d' voerſz. Staten terſtondt geſchickt aende hoecheijt vandie Hartoginne van Parma doen Gouuernante, ende haer vant ghene voerſz. geaduerteert, ende daer toe verſocht hulp ende aſſiſtentie. Ende niet te min beducht weſende dattet ſecours te laet ſoude moegen comen, hebben middelre tijt op genoemen noch twee veendelen ſoldaten, ſterck acht hondert perſoonen, die ſij tot bewaerniſſe vande Vaert, jegens Vianen ouer geleijt, ende vorts thaeren coſten onderhouden hebben, tot dat die voerſz. Hartoginne belieft heeft d'ſelue thaeren laſte te nemen, ende die voerſz. Hartoginne van Parma t' voerſz. aduertisſement verſtaen hebbende, heeft terſtont jn haeſte, beueel gedaen den Graue van Megen, ſal. memorien, dat hij mit ſijn geheel regiment van thien veendelen duijtſche ſoldaten hem ſoude vijnden binnen Vtrecht, ende aldaer ordre ſtellen jegens d' voerſz. rebellen. Ende hoe wel doen noch gheen ſteden enich garniſoen ontfangen, veel min

ſelffs

ſelffs verſocht hadden, jae dat veel ſteden oeck den voerſz. Grave, ende ſijn volck uijtgeſloten hadden Soe hebben die vande ſtadt Vtrecht den voerſz. Graue met ſijn gheheel regiment nochtans ſelffs jnne gehaelt, ende den tijt van omtrent vijff maenden ſoe jn cost als anderſins onderhouden, gelijck dat veel vanden Houe alhier noch kennelick is. Ende beginnende weder deſe jegenwoerdige trouble ſijn d'ierſte geweest die garniſoen ſonder enighe ſwaericheijt ontfangen hebben, als nochtans veele andere omliggende ſteden ſulcx refuſeerden. Ende hoe wel ſijl. tot meermael aen ſijn Mat. beclaecht hebben gehadt vande grote coſten lasten ende ſchaden die ſij geleden hadden van de ſpaenſche ſoldaten, die den Hartoge van Alua belieft hadde binnen Vtrecht te leggen (hoe wel die bat ghedient ſouden hebben om die Hollantſche ſteden nu bij faulte van garniſoenen affgeweken te bewaren) Soe hebben ſij altijts daer bij gehangen die clauſule, ten ware ſulcx noet ware. Als ſijne Mat. t' ſelue oijck bj twe verſcheijden misſiuen aenden voerſz. Hartoge geſz. beuolen heeft, blijckende bij die copien vandien hier bij geuoecht. Bouen deſen als den Heere van Noircarmes als Stadtholder ierst binnen Vtrecht gecomen was, heeft hj jn optie vande vander ſtadt geſtelt, off ſij garniſoenen wilden hebben, oft gheen, ende oeck hoe veele. Ende die vande ſtadt hebben ſelffs een Duijtsch vendel begeert te hebben. Ende middelre tijt hebben ſijl. acht veendelen van haer burgers jn wapenen geſtelt, die heml. ſulcx ſoe jnt houden vande nacht als dachwacht, ende voerts jn alles dat van

noe-

noede geweest js gedragen hebben, datmen reden heeft, hem daer op te betrouwen, ende dat sij suffisant sijn die stadt te bewaren, ende gheen vorder garnisoen tot cost van sijne Mat. van noede hebben. Soe die vianden doch gheen macht hebben enighe steden met fortse te becrachtighen.

Waeromme die steden van Amersfoert, Wijck, Rhenen ende Montfoert oijck wel jnt gheheel ontlast, oft jmmers alsoe verlicht behoiren te worden, dat het heml. dragelick sij, t'welck te doen soude wesen, midts heml. alleenlick latende een cleyn getal schutten van duijtschen nation, ende voersiende tot betalinge vande selffde, alsoe dat die borgers ende jnwoenders daer van gheen vorder last en souden hebben te verwachten. Mitswelcke redenen die Staten hem laten duncken dat sijne Exce. gheen swaricheijt behoirt te maken om d'voersz. Staten volgende haerl. versoeck te belouen datmen heml. van alle onnotelicke garnisoenen ontlasten ende ontlast laten sal. Soe sij te vreden sullen wezen jn tijden als tot notelicke defensie vande stadt ende steden van den Lande van Vtrecht vorder garnisoen van noode sijnde t'selue niet alleen te ontfangen, mer oijck te begheren, gelijckmen des op heml. die die zaecke aldermeest toucheert, achtervolgende die voergeällegeerde exemplen behoirt te betrouwen.

2. *Mer alsoe vanden Inhouwen van desen ierslen artyckel die jnwoenders vande stadt Vtrecht jnt geheel niet verzeeckert en souden connen sijn, blijuende die Spaensche Capiteijn ende soldaten op den huijse van Vredenborch, soe die selffde middel hebben*

ben

ben omme van buijten jnden Castele, ende doer tselffde jndie stadt te laten alsulcke soldaten, alst heml. belieft, waer doer die vande stadt Vtrecht gheestelick ende weerlick seer bevreest sijn dat haerl. soude moeghen gebueren t'selffde dat tot Antwerpen geschiet js, als te weten dat die soldaten egheen betalinge crijgende, hem binnen der stadt Vtrecht begheuen souden, ende hem aldaer aenstellen, als sij binnen Antwerpen gedaen hebben, gelijck het bijcants gebleken ende geschiet js geweest (haddet die goedertierenheijt ende genade Godts niet belieft te beletten) den xvij^en^ *Decembris lestleden, doen die gemutineerde Spaengerden jegens die wille van sijnder Ex*^ce^*. vertrocken sijnde vuijt Hollandt, die stadt Vtrecht aen S. Cathrijnen poerte dicht onder het Casteel beclommen ende beuochten, meijnende die stadt te plonderen ende te saccageren ende midt die jnwoenders vandien seer qualick te leuen, d'welcke sijl. nummermeer aen die plaetse soe nae bij het Casteel begost souden hebben, hadden sij op die Spaensche soldaten liggende op Vredenburch hoer toeuerlaet ende betrouwen niet gehadt, twelk oijck haer jnt geheel niet en failgeerde, alsoe meer dan notoir ende allen menschen alhier kenlick js, dat die voersz. spaensche soldaten van Vredenburch siende die vromicheijt ende weere vande borgheren jegens die assaulte ende fortse vande voersz. Spaengerden jndie borgeren geschoten hebben, enighe van haerl. doetschietende, ende enighe quetsende, niet jegenstaende den Capiteijn van Vredenburch hoerl. het selffde wel scherpelick geinterdiceert en-*

ende verboden hadde. Ende js oeck wel te bemercken, dat die spaensche garnisoenen liggende jndie omgelegen steden omtrent Vtrecht mit dese gemutineerde spaengerden jn desen aenslach een ghemeen verstandt gehadt hebben, alsoe die selffde jegens die borgeren, ende alle jnwoenders van Vtrecht, alsoe vergramt ende verbittert sijn, ouermidts sijl. dese jnterprinse wedergestaen ende vromelick belet hebben, dat sij haer coepmanschappen ende anderen affairen jndie voersz. steden niet en mogen nae older gewoente handelen ende tracteren, maer terstondt jnt perijckel van haer lijff sijn jndie voersz. steden comende, ende sommighe borgheren van Vtrecht vandaer niet en souden hebben leuende connen geraken, ten ware sj bij die jnwoenders aldaer ontset ende heijmelick versteken waren geweest, gelijck dit selffde tot Wijck Rhenen, Culenborch, ende Vianen meermael gebuert js, als bij onuerleggelicke jnformatien tot sijnder tijt, (soe verre des noet sij.) wel breeder sal verthoent worden, vuijt welcke ende diergelijcke meer acten die bij die spaensche soldaten oijck meermaels aengericht sijn, men wel claerlicken can verstaen, dat sij op haerl. Capiteijnen ende ouerheijt niet en passen, ende dat die jnwoenders ende borgeren van Vtrecht niet secuer noch sonder sorge ende achterdencken vanden Casteele en connen gesijn, alsoe lange het selffde Spaengers beuolen js, ende bij haerl. jegens die olde vsantie, tot nu onlancx toe, altijt ter contrarien gebruickt bewaert sal worden, waer omme sijl. wel oetmoedelick supplliceren dat sijn Exce. soude gelic-

lieuen het voersz. Casteel mit een nederlantsch Capiteijn ende duijtsche oft andere nederlantsche soldaten te doen bewaeren, ende jn handen stellen vanden Gouuerneur jnder tijt vande prouincie van Vtrecht, den welcken men sulcx pleech te betrouwen, ende noch rechtevoert saecken van meerder importantien gelooft ende beuolen worden, op dat sijl. van dese alderswaerste ende affgrijselickste vrese ende sorge moghen ontslegen sijn, voer welcke sijl. te meer, ende niet sonder reden beducht sijn ouermidts die voersz. spaensche soldaten openbaerlick alsnoch jactiteren ende laten luijden, dat sij die van Vtrecht dit voersz. feijt vande affkeringe vande muijren, al waert oeck nae veele jaeren, tot sijnder tijt sullen vergelden ende betalen.

3. *Dat voirts sijn Exce. ordre wil stellen, dat alsulcken ouerlast fortsen gewelden, schattingen, concussien, exactien, spoliatien, ende andere ongeregeltheijden alsoe wel die die ruijteren, als soldaten dagelicx op den platten landen, ende oeck jndie steden moetwillichlijck bedreven hebben, ende noch bedrijuen, niet meer en geschieden, maer dat discipline militaire ende justicie onder den soldaten gehouden worden sulcke alst behoirt ende voer henen plach te geschieden, voersiende tot dien eijnde tot haerl. ordinaris betalinge ofte ten minsten van sulcke leninge, dat sij egheen occasie en hebben enighen ouerlast meer te doen. Soe sijne Exce wel can verstaen dat het Landt van Vtrecht niet suffisant genoech en js, om alle die garnisoenen die aldaer ende omtrent jegens die rebellen liggen, mit le-*

leninge ofte andersins te onderhouden, mer jndien sij sulcx souden moeten doen, ofte dat gheen ander ordre onder die soldaten gestelt worde, en souden niet alleen die reste vande platte landen, mer oeck die steden jnt eijnde geheel woest, desert ende verlaten blijuen.

4. *Dat oeck sijne Exce. gelieue tot soulagement vande kercken, cloesteren, gasthuijsen, hijellige-geesthuijsen, potten van armen weduen weesen, ende alle andere persoenen van den Lande van Vtrecht, die ten achteren sijn aendie ghene die ter oersaecken vande verleden trouble, fugitijff, gebannen, ofte geëxecuteert sijn, ende die haerl. afterwesen jegens alle Recht ende redenen onthouden wort, ouermidts die sobere justicie die die vanden Raede diemen noempt vande Trouble, tot noch toe geadministreert hebben; gelieue den seluen Raede te casseren, ende alle saecken aldaer hangende te renuoijeren voerden Raede Prouinciael van sijne Mat. t'Vtrecht, omme aldaer diffinitiuel. getermineert ende geëxecuteert te worden sonder enich vorder renuoije. Ordonnerende den rentmr. vandie confiscatien sonder ander aduijs van uwe Exce. ofte den voersz. Raede vande Trouble te verwachten te voldoen t'ghene parthijen bij den voersz. Raede toegewesen sal worden, al achtervolgende t'ghene den generalen Staten beloeft, ende den gedeputeerden vande staten van Vtrecht uwe Exce. mondelick doen aenseggen heeft, want die voersz. persoenen jn sulcker manieren t'hoere t'onthouden, js een saecke die sonder twijffel roept wraecke voer Godt almachtich,*

en-

ende die sulcx eensdeels een oorsaecke gegheuen heeft vanden tweden trouble, ende ontwijffel. bij Godt almachtich causeert die grote straffe die ouer dese Landen, Godt betert, dese laeste jaeren geuallen js, ende oeck retardeert die victorie van sijne Mat. jegens sijne vianden ende rebellen, die anders, nae menschelicke opinie te spreken, gheen macht ghehadt souden hebben sijne Mat. een halff jaer te resisteren.

5. *Dat sijne Exce. mede gelieue den rentmr vande Domeijnen van sijne Mat. ouer die Landen van Vtrecht, daer veele kercken, cloesteren, ende particulier persoenen renthen op geässigneert hebben, te ordonneren dat hij heml. betalinge doe gelijck hij des jn veele jaeren niet gedaen heeft, ende noch jegenwoerdelick daer van onwillich ende jn gebreecke blijft, twelcke men verstaet toe te coemen, door dien dat jnne ende omtrent den Lande van Vtrecht veel nieuwe Gouuerneurs gestelt sijn, die seer grootelick gegageert worden, ende geassigneert sijn, op die Domeijnen van sijne Mat. als Heere vanden Lande van Vtrecht, ende soe d'selue Gouuerneurs voer aff betaelt willen wesen, wort den jncoemen vande voersz. Domeijnen niet suffisant gevonden, om die oude schulden die daer op, ofte vuijt gehijpoticeert sijn, te moeghen betaelen.*

6. *Dat oeck sijne Exce. gelieuen sal te ordonneren ende mit behoerlicke remedien van justicie te constringeren die wet ende magistraet van Antwerpen, dat sij sonder vorder vuijtstellinge, betalinge doen aen die ingesetenen vande stadt steden ende Landen*

den van Vtrecht, d'welcke aen haerl. van loff ende lijffrenthen ten achteren sijn, alsoe anders geschapen soude sijn, dat alhier veele treffelicke goede luijden van commer ende miserie vergaen souden, d'welcke wel eer tijts op die fortificatie vande voersz. stadt, haer penningen ende armoede beleijt hebben, ende betalinge van dien jn desen desolaten tijt ende extreme bederffenisse vanden Lande van Vtrecht gheensins en connen ontberen

7. Dat sijne Exce. voerts generalick ghelieue die staten steden ende Landen van Vtrecht, ende een ijgelick lidt van heml. te houden ende mainteneren jn alle haer priuilegien, rechten, usantien ende costumen, gelijck heml. des bijden Keije. hoechloff. memorien, ende Coe Maten beloeft ende beswoeren js, ende dat alsulcx uwe Exce. gelieue onder andere te casseren ende te niet doen alle nieuwicheijden jndie Landen van Vtrecht op gestelt, merckelick van sekere nieuwe Gouuerneurs, wesende vuijtheemsche die die nature vande jngesetenen juden Lande niet bekent en js, ende sulcx van gheen priuilegien, costumen, usantien en weten, noch en houden, ende jn effecte anders niet en dienen dan tot last ende coste van sijne Mat. ende om die Landen ende die Steden op te eten ende te bederuen, soe die niet en soecken dan haer eijgen proffijt, ende hem seluen te rijcken, doende te dien eijnde die steden ende Landen van Vtrecht regieren bij jnheemsche Officiers, bij d'welcke sij tot noch toe geregiert sijn ghewoest, ende hem soe in dese, als voergaende Trouble, sonder te hebben alsulcke Gouuerneurs, getrou-

ge-

getoent hebben. Dat sijne Exce. voirts gelieue desen ende andere gelijcke articulen te effectueren, aengaende tghene bij die gedeputeerden vande generale staten bij haerl. remonstrance versocht js geweest.

8. *Jtem dat sijne Exce. gelieue die staten te permitteren dat sij vuijt hueren naem moeghen noemen ende stellen, eenen ontvanger van den outschiltgelt, Hijnderdam, ende Leckendijck, gelijck noch ouer corte jaeren die voersz. Staten, in possessie vandien geweest sijn, ende alleen bij den lesten Ontfanger, onkanex ouerleden, jn weerwille vande voersz. staten, anders gepractiseert ende mit subtijle middelen jngebroken js geweest, ende oijck sijn zoene den ontfanger nu jegenwoerdich bij maniere van prouisie den Staten voersz. ongehoirt jn possessie vande selffde drie officien wel subreptifelick noch seluer jnt leuen wesende, ende sijnen dienst continuerende, heeft doen stellen, ende nae hem seluen jn sijn plaetse bij enighe van sijnder Muts officiers doen surrogeren, waer jegens die staten van meininge waren haer terstont te opposeren, ende bij sijnder Mat. des te beclagen, ten ware den voersz. ontfanger ten tijden, dat die staten bij die jnique sententie vanden Hartoge van Alua gecasseert waren, ouerleden ware geweest, ende en hebben mitsdien egheen plaets ofte oirsaecke gehadt op dit artijckel haer doleancie eer te moeghen te kennen gheuen.*

9. *Ende alsoe die voersz. staten haer beuijnden jn meerder subiectie te sijn, dan enighe andere sta-*

*ſtaten ofte Landen, niet alleen van nieuwes aengecoemen, maer oeck die patrimoniale, te weten, dat ſij niet en moegen vergaderen, ſonder voergaende verſchrijuinge vanden Præſident ofte Raeden provinciael aldaer, dat ſij oeck verlaten moeten als ſij vergaderen haer olde gewoenlicke plaetſe d'welcke daer toe ſeer bequaem js, ende verſamen jnder Cancellarie vant voerſz. Hoff, al waer ſij alſulcken commoditê, om mit maelcanderen te ſpreecken, ende ſomtijden jn ſwaren ſaecken, haerl. te vertrecken, niet en hebben, jae die vanden Houe meer jndie weech ſijn ende behinderen. Dat ſij oeck alle reſolutien, die jndie ſaecken vande ſtaten genomen worden, terſtont den Præſident ouer leueren moeten, twelck jn gheen andere ſtaten ofte Landen van herwertſouere en geſchiet, ſal gelieuen ſijn Ex*ce*. toe te laten, dat die Staten voert aen ſullen moghen beſchreuen worden, doer hoeren Domdeken alleen, als hoeft vande ſtaten voerſz. alſt van outs plach te geſchieden, ende dat ſij ſullen moegen vergaderen jn hoer olde gewoenlicke plaetſe, ſtaende bij die Domkercke, weſende daer toe ſeer propijs ende bequaem, als hebbende huere vertreckcameren, daer het ridderſchap, die ſtadt ende ſteden, appart mogen mit malcanderen delibereren, ende wel eer tot dien eijnde met groter coſten gebout ende opgericht, ſonder datmen oijck gehouden ſal weſen den Præſident ofte Raeden enighe reſolutie bij die ſtaten genomen ouer te brengen ofte te leueren, alſoe het Landt van Geldre onder die heerſchappie van ſynder Ma*t*. gecomen*

js,

js, ende die parthien ende twedrachten d'welcke enige pericülen van oproerte souden hebben moghen causeren, nu ganselick versweenen ende vernielt sijn, ende bij experientie van veele jaeren, ende principalick jnden ierſten trouble vanden jaere van LXVI. *claerlick bevonden js, dat die jngesetenen vanden Landen van Vtrecht sijne Ma*t. *soe getrou ende toegedaen sijn, als enige andere ondersaten van sijne patrimoniale Landen souden mogen wesen, ende daeromme die redenen ende oirsaecken waeromme sulcx wel eer bij die Graue van Hoechstraten mitter daet jegens het tractaet vande translatie vande temporaliteijt jngebrocht js, nu ter tijt heel ende all cesseren, Ende alsoe oick bouen desen voersz. redenen sijne Ma*t. *wel behoerden jn aenschou vande grote getrouwe dienſten die d' voersz. staten sijne Ma*t. *getoent ende gedaen hebben, ende die onsprekelicke costen, laſten, swaricheijden, die sij gehadt ende geleden hebben, hoerl. van nieuwes enighe priuilegien te accorderen, gelijck jn regardt van alsulcken meriten bij verscheijden Heren ende Princen aen haerl. getrouwe ondersaten dickwils beweesen js, als men oijck verſtaet anderen steden nu gedaen te sijn, heeft sijn Ex*ce. *te min swaricheijts te maken, om jn dese puncten den staten van Vtrecht te gunnen ende toe te laten, t'welcke heml. van rechts wegen toe coempt, ende van outs altijt geobserueert js geweest, oeck aengemerckt, dat gheen Domdeken, diet hoeft vande Staten js, ende die voersz. beschrijuinge doen soude, jn possessie geſtelt mach worden, ten sij hi sijne Ma*t. *aen-*

ge-

genaem sij, ende sulcx verworuen hebbe sijne Mat brieuen van placet, gelijck dit selffde oijck vande andere Dekenen geobserueert wort, alsoe dat men uuijt het ghene voersz. js wel bemercken can, dat dese drie voersz. puncten wel eer om redenen als bouen verhaelt, jngebrocht nu ter tijt nodeloes sijn, ende gheen vruchten met allen, dan alleen een specie van diffidentie van sijnder Mat. jegens sijne getrouwe ondersaten met en brengen, gelijk oijck jn gelijcker manieren niet sonder groote redenen huer beclaegt die Magistraet der stadt Vtrecht, dat haerl. wel eer tijts benomen sijn die sloetelen om te geraken bij die stadts zegelen, welcke sluetelen betusten onder den Capiteijn van Vredenburch, ende t'elcken reijse, als sij die van noode hebben van hem moeten vereijsschen, ende daer beneffens oeck niet en moeghen doen luijden die stadts clocke om publicatie te doen, sonder te hebben voergaende consent vanden Houe van Vtrecht, ende den voersz. Capiteijn van Vredenburch, welcke beswaerrenisse wel eer oijck om voersz. redenen jngebrocht, ende nu ter tijt nergens toe dienende, begheren die voersz. staten dat sijn Exce oeck gelieue te casseren ende te niet te doen.

10. *Alsoe oeck nu onlancx die Præsident vanden Houe van Vtrecht op die rekeninge van den Outschiltgelt sekere nieuwicheijden heeft willen jnbrengen om te ontfangen die acquijten, ende te casseren die geloste renthebrieuen, tot grote præiudicie van de præeminentie ende gerechticheijt vanden Domdeken jnder tijt d'welcke altijt van olden*

tijden ſulcx als hooft vande ſtaten gepleecht ende gedaen heeft, alſoe dat noch deſen Domdeken nu jnt leuen ſijnde, noch ſijn voerſaten oijet van enige voergaende Præſidenten jndie poſſeſſie van deſen geturbeert ſijn geweest, ende want den voerſz. Præſident hier noch niet mede hem contenterende, prætendeert oijck duer vigeur van ſijnder commiſſie, ſprekende alleen op hem als Commiſſaris vanden outſchiltgelt, te willen ſitten ouer die rekeninghe vanden Hijnderdam ende Leckendijck, ende den tijt præfigeren nae ſijnder beliefte wanneer men die drie voerſz. rekeningen doen ſal, oeck al buijten maniere ende exempel van alle ſijnen voerſaten. Begheren die voerſz. ſtaten dat ſijne Ex^ce^. den voerſz. Præſident beuele, dat hij hem van alſulcke ongewoenlicke nieuwicheijt verdragende, ſijn commisſie vanden outſchiltgelt niet vorder en extendere dan ſijn voerſaten gedaen en hebben, noch ter cauſe vandien niet en prætendere meer te eijſſchen, noch ouer andere rekeningen te ſtaen, dan ſijn voerſaten gehadt ende gedaen hebben, ende dit mede achtervolgende die prouiſionael reſtitutie den voerſz. ſtaten bij den Co^e^. Ma^t^. onlancx verleent ende gedaen, d'welcke wel expreſſelicken mit brengt datmen die ſtaten ſal laten volgen ende genieten, alhet gene ſijl. voer date vandie caſſatie der ſelffder ſtaten plegen te vſeren ende gebruijcken.

11. *Ende alſoe notoir ende openbaer js dat die Heerlicheijt vande Ameijde een Leen js gehouden vanden Lande van Vtrecht, ende onder die ſelffde altijt van outs gereſorteert heeft ende oeck vuijt*

crach-

trachte van een zekere prouisioneel sententie t'anderen tijden bij die Mat vande Coninginne van Hongarien hoechlofflicker memorien gegheuen, altijts midt den Lande van Vtrecht gecontribueert heeft tot den outschiltgelden voer een vierde part, ende dit tot den jaere toe van t'seuentich lestleden, ten welcken tijden die voersz. Staten ongehoirt geturbeert sijn jn huere possessie duer een sekere surchancije die vande Ameijde bij die Exce vanden Hartoge van Alua jegens die voersz. sententie verleent, t'welcke want ommers noch jn rechten noch jn redenen gefundeert js begheren d' voersz. Staten, dat sijn Exce gelieue die voersz. surchance te casseren ende aff te doen latende heml. dien aengaende jn huer olde possessie ende gebruijck. Ende die affgedaen sijnde jndien die vande Ameijde hem willen jegens die executie die die staten doen sullen, opposeren, sullen die staten te vreden sijn, daer op recht ende justicie te verwachten.

12. *Alsoe oeck jnden jaere* 1539. *sekere accort ofte concordaten gemaeckt sijn op die geestelicke jurisdictie tusschen den Keijserlicke Mat hoechloff. memorien bij aduijse vanden Houe van Vtrecht, ende den Bischop, Prælaten ende gemeen gheestelicheijt van Vtrecht ende die vanden Houe voersz. dagelicx die vande geestelicheijt jn huerl. jurisdictie groote jndracht doen, contrarie den voersz. accorde, begheren die staten dat sijne Exce gelieue die vanden Houe voersz. te ordonneren dat sj affdoen ende casseren alle t'ghene bij heml. ter contrarie die voersz. concordaten gedaen js, ende dat sij*

sij van nu voerts aen nae die selffde hem jn als reguleren.

13. *Begheren oeck die voersz. staten datmen heml. nu voerts aen niet en sal besuaren mit enighe ongewoenlicke ende onbehoerlicke petitien noch betrecken dien aengaende jndie communie ofte gemeenschap vande andere sijne Mats. patrimoniale Landen mer verschrijuen ende genedelick tracteren mitte andere nieuwe aengecoemen Landen, als Gelderlandt, Ouerijssel, ende Groeningen, ende oeck datmen dit jegenwoerdige consent van twe mael hondert duijsent guldens jn gheen consequentie trecken en sal, alsoe den Lande van Vtrecht onmogelick soude sijn, sonder haerl. vuijterste bederffenisse, oijck het virendel van desen jn toecoemende tijden te consenteren, d'welcken altijt (oeck jn fleur wesende) volstaen hebben met* xx, xxiiij, *ofte ten hoechsten met* xxviij *duijsent guldens, ende t'gene sijl. jn jegenwoerdicheijt doen ende consenteren, eensdeels om jn desen groten noet syne Mat. te assisteren, eensdeels oeck om een jder sijn penningen wederomme te gheven, d'welcke bij maniere van leninge ende vuijtsettinge tot oerbaer ende proffijt van sijnder Mat. durende dit orloch opgebrocht sijn, sullen sij certeijn bij alsulcke sware lasten ende ongewoenlicke middelen moeten vijnden ende collecteren alle eetbaer waere ende tghene die noetdruft der minschen aengaet besuaren, d'welcken ten lesten soe verre sij lange souden dueren, die gemeente jmportabel souden vallen, ende een goedertieren Prince van sijn getrouwe ondersaten niet en behoirt*

te

te vereijſſchen. Op alle welcke conditien eerst voer al bij ſijnder Exce. vuijt den naem ende van wegen ſijnder Mat. belieft geoctroijeert ende geconſenteert weſende ende anders niet, ſouden d'voerſz. Staten te vreden weſen ſijne Mat. te ſubuenieren mit een ſomme van vijftich duijſent guldens eens, bouen die voerſz. hondert ende vijftich duijſent, d'welcke bij aduijs ende vonnisſe van de voerſz. ſtaten, *ſonder eijtmans anders autoriteijt ofte ſententie daer op te verwachten, gaen ſullen ende geëmploijeert worden tot betalinge vande contributien, leningen ende vuijtſettingen gedaen ende geleden bij die jnwoenders ende jngeſetenen des ſtadts, ſteden ende Landen van Vtrecht ende geconuerteert tot profijt van ſijnder Mat., als bouen jnt beginſel van deſen breder verhaelt js, jndie welcke nochtans gheen rouerien, pilerien foullen ende concuſſien, ſoe wel bij die vrunden als bij die rebellen durende dit jegenwoerdige oorloch aengericht, jngerekent en ſullen worden, d'welcke bij een gecalculeert weſende bij ſich ſeluen wel jnder waerheijt ſouden vuijtmaecken ettelicke hondert duijſent guldens, gelijck dat allen menſchen hier notoir ende kennelijcken js.*

Ende gemerckt dat die voerſz. ſtaten jegenwoerdelick gheen gelt hebben noch weten te becoemen, ſoe ouermidts die quaede betalinge die vande Renthen, die de ſelffde ſtaten vuijtgheuen, nu enige jaeren gedaen js, alſoe die gereede penninghen verſtreckt ſijn jn dienſte van ſijnder Mat. ende dat van het outſchiltgeld ſoe veel niet en compt, als die

die lasten daer op geaſſigneert bedragen, dat oijck het landt van Vtrecht jegenwoerdelick geheel van gelt gebloet js, ſoe datter gheen gelt op loſſrenthen te crijgen en js, ende veel min op lijffrenthen, ouermidts die peste, Godt betert, ſoe jndie ſtadt ende ſteden alst 'geheele platte landt van Vtrecht doer regneert, ende principalick ouermidts die ſtaten noch niet abſolutelick, maer bij prouiſie alleen gereſtitueert ſijn, twelcke haerl. glooff dat ſij plegen te hebben, ganſſelick derogeert ende wechneempt, als weſende een jghelick beducht, dat die ſelffde ſtaten lichtelick weder omme ſouden moeghen gecasſeert, ende te niet gedaen worden, ſijn te vreden ende conſenteren midts deſen die voerſz. ſtaten, dat ſijn Exce. terſtont ſal moeghen lichten die voerſz. vijftich duijſent guldens op haerl. obligatie, die ſij daer van gheuen ſullen ende betaelen die jntereſſe nae aduenant van den penninck xvj, *die ſij ſullen quijten ende affloſſen, binnen den tijt van vier jaeren naedie reductie vanden Lande van Hollant, ofte dat die troublen jnt geheel gecesſeert ſullen weſen, ende dit aen parten ende deelen ende ten minſten mit acht duijſent guldens t'eenenmaele, wel verſtaende datmen hem ſal accorderen ſoe wel die jaerlickſche renthen, als die hoeftſomme vande voerſz. penningen te moeghen lichten ende vijnden bij vercopinge van loſſ ofte lijffrenthen, (ſoe hoech ende leech, als ſij die nae gelegentheijt des tijts ſullen weten te crijgen, ende op alſulcke onderpant ofte onderpanden als ſijl. die ſelue aduiſeren ende goet vijnden ſullen, vande welcke niemant vrij ende exempt*

excempt sijn sal, van wat staet conditie ofte qualité hij zij, gheestelick off weerlick, edel noch onedel, Præsident ende Raeden, Capiteijn dijenaers ende Officieren van sijne Mat. ende off sijne Mat. anders gelieffde, dat hem t'selue affgetogen sal worden vande penningen van de voersz. præsentatie jn vougen dat die vanden Secreten Raede, finantie noch niemant anders hier jegens prouisie en sal moeghen verleenen.

14. *Ende dat sij vande selffde onderpanden, ende die penningen daer van coemende hebben sullen die vrije dispositie ende handelinge, ende tot dien eijnde selffs een ofte meer ontfangers daer toe deputeeren, die daervan die staten ende niemant anders rekeninge bewijs ende reliqua doen sullen, welcke rekeninge die voersz. staten bij haerl. gedeputeerden sullen moegen doen hoeren passeren ende sluijten. Ende soe die tijden variabel sijn ende seer verloopen, alsoe dat het onderpant dat huijden goet js, morgen jnsuffisant beuonden soude moegen worden, dat sij d'selffde onderpandt ofte onderpanden sullen moegen vermeerderen, verminderen, oeck jnt geheel aff stellen, ende andere jndie plaetse surrogeren, ende dit al sonder dat sij gehouden sullen sijn enich ander consent oft octroije van sijne Mat. daer van te lichten.*

15. *Beholtelick oeck dat sijne Mat. die voersz. staten stadt steden noch platte Landen van Vtrecht jn ses naestcoemende jaeren mit gheen andere beden, schattingen, impositien, noch subuentien en sal besuaren, op dat die voersz. Landen, die nu acht jae-*

jaeren lanck genoech continuelick soe jndie voergaenden, als desen trouble ende middelretijt bij die spaensche soldaten deerlicke geaffligeert sijn geweest, ende nu jegenwoerdelick tot een extreme desolatie ende bederffenisse sijn veruallen, een weijnich moeghen respireren, ende haeren asem verhalen.

16. *Dat oeck sijne Mat. verbieden sal alle Gouuerneurs generael ende particulier, die van den Houe van Vtrecht, Coronellen, Capiteijnen Hopluijden, beueelhebbers, ende alle anderen Officieren, dat sijl. van nu voerts aen gheen vuijtsettingen en doen noch laten geschieden, noch jndie steden, noch ouer den platten Landen van Vtrecht, hoedanich die oeck soude moeghen wesen, gelijck nu, Godt betert, dagelicx geschiet js ende noch jegenwoerdelick aen allen hoecken ende canten gebuert tot onuerdrachelicke costen ende schaden vande voersz. Landen, ende cleijn proffijt van sijne Mat. mer wel tot grooten voerdel vande voersz. Gouuerneurs, Capiteijnen, Hopluijden ende Beueelhebbers, gelijck men des dagelicx voer ogen siet, want jndien alsulcke ongewoenlicke manieren van doen, voer desen tijt jndie voersz. Landen noijt meer gesien, niet affgestelt en souden worden, souden d'voersz. Landen soe gansselick bedoruen ende opgegheten worden, gelijck het selffde nu rechtevoert bijcants beschickt ende volbracht js, dat den Staten onmogelick soude sijn die voersz. penningen te furneren, ende oeck voerts tot anderen toecoemenden tijden sijne Mat. eenige beden ofte subuentien te doen, soe sijn Exce wel can bemercken wat een onuerdrachelicken saecke sou-*

soude wesen datmen die Landen van Vtrecht nu jn alsulcken soberen staet gestelt sijnde nae sulcke onsprekelijcke costen ende lasten bij huerluijden geleden ende gedragen, noch met nieuwe jmposten ende schattingen soude beswaren, ende dat daer beneffens oeck die voersz. onredelicke extraordinaris vuijtsettingen ende concussien niet en souden cesseren, ende wat grote jnconuenienten dat daer doer vande gemeente, die jnt eijnde tot desperatie geschapen soude sijn te comen, te verwachten soude wesen. Daeromme sijne Exce. van alsnu sal gelieuen te consenteren dat alle den ghenen ouer wie alsulcke vuijtsettingen, schattingen, ofte impositien sonder consent van de voersz. Staten gedaen sijn, ofte gedaen souden moghen worden, d'selffdie niet obedieren, ende oeck datelick die executie van dien sullen moghen resisteren. Ordonnerende tot dien eijnde allen Officiers ende Justiciers daer toe versocht sijnde de selffde alle moegelicke hulpe bijstandt ende assistentie daer toe te doen, want voerwaer die staten te vergheefs souden tot eenige petitie versocht worden, als andere bij sich selffs sulcke jmpositien souden moghen doen. Ende om dieswille jndien ijet wes vant ghene voersz. js, gecontrauenieert ofte niet ghehouden en worde, verstaen die voersz. Staten, dat sij onghehouden sullen sijn jnt ghene sij bouen gepræsenteert hebben. Ende midts desen versoecken seer oetmoedelick, dat sijn Exce gelieue hem vande voersz staten hier mede te houden voer gecontenteert, ende mitten ierften jn haerl. saecke nopende die sententie bij den Hartoge van Alua jegens heml.

heml. gegheuen te nemen d'jnformatie, daer van ſijne Mat. bij ſijn brieuen nu anderwerff U. Exce. last gegheuen heeft, ende bij den ſelffden te jntercederen dat euenverre ſijne Mat vuijt d'ſelffde jnformatie ende anderen ſchrifturen ſijne Mat geëxhibeert niet en can verſtaen die notoire jniuſticie ende jniquité van de voerſz. ſententie, ende dat ſijne Mat d'ſelffde behoire voer alſulcx mitter daet, buijten forme van Rechten te aboleren, casſeren ende te niet doen, als die welcke mitter daet buijten forme van juſticie, recht, redenen ende equité bij den Hartoge van Alua ende die van ſijnen Raede gegheuen js, dat ſijne Mat. alſdan gelieue die voerſz. Staten jegens die voerſz. ſententie jn juſticie te ontfangen, ende heml. vergunnen jn deſe ſijne Mts. Nederlanden eenige onpartijege rechters, achtervolgende die requeſte ſijne Mat dien aengaende ouer lancks gepræſenteert, waer aen die voerſz. Staten een ſeer aengenaem ſaecke geſchieden ſal, als d'welcke lieuer hebben bij middel van juſticie gereſtituceert te worden, dan bij enighe extraordinaris wegen, die men zoude moegen præſumeren bij andere middelen vercregen te ſijn, ſoe ſij huerl. jnnocentie, ende die jniuſticie van den voerſz. ſententie, ende die oppresſie jegens huerl. bij den Hartoge van Alua met Joan de Vergas ſijnen Raedt gebruijckt Godt almachtich den Coe Mat ende allen deſen Nederlanden kenlick ende notoir houden.

Duer beuel van de voirſz. Staten,

Lamzweerde.

(11) Ordines regionis Rheno-Traiectinae ad vetus domicilium a. 1578. rediisse dicuntur a Scriptore operis laudati: *Tegenw. Staat van Utrecht*, pag. 210. coll. p. 163. Ac sane hoc anno eos convenisse in *maiori* domo capitulari, constat ex *Curiae Provincialis Memoriali quarto*, ex quo nonnulla retulit Ant. Matthaeus, *de Nobilitate*, p. 686. uti et *Fundat. Eccles.* p. 254. Sed id iam factum fuisse, anno proxime exacto 1577. ad finem mensis Septembris vel initio mensis Octobris, manifesto constat, ex eorum literis ad Ordines Generales datis, die 10 Octobris huius anni, quas publici iuris fecit Petrus Bondam, in *Sylloge* laud. Vol. III. p. 312-318. Atque ita in veteri sede supremus regionis nostrae Senatus ea decrevit scribique iussit, quae ex autographis cum historiae patriae amantibus communicavit Bondamus, Vol. IV. p. 59 et 109. item Vol. V. p. 346 et 353. Quin et iam antea, h. e. die 12 Martii, a. 1577. Ordines convenisse, non in Curiae cancellariis, sed in domo capitulari *minori* templi dominici, (*in den cleynen Capittelhuyse ten Dom*.,) colligere licet ex epistola, eo die ab Ordinibus data, quam ex autographo edidit Bondamus, in *Sylloge* saepius laud. Vol. II. p. 189.

Postquam vero quaestio suborta fuit, de Ecclesiasticorum iure et potestate, Ordines alium sibi congregandi locum quaesiverunt: quem et facile invenerunt in residua parte diruti coenobii, quod *Fratrum* erat *Minorum*. (*Convent van de Minrebroederen.*) Vid. Matthaeus, de *Nobil.* p. 687. et

Fun-

Fundat. Eccles. p. 252-254. uti et Heusfenii *Hist. Episc. foeder. Belgii*, Tom. I. p. 104. Quae quidem aedes, ab eo inde tempore, per duo saecula et quod excurrit, Ordinum Rheno-Traiectinorum conventui fuerunt destinatae; nostra vero aetate, varias expertae vicisfitudines, tandem, Regis Guilielmi I. cura ac providentia, Academiae perquam utiles factae sunt. In his enim locus opportunus datus est museis, cum Anatomico-Physiologico-Pathologico Bleulandino, tum Zoologico et Mineralogico, uti et theatro Anatomico.

(12) Vid. Petri Bondam *Oratio secularis de Foedere Trajectino, publice habita d. 29 Januarii, anni* MDCCLXXIX. *in auditorio majori Academiae Trajectinae, ipso loco, quo annis abhinc ducentis Foedus illud feliciter fuit initum.* Traj. ad Rhen. 1779. *Si hicce locus*, inquit, pag. 147, 148. *si iidem hi parietes, qui jam nos continent, et intra quos consilia sua contulerunt tum Socii, loquendi facultate essent instructi; laudarent admirandam Nassavii et legatorum providentiam; depraedicarent usque, et nobis narrarent, qua constantia, quo consilio, qua animorum conjunctione, quo patriae tandem amore aeternam concordiam intra tot Populos stabilire, intestinumque Reipublicae malum, discordiam, expellere conati fuerint.* Haec Bondamus, qui pag. 3. commemorat *Orationem*, in memoriam huius Foederis habitam, a Luca van de Poll, *de Foedere Ultrajectino, (Unionem vulgo vocant) Belgii uniti Munimento ac Monumento*,

in

in ipso publicae quondam Pactionis loco, ubi Aula nunc Academica, pari fere modo viva voce expressam, quo chartis impressa est anno Foederis seculari 1679. Quae fuerint, in condendo hoc foedere, partes Ioanni Nassavio, Gelriae Gubernatori, Guilielmi Arausiaci fratri, prouti alii, ita etiam docuit Bondamus, pag. 112-120. 147-155. Id autem accuratius quam antea intelligi nostra aetate potuit, ex iis, quae in lucem protraxit Laurentius Petrus van de Spiegel, editis duobus voluminibus monimentorum, ad historiam patriae, imprimis Foederis Rheno-Traiectini, pertinentium. (*Bundel van onuitgegeeven Stukken, dienende tot opheldering der Vaderlandsche Historie en Regeeringsform, en voornaamelijk der Historie van de Unie van Utrecht, verzameld en met eenige aanmerkingen vermeerderd.*) Quorum prius lucem vidit Goesae, a. 1780. posterius a. 1783. praemissa diatribe de persona, quam Illustris ille Comes hac in caussa sustinuerit: (*Vertoog over de betrekking van* Johan *Graaf van* Nassau *tot de Unie van Utrecht.*) uti et imagine eius in aere insculpta. Quae si reputem, non possum non consentire Viro Ill. Henrico Collot d'Escury sic quaerenti: *waarom staat binnen Utrecht het standbeeld niet van Graaf Jan, door wiens wijs beleid het verbond gesloten werd, hetwelk, meer dan twee eeuwen, de hoeksteen was van dat achtbare staatsgebouw, waar op wij billijk roem dragen? (Hollands roem in Kunsten en Wetenschappen*, I. Deel. bladz.

bladz. 33. *Aanteekeningen en Bijdragen*, bladz. 83, 84.)

(13) ATRIUM. LIBERTATIS. TEMPLUM. SAPIENTIAE. Haec insculpta sunt in superiori margine numismatis, quo *Consules et Senatores* urbis Rheno-Traiectinae, Academiae *Curatores*, *die* 27 *Martii*, *anni* 1736. *sacris saecularibus celebratis*, *votisque pro novi saeculi felicitate nuncupatis*, *laetissimi festi memoriam consecrarunt*. In ipso numismate conspicuae sunt imagines herois Batavi, belluam tricipitem pede dextro conculcantis, et Palladis Rheno - Traiectinae, tranquille in aede sua sedentis; his subscriptis: MONSTRIS DOMITIS ARTES RECEPTAE. Numismatis effigiem aere expressam videsis in titulo *Orationis Panegyricae*, quam Arnoldus Drakenborch *in natalem saecularem Academiae Traiectinae* dicto die habuit, eodemque anno edi curavit; uti et in titulo vernaculae versionis, eodem anno editae. (Arnold Drakenborchs *Plechtige Redevoering over het Eeufeest der Utrechtsche Hoge Schole*.)

Hoc ipsum vero, quod literarum sedes collocata sit ea in aede, quae nuper viderat conventum delegatorum ad foedus Rheno-Traiectinum ineundum, saepius laudarunt, data opportunitate, Oratores, sua singuli aetate clari: Ioannes Niportius, I. C. *Civitati Ultrajectinae a Secretis*, *Orationis*, *in Illustris Gymnasii Ultrajectini inaugurationem*, die XV. Kal. Quinct. a. 1634. habitae,

pag.

pag. 4-7. Joannnes Georgius Graevius, *Orationis in natalem quinquagesimum Academiae Trajectinae*, a. d. 17 *Kl. Apriles*, 1686. pag. 9. Arnoldus Drakenborch, *Orationis* laud. pag. 31-33.

(14) Lectu digna sunt, quae, de originibus Scholae et Academiae Rheno-Traiectinae, fuere dicta ac scripta ab Ioanne Niportio, in *Orat.* laud. quae edita est Ultraj. 1734. una cum *Orationibus inauguralibus* Gisberti Voetii, *de pietate cum scientia conjungenda*, Antonii Matthaei, *de Iuris civilis sapientia contra ejus obtrectatores*, Antonii Aemilii, *de usu lectionis historicae*, Iusti Liraei, *de usu et dignitate studiorum humanitatis*, et Henrici RenerI, *de lectionibus ac exercitiis Philosophicis*, praemissa narratione de *Illustris Gymnasii Ultraiectini inauguratione.* Alia dedit Graevius, in *Orat.* laud. Plura Drakenborchius, in *Orat.* laud. adiuvante Casparo Burmanno, qui rerum ad Academiae nostrae dedicationem pertinentium silvam, ex actis urbanis excerptam, cum eo communicaverat. Conferri etiam merentur, quae tradiderunt Joh. van de Water, *Groot Utrechtsch Placaatboek*, III Deel, bladz. 485-497. Isaacus le Long, in *Hondertjaarige Jubel-gedachtenisse der Akademie van Utrecht* Amst. 1736. et Auctor libri laudati, *Tegenwoordige staat van Utrecht*, bladz. 356-365. Vel sic tamen symbolas nonnullas memoratu haud indignas mihi adiicere licet adiuto humanitate Viri ampl. Iohannis

 van

van Doelen, qui huius urbis eſt Conſul vigilantisſimus. Quae igitur apographa ex Actis et Decretis Magiſtratus urbani, eius benevolentia, accepi, legentibus, ſumma, qua posſum, ſide et diligentia, trado.

Extract uit de Reſolutien van Heeren Burgemeesteren en Vroedſchap der Stad Utrecht.

S Maendaechs den xjen *Novemb.* 1633.

Wttet rapport van de Heeren Gecommitteerden, die volgende reſolutie van den iiijen *deſer daer van oculaire inſpectie genomen hadden, verſlaen ſijnde dat de drije Coningen kerck, met ſeer cleijne costen proviſionelick geapproprieert ſoude cunnen worden tot d'jllustre Schole als hebbende twee bequaeme* Auditoria, *een onder een bouen, ende achter een luchtich erff, Soo is den Anderden Cameraer gelast, daer toe ten eerſten int werck te treden met advijs van de voorſz. Gecommitteerden.*

Ende is den voorſz. Anderden Cameraer noch gelast tot voorraedt deſer Stadt te copen voor iijc *ofte* iiijc *guld. aen deelen, ſparren, Balken &c., oock prouiſie Calck ende ſteen te doen onder bewaringe vanden Onder Cameraer Jacob Coſijnſz.*

S' Maendaechs den xxvijen *Februarij* 1634.
s' nanoens.

Weder in deliberatie geleijt ſijnde wat plaetſe tot d'Illustre Schole geappropricert ende gebruijckt ſal

ſal worden, Js verſtaen t'groote Capittelhuijs vanden Dom, waarinne men gaen ſoude opt Oudemunſters kerckhoff ende inden Domkercke; Ende ſijn voorts gecommitteert d'Heeren van der Hoolck ende Ruijsch ſchepenen met Moreels Raedt, omme den Heere Domdeken hier ouer te begroeten, ende ſijne E. te notificeren dat de Regierders vande Stadt geerne ſien ſouden dat het voorſz. Capittelhuijs ten fine voorſz. geruijmt ende toegeſtaen werde, ende dat men vertrouwt dat d'Heeren vanden Dom den goeden Jver van die vande Stadt in dit loffelick werck ſullen ſecunderen.

S' Maendaechs den xxiiij^en^ *Martij* 1634.

Wttet rapport van de Heeren Moreels, Ruijsch ende vander Hoolck, die den E. Heere Domdeken volgens haer E. laſt genotificeert hadden s'Vroetſchaps jterative Reſolutien vant Groot Capittelhuijs vanden Dom totte Illustre Schole te approprieren ende gebruijcken, verſtaen ſijnde dat gemelten Heere Domdeken weder gededuceert hadde eenige difficulteijten ende inconvenienten meest voor deſen meer geallegeert, die ſijn Edt ſeijde gemoveert te worden, doch dat ſijne Edt t' Capittele daer op ſoude doen convoceren, Ende datmen nu bericht wordt, ter ſeluer vergaderinge bij den Heere Domdeken voorſz. deſe ſaecke voorgeſtelt weſende, de preſente Capitularen uijtten Capittelhuijſe geſtoven waren, ſonder t'voorſtel vanden ſeluen Heere Domdeken te horen, Soo heeft de Vroetſchap eenpaerlick den

Anderden Cameraer deser Stadt Jacob Splinter gelast de Materialen van hout, Calck, Steen &c. aldaer bij der handt te doen brengen ter bequaemster plaetse ende met advijs ende volgens ordre vande Heeren Burgermrn ende voorgaende Gecommitteerden opt spoedichste tot toestellinge van de Auditoria *aldaer ende accommodatie vanden Jnganck aent Oudemunsters kerckhoff, Authoriserende de gemelte Heeren Burgermrn ende Gecommitteerden omme sodane ordre te stellen ende bevelen te doen als tot voltreckinge vant voorsz. werck nodich sal sijn.*

Saterdaechs den xxixen *Martij* 1634.

Gehoort het rapport vande Heeren Gecommitteerden tottet approprierender Jllustre Schole, Js geresolueert, datmen daer toe sal gebruijcken het groot Capittelhuijs van den Dom metten Jnganck opt Oudemunsters kerckhoff doort Pant tot int selue Capittelhuijs, ende dat de Regierders deser Stadt het dack ende glasen vant voorsz. Capittelhuijs in reparatie onderhouden sullen.

Jtem datmen de twee vordere Panden ende t' vrijhoff behoorlick sal afschieten, ende van dit pandt separeren.

Dat men den Scopator van Stadts wegen met een woninge sal accommoderen.

Datmen de wooninge vanden jegenwoordigen Lootsmr tot een bequame woninge voor de Capittelsbode sall approprieren.

Dat

Datmen den ſeluen Capittelsbode voor de Timmeragie, bij hem in ſijne jegenwoordige wooninge gedaen behoorlick contentement ſal doen.

Ende indien de Regierders deſer Stadt 't eeniger tijdt d'Jllustre Schole elders willen transfereren off abandonneren, ſal t' gebruijck vant Capittelhuijs wedercommen aent Capittel vanden Dom, ſonder dat die vande Stadt voor eenige timmeragie ofte reparatie iets ſullen pretenderen maer alleen naer haer nemen het geſtoelte ende de bancken.

Jtem dat die vanden Dom Cap^le^ int verpachten van haerluijder thienden het voorſz. Capittelhuijs daertoe ſullen mogen gebruijcken.

S' Woensdaechs den ij^en^ *Aprilis* 1634.
s'naernoens.

Verhaelde de Heere Oudtburgerm^r^ Nijpoort dat ſijn E. ende d'andere Gecommitteerden het werck volck int groot Capittelhuijs vanden Dom inde voorleden weecke aenden arbeijt gebrocht ende bij die occaſie aldaer gevonden hadden den Heere Domdeken metten Secretaris vanden Cap^le^. ende dat bij d'Heeren Domdeken gemoueert ſijnde van noch een Jnganck te maken opt Domskerckhoff, ende tot dien eijnde te copen de wooninge vanden Secretaris, ende hem voor ſijne pretenſie eenich contentement te doen, haer E. goetgevonden hadden te gaen int Stadthuijs ende int particulier deſen aengaende wat te discoureren, Ende dat eijntelijck bij den voorſz. Heere Domdeken worden voor-

ge-

geslagen ende gepresenteert d'voorsz. woninge vanden Secretaris aende Stadt te vercopen voor de somme van 2400 *Guld. ende datmen hem Secretaris voor sijne vordere pretensien soude toeleggen eens d'somme van Seß hondert guld. al twelcke goetgevonden was de Vroetschap voor te dragen, omme de intentie ende meninge vande selue daer op te verstaen, Naer verscheijden discoursen communicatien ende deliberatien hier ouer gevallen, ende geleth dat hier door het geheele Pandt ende Vrijhoff tot groot cieraet ende meerder luijster aen dese Schole soude cunnen worden gebruijckt, oock daer mede verspaert de costen vant offschieten der Panden ende Vrijhoff, dat mede de voorsz. wooninge wel soo veel weerdich wordt geestimeert, ende men een Professor oft Predicant daerinne sal cunnen accommoderen, waer door den jnterest vande cooppenn. wel ruijm soude worden geprofiteert Soo is goetgevonden ende geresolueert, de Heeren Burgermeesteren ende Gecommitteerden te auctoriseren gelijck hare E. geauctoriseert worden bij desen, omme de selue huijsinge te gaen besichtigen, ende indien hare E. t' selue dienstich achten die te coopen ende met den voorsz. Secretaris aengaende sijne pretensien absolutelick te handelen. Midts dat die vanden Caple gehouden sullen wesen den eijgendom der voorsz. huijsinge mette grondt sonder eenige restrictie ten behoeve vande Stadt te transporteren, off d'selue alsnu voor de voorsz. somme van* 2400 *Guld. aen haer te nemen, in welcken gevalle sij de deur opt Pandt responderende sullen*

moe-

moeten toeleggen, latende het gebruijck vant heele pandt ende Vrijhoff tot gerieff van de voorsz. Schole, Waer van de Heeren vanden gemelten Cap^le^ haer E. verclaringe alvorens sullen hebben te doen ende schriftelick over te leueren.

S'Maendaechs den xix^en^ *Maij* 1634.

De Vroetschap gehoort het rapport van haer E. Gecommitteerden die volgens resolutie van den ij^en^ *Aprilis lestleden met de E. Heeren Domdeken ende andere Gecommitteerden vanden Dom Cap^le^ in communicatie waren geweest ende onderlinge beraemt hadden de nabesz. poincten ende art^len^, heeft alle d'selve geapprobeert, ende haer daer mede geconformeert.*

Jn den eersten dat de Regierders deser Stadt tot een Jllustre Schole sullen gebruijcken t' Groot Capittelhuijs vanden Dom mette Cameren ende wooningen dien annex, midtsgaders de Panden ende t' Vrijhoff, Beheltelick dat ten behoeue van de Jnwoonders der huijsinge iegenwoordich bij den Secretaris vande voorsz. Cap^le^ bewoont, tot een hoffken affgeschoten sal worden t' gedeelte vant selue Vrijhoff gelegen tusschen den pijlaer vant Cruijswerck vanden Domkercke ende de pijlaer vant Oosterpandt ter breette vande selue pijlaren Tot welcken eijnde alleenlick de voorsz. bewoonders den ouergangh ouer t' voorsz. pandt sullen hebben.

Jtem dat de gemelte Heeren Regierders den voorsz. Se-

Secretaris ten aanſien van ſijn ongerijff ſullen vereeren Ses hondert guld.

Jtem dat haer E. den Capittelsbode voor de Timmerragie, bij hem in ſijne iegenwoordige wooninge gedaen behoorlick contenteren ſullen, ende voorts geduijrende den tijdt diemen t'voorſz. Capittelhuijs ſal gebruijcken tot huijshuijr geuen hondert ende vijftich gulden jaerlicx.

Datmen de trap ſtaende int voorhuijs van de Lootſ^mr ſal amoveren, ende op een bequamer plaetſe ſtellen midtsgaders aen desſelffs Camer een ſtercker deure doen maken.

Dat de Regierders voorn^t 't Dack ende glaſen vant voorſz. Cappittelhuijs geduijrende t' gebruijck van dien in reparatie ſullen onderhouden.

Ende indien de voorſz. Regierders t' eeniger tijdt de Jlluſtre Schole elders comen te transporteren ofte deſelue te abandonneren, dat alſdan t' gebruijck vant voorſz. Capittelhuijs weder comen ſal aen den voorſz. Cap^le, ſonder dat de voorſz. Regierders alſdan iets ſullen mogen pretenderen voor eenige Timmeringe ofte reparatie, maer alleen nae haer nemen de geſtoelten ende bancken die van hare materialen gemaeckt ofte daer in gebracht ſullen ſijn.

Dat d^r Heeren van den Dom Cap^le tottet verpachten van haer E. thienden t' voorſz. Capittelhuijs ſullen mogen gebruijcken.

St Maen-

S' Maendaechs den xjen *Maij* 1635.

Den Secretaris is gelast alle resolutien voor desen genomen ende noch te nemen aengaende d'Jllustre Schole, in een boeck à part te registreren, nae dat die alvorens d'Heeren Burgermrn gecommuniceert en bij de selue geresumeert sullen sijn.

S' Maendaechs den xxijen *Februarij* 1636.

Verhaelde d' Heere Burgermr. vander Hoolck dat verleden Woensdach d' Heeren Professoren vande Jllustre Schole alhier genotificeert sijnde dat d' Ed. Mo. Heeren Staten de voorsz. schole geerigeert hadden tot een Academie de selue oock aengeseijt was dat haar E. souden adviseeren wat voor eerst nodich was, Ende dat de selue diensvolgende eergister avondt d' Heeren Burgermren ende andere Gecommitteerde voorgestelt hadden

Dat metten eersten gecosen ende gecommitteert behoort te worden den Rector Magnificus Academiæ *met* Twee Assessores.

Jtem ten eijnde geen Faculteijten en manquere dat metten eersten beroepen mochte worden een Professor Medicinæ.

Dat d'jnauguratie vande Academie gedaen mochte worden op Dijnsdach voor ofte woensdach nae Paesschen nieuwen stijls.

Dat alsdan behoren gedaen te worden twee Oratio-

tiones Inaugurales, *eene van Stadts ende eene vande Academie wegen.*

Ende datmen tot de voorſz. Jnauguratie ende Promotien die hier nae geſchieden ſullen, midtsgaders andere diergelijcke ſolemnele actien de voorſz. Academie rakende, vermidts de Auditoria *daertoe niet groot genoch ſijn, d'een off d'ander Kerck ſoude mogen gebruycken.*

Naer deliberatie opt geene voorſz. heeft de Vroetſchap in advijs houdende, t' ſtellen vande Asſesſores tot Rector Magnificus *eenſtemmich vercoſen ende gecommitteert* D. Bernardum Schotanum Juris & Matheſeos Profesſ.

Gelijck oock met eenparige ſtemmen goetgevonden is, datmen tot Profesſor Medicinæ *beroepen ſal Dor. Wilhelm vander Straten, deſer Stadts borger ende alhier met goeden loff practiſerende, oock algereets gegaigeert als Stadts* Medicus *ende* Profesſor Anatomicus *int Nederduytsch. Ende ſijn de Heeren Burgermren ende die t' haer E. belieuen ſal te asſumeeren gelast met den ſeluen Dor. Straten te handelen op rapport.*

Tot den dach vande Jnauguratie vande Academie, is aengeſtemt woensdach den $\frac{16}{26}$ Martij toecommende.

Ende is goetgevonden dat den Secretaris van Stadtwegen ende D. Profesſor Ant. Æmilius *van wegen d'Academie elcx ſullen doen een Jnaugurale Oratie.*

Ende dat de voorſz. Jnauguratie, als oock de promotien gedaen ſullen worden opt Choor vanden

den Domkercke alhier, om t' welcke daer toe t'approprieren, geauthoriseert sijn d'Heeren Burgermeesteren ende andere Gecommitteerden.

Ex his Consulum et Senatorum, amplissimorum Academiae Curatorum, providentia elucet, Sed et laudari merentur Ordines, quorum auctoritate et potestate Illustris Schola Rheno-Traiectina iura et privilegia Academiae sive Universitatis est adepta, et qui deinceps etiam singulari eam favore et cura prosecuti sunt.

Et Diploma quidem, in chartis publicis, ab Ampl. van de Water editis, conspicuum, huius erat argumenti:

De Staten van den Lande van Utrecht, na voorgaande wettige beschrijvinge staatsgewijze vergadert zijnde, gehoort het aangeven van de Heeren Gecommitteerden der Stad Utrecht, als dat de Heeren hare Principalen in den jaare 1634, tot merkelijk profijt van deze Provincie, geerigeert hebben een Illustre Schoole, en deselve algereets met voornaame treffelijke Professoren voorsien, waaromme en in erkentenisse van dien versoekende, dat wij, om de gemelte Heeren der Stad Utrecht, tot onderhouding en bevordering van soo loffelijken werk te meer te animeeren, gelieven wilden de Professooren ende Leeraars, in deselve Schoole algereets aangenomen, ofte nog t'eeniger tijd aan te nemen, in wat faculteijt, sciëntie, ofte wetenschap 't selve soude mogen weesen, macht te geeven,

ven, en t'authoriseeren, omme in deselve faculteyten, scienten, en wetenschappen, na voorgaande wettelijke examinatie ende ondersoek, te verleenen Titulen van Doctoren, Licentiaaten, Meesters &c. onder behoorlijke Letteren ende Brieven daar toe dienende, ende dat deselve in desen van gelijke kragt sullen weesen, als die in andere Universiteyten, of Academien verleent of gegeeven worden. Doen te weeten, dat wij na voorgaande deliberatie op het voorsz. aangeeven, versoek, ende daarbij verhaalde reedenen gelet, ende niet meer in recommandatie hebbende, dan 't geene is strekkende tot profijt, eere, en luyster van dese Provincie, van nu en voor altijd gegunt, geconsenteert, en geoctroijeert hebben, gelijk wij gunnen, consenteeren ende octroijeeren van nu voor altijd bij desen, eendrachtelijk, uyt onse Souveraine magt, dat de voorsz. Illustre Schoole verandert en geërigeert sal worden, soo wij deselve veranderen en erigeeren bij deesen, tot eene Universiteyt, ofte Academie, soo en met alsulke magt en authoriteyt, als andere Universiteyten, of Akademien van haare Souveraine Princen en Heeren, onder haar Heerschappijen of Jurisdictien gebenificeert en versien mogen weesen. Dienvolgens soo authoriseeren en geven wij magt bij desen den Professoren en Leeraars in dese gemelte Universiteyt of Academie, algereets aangenomen, ofte nog t' eeniger tijd aan te nemen, in wat faculteyt, scientie ofte wetenschap 't selve soude mogen weesen, omme in deselve faculteyten, scientien en wetenschappen, na voorgaan-

gaande wettelijke examinatie en ondersoek, te verleenen Titulen van Doctoren, Licentiaten, Meesters &c. onder behoorlijke Letteren en Brieven daar toe dienende. Verklaarende mede bij desen, dat deselve dien aangaande van gelijke kragt sullen weesen, als die in andere Universiteyten, ofte Academien geacht, gehouden, en gereputeert zijn. Ordonneerende allen en een ygelijken onder onsen gebieden staande, en versoekende allen anderen, die desen soude mogen aangaan, de meergem. Heeren der Stad Utrecht, en de Professoren voorsz. respective, neffens allen anderen, het effect van deze onse gunninge ende Octroije te laten en doen genieten volkomentlijk, ende gerustelijk: want wij 't selve ten dienste ende oorbaar van dese Provincie en gemelte Stad bevinden te behooren. Des ten oirconde soo hebben wij desen met onse gewoonlijke paraphure ende uythangende grooten seegele, mitsgaders de signature van onsen besrooren Secretaris doen bevestigen. Gegeeven tot Utrecht den 16 *Februar.* 1636.

Jac. van Asch van Wyck *vt*.

Ter Ordonn. van myne voorn. Heeren die Staten.

Ant. van Hilten.

Quando, ipso conditae Academiae anno, Rector et Professores ab Ordinibus regionis Rheno-Traiectinae nonnullas peterent immunitates et privilegia, eos faciles et beneficos experti sunt. Libellus qui-

quidem ſupplex, eum in finem Ordinibus oblatus, huius erat modi:

Aen de Ed. Mo. Heeren Staten s'Lants van Utrecht.

Verthonen met behoorlicke reverentie den Rector ende zamentelicke Profesſores in de Univerſiteyt t'Utrecht, dat ſij hun ten hoochſten vereert ende verobligeert houdende door t' uijtnement beneficie bij U. Ed. Mo. onlanghs beweſen int verheffen van deſer Stadts Illustre Schole tot een Univerſiteijt ofte Academie, U. Ed. Mo. daer van ten hoochſten ſijn bedanckende ende dagelicx erbeijden, omme t'ſelve behoorelick te erkennen ende ſoo veel in haer is alles te contribueren wes tot vorderinge, amplificatie, ende ten besten, van de Academie ſoude mogen dienen: Waer inne beſich ſijnde hebben de Supplianten nae lange ende rijpe deliberatie geoordeelt niet noodiger oock dienſtiger te ſijn, ſoo tot luſtre van uwer E. Mo. beneficie ende tot behoudinge ende vermeerderinge vant getal der Studenten, als ten proffijte van de Gemeene ſaecke ende voordeel voor de Ingeſetenen deſer Provincie, dan de inwillinge ende Conſenten der Privilegien ofte Vrijheijden van Impoſten ofte Exchijſen van Bier ende Wijn. Gemerckt bij nae als een merckteecken, proprieteijt ende Eijgenſchap is van alle Accademien, dat boven ende beneffens vele andere Privilegien, de Studioſi oock gauderen de Exemptie ende immuniteijt vande voorſz. Impoſitien, reputerende de Studenten ende an-

andere t'selve voor een groote digniteijt eude estimerende meer de eere die sij daer van hebben, dan t' proffijt, welcke eer, indien sij alhier niet mede en genieten, is te beduchten, dat andere naburige Academien de Studenten, die alreets in groot getal hier sijn ende noch meer staen te verwachten, van hier souden trecken, gelijck alreets vele met den anderen conspirerende dreijgen dese Academie te willen verlaten, jndien sij de voorsz. Exemptie van Impositie niet soo wel als op andere Academien mogen genieten; twelck geschiedende soude daarmede vercleijnt ende benomen worden de lustre vant beneficie, bij U. Ed. Mo. int erigeren van de Academie bewesen, ende noch onlanghs met soo groote solemniteijten gecelebreert: daer ter contrarie door t' aenwas vant getal der studenten uwer Ed. Mo. weldaet dagelijckx illusterder ende vermaerder sal worden, ende uwer Ed. Mo. naem geroemt, nefsens de Heeren Staten van eenige naburige Provincien, die de Studenten niet alleen Vrijdom van Impositien vergonst hebben, maer oock inde Academien gefundeert Beursen ofte publijcque taeffels, alwaer omtrent t'sestich Studenten voor een Geringe prijs jaerlicx in cost ende dranck onderhouden worden, Gelijck specialick tot Franicker ende Groeningen soodane beursen sijn. Ende vertrouwen de Supplianten dat Uwer Ed. Mo. intentie bij t' erigeren van de Academie geweest is een volcomen gepriviligeerde Universiteyt te formeren, ende dat U. Ed. Mo. geerne sullen considereren, dat de gunninge vande voorverhaelde immuniteijt geen schade maer veel

veel eer proffijt voor de gemeen saeck sal inbrengen, alsoo niet anders versocht wort, als Exemptie van de Impositien van Wijn ende Bier, ende dat voor soodanige quantiteijt, als in andere naburige Academien daer boven deselve quantiteijt noch veel bij de Studenten ende anderen haer, ende de Academie comende visiteren, sal worden geconsumeert, ende vande Impositien opt Gemael ende andere Specien door de aencompste van vele Studenten te meer geproffiteert. Ende is bij experientie tot Franicker bevonden, dat de voorsz. Exemptie voor een halff jaer gecomen sijnde te cesseren ende daer door eenige Studenten vertrocken wesende, d'Impositien van Wijn ende Bier minder als te vooren gegolden hebben. Belangende de fraudes, die souden worden geperpetreert, vermeijnen de supplianten dat tot voorcominge vande selve, goede ordre sal connen worden gestelt: Tot welcken eijnde sij Supplianten hier nevens overleveren eenige limitatien ofte Concept van reglement, bereijt sijnde U. Ed. Mo. indien t' deselve belieft, wijders met goede voorslagen te dienen. Alle twelcke sij supplianten raedsaem gevonden hebben U. Ed. Mo. onderdanichlick te remonstreren ende gansch dienstelick te versoucken, dat uwer Ed. Mo. goede geliefte sij, alle actuele ledematen van de Academie deser Stadt te vergunnen soodane Vrijdom ende Immuniteijt van s'Lants middelen ende Impositien op Wijnen ende bieren, gelijck de Membra Academiæ Leijdensis ende Franequeranæ sijn genietende. Ende, op dat U. Ed. Mo. hier op tijdelicke ende favorabile Resolutie believe te nemen, om dat de

Va-

Vacantien van Paesschen voorhanden sijnde vele Studenten naer huijs reijsen ende bij faute vande meer verhaelde immuniteijt achterblijven sullen. Dit doende enz.

BERNARDUS SCHOTANUS,
Academiæ p. t. Rector.
GYSBERTUS VOETIUS.
ANTONIUS MATHEUS.
G. STRATENUS.
ANTONIUS ÆMILIUS.
JUSTUS LIRÆUS.
HENRICUS RENERI.

Qua denique prudentia Provinciae noſtrae Ordines anno ſeptuageſimo ſaeculi decimi ſeptimi vigilaverint, ne, ex importuna eorum ſolicitudine, qui Academiam Lugduno-Batavam eo tempore curabant, detrimentum caperet Rheno-Traiectina, intelligitur ex epiſtola, ab iis ad Ordines Hollandiae data, penultimo anni die, huius argumenti:

Aan de Staten van Holland.

EDELE GROOT MOGENDE HEEREN!

De Heeren Borgermrn en Vroedschap der Stad Utrecht, hebben in onse Vergaderinge bekent gemaeckt, hoe dat tot hare Ed. Achtb. kennisse gecomen was, dat de Heeren Curateuren van U Ed. Groot Mo. Academie tot Leijden voornemens sijnde het verval ende defecten, die haer Ed. vermeijnen

indie studien op de gem^e Academie van tijd tot tijd sijn ingekropen, te dresseren, ten dien fine een advis hadden geformeert, met intentie om het selve ter Vergaderinge van U Ed. Gr. Mo. voor te brengen, ende in een Provinciale resolutie te doen converteren, onder anderen continerende, dat bij Placcaet van U Ed. Gr. Mo. soude mogen worden verstaen en verklaart, dat niemand voor een gegraduecrt persoon soude worden erkent, ofte inde Provincie van Holland als Doctor Theologiæ, Juris, Medicinæ *ofte* Magister Philosophiæ *aengemerckt, het en sij deselve in de gem^e U Ed. Gr. Mog. Academie sijn Promotie bekomen, ende aldaer met de* gradus *van* Doctor *ofte van* Magister *gehonoreert soude sijn. Ende hebben gem^e Heeren Borgermren en Vroedschap ons daer benevens geremonstreert de onbillickheijt en groote Inconvenienten, die sij vermeijnden uijt het arresteren van sodanigen ordre souden komen te resulteren. Geleth tot noch toe in alle Coninckrijcken, Staten en Landen van Europa toegestaen en gepractiseert wordt, datmen die geene, die op eenige gequalificeerde Academie gepromoveert worden, alomme admitteert ende vrijicheijt laat om de functie ofte practijck van hare studien te mogen exerceren, sijnde ongehoort, dat de selve liberteijt ergens soude sijn bepaelt, veel min benomen: Gelijck het selve gebruijck mede baerblijckelijck consteert, uijt de acten ofte brieven van promotie die generalick bij alle Academien aan de gepromoveerde Doctoren worden geaccordeert, volgens de welcke de selve vergonst word faculteijt omme*

ubi-

ubique terrarum *haere scientie te exerceren. Soo verre dat den Coning van Spagnien ten tijde der vervolgingen tegen die vande gereformeerde religie, als de Jeught der Nederlandsche Provincien op de Scholen en Academien van Duytsch-land ende Vranckrijck studerende, aldaer van de selve Religie wierden geimbueert, echter noijt bestaen heeft dit middel te gebruijcken, ofte de eere vande Academische Promotien door sulcke ofte diergelijcke jnterdictie te kreucken, hebbende veel liever, om de communicatie met de gereformeerde Fransche Academien af te snijden, een nieuwe Universiteijt binnen Douaij willen doen oprechten. Sulcx dat de faculteijt en vrijicheijt van het practiseren en exerceren der studien die door de Academische Promotien worden vercregen, als een recht der Volckeren behoren te worden aengesien en erkent. Ende dat derhalven, de tsamentlijcke Bondgenoten in conformité van het je art. vande Unie geobligeert sijn de een den anderen in dese hare vrij ende gerechticheden niet alleen geen prejudicie ofte verhinderinge te doen, nemaer malcanderen met alle mogelicke middelen daerinne te handhaven en beschermen; Behalven dat niet vrundelick nochte nabuijrlick soude sijn, datmen aen andere Coningrijcken Staten en Landen desen-aengaende niet soude gunnen, en der selver Ingesetenen laten gauderen de selve Privilegie en Liberteijt, die men van haer allen, niemand uijtgesondert, liberalick en sonder eenige contradictie comt te ontfangen. Boven dat vrij wat hart schijnt te sijn dat de studerende Jeucht ende specialick die*

haer uijt d'andere Provincien binnen U Ed. Gr. Mo. Territoir ſouden willen ter neder ſetten, genecesſiteert ſouden worden, om niet alleen haere Promotien maer oock bij gevolge alle de progresſen haerer ſtudien alleenlick inde Academie tot Leijden te ſoecken: Want behalven dat de jonge Jeucht daer door een geruijmen tijd van Jaren als geconfineert ſoude worden op een plaatſe die door ongeluckige toevallen aende ſelve onaengenaem ofte oock ondienſtich geoordeelt mochte worden, Ende dan omme ſodanigen ongemack te ontgaen genootſaeckt ſoude worden den loop van haere ſtudien te interrumperen, ende hare promotien te dilayeren tot merckelijck nadeel vande ſluderende Jeught int generael, ende die van haere Ed. Gr. Mo. Provincie int particulier. Soo ſoude oock de Ouderen en Voochden ſoo niet benomen, ten minſten ſeer besſnoeijt worden de liberteijt en gelegentheijt om hare kinderen op een ander Academie onder de directie van een Profesſor, die in deſe ofte die Faculteijt in geleertheijt ofte methode van inſtrueren quame uijt te ſteecken, ofte aende welcke de ſelve Ouders door maechſchap kennisſe ofte recommandatie goet addres hadden, hare ſtudien te doen aenleggen en te voltrecken, al mede tot grooten ondienst vande ſelve. Weshalven wij niet meer ter herten nemende, als dat de oude harmonie, vrundſchap en onderlinge correspondentie tusſchen twee ſoo naburige Provincien, Steden en Leden van dien in allen deelen mochte worden geconſerveert ende wes tot krenckinge van dien eenichſints

fints soude konnen strecken, soo veel doenlick, voor te comen. Soo hebben Wij niet connen nalaten U Ed. Gr. Mo. tgeene voorsz. gantsch vrund ende nabuyrlijck te representeren met versoeck dese saecke daer heenen te willen dirigeren, ten eynde de studien en promotien wedersijds in haer oude cours en Liberteijt gelaten mogen worden. Echter soo U Ed. Gr. Mo. ofte de Heeren Curateuren van der selver Academie souden meenen dat tot redres vande studien eenige naerder ordres en middelen souden dienen te worden beraemt, Soo hebben Wij U Ed. Groot Mo. bij desen wel willen verseeckeren, dat men deser sijds altijd overbodich sal wesen dienthalven met de Heeren Curateuren vande Academie tot Leyden te concerteren, en sodanige reglementen te helpen beramen, als tot bereyckinge van soo salutairen ooghmerck onderlinge dienstich geoordeelt souden mogen worden.

Waer mede &c.

(15) In Praefatione laudata, quae *Illustris Gymnasii inaugurationem* narrat, haec referuntur. *Pars templi Dominici, quae in meridiem spectat (majus Capitulum vulgo indigitant, comitium olim Ordinum Provincialium) distributa est in duo ampla et splendida auditoria, augustâ et sumptuosâ substructione, et spatioso peristylio medioque hypaethro conspicua. In ipso autem majore auditorio ex edito loco publicorum musicorum cohors organis primo pneumaticis, dein assâ voce et fidibus incredibili*

cum

cum voluptate aures ingredientis pompae continenter permulcebat. Quod *peristylium* dicitur, Graece περίστυλον, *locus columnis cinctus*, est porticus, cingens tria areae latera, per quam, veteri Ecclesiae Romanae ritu, ambitus fiebat Canonicorum, ex australi templi ostio uno in alterum procedentium. Hinc nostratibus dictum *het pant*, in decreto magistratus urbani, diei 29 Martii, a. 1634. in nota 14. laudati. Etenim *pand* idem est, quod *omganck*, *ambitus*, *circuitus*, teste Kiliano, qui etiam *pand* interpretatur per *peristylium*, uti et per *xystum*, *porticum*, *solarium*, *ambulacrum*, *ambulatio*. Area, quae cingitur hac porticu, *hypaethrus* dicitur, ad Graecorum ὕπαιθρος, *locus apertus*, *sub dio*. Belgice, in decreto laudato, appellatur *het vryhoff*, pro quo Ant. Matthaeus, *de Nobilitate*, p. 174. scribit, *t' Vrijthof*, Kilianus *vrydhoof*, hoc est, ipso interprete, *hortus conclusus*, *aedibus contiguus*, *asylum*. Alias mitto significationes. Matthaeus, l. l. illud dictum censet ab ἀσυλίᾳ, quam haec area praestabat olim confugientibus. Sed ex area et porticu revertor in auditorium. Locus, in maiori auditorio editus, ex quo musica audiri solebat, propterea a me, orationem pronunciante, dictus fuit *musei* nomine, ad Graecorum μουσεῖον· quandoquidem vulgatum *orchestrae* vocabulum, ex Gr. ὀρχήστρα factum, indicat theatri partem, in qua *saltatur*. Sed, monitus ab Heusdio, Collega amicissimo, cuius in iudicio lubens acquiesco, nunc, perspicuitatis caussa, malo uti consueto *orchestrae* nomine, imprimis

mis propterea, quod *museum* alias a me dicitur de locis, ad literarum et disciplinarum studia comparatis. Ad hanc igitur excelsam *orchestram*, muro auditorii intermedio affixam, aditus patebat per gradus ligneos, adversae muri parti in auditorio minori appositos. In maioris auditorii muro australi duae erant fores, una ad orientem amplior, altera ad occidentem angustior, per quas ibamus in atriolum senaculi. Ipsum autem senaculum nullam subiit mutationem, quippe quod Senatus Academici et singulorum Ordinum conventui etiamnum satis est aptum, quamquam iam anno 1636. in recens conditae academiae usum, fuit structum. Olim pertinebat ad vetus monasterium Salvatoris, S. Martini aedibus nimis vicinum et fere contiguum: quapropter, urbani magistratus auctoritate, invitis et repugnantibus huius Ecclesiae et caeterarum Canonicis, dirutum est, anno 1587. Rem factam narrat Salom. Borrius, lib. I. Vol. III. p. 107-110. Sed e Senaculo redimus in auditorium, quod et erat et dicebatur *maius*; aliquando et *theologicum*, quomodo certe appellatur a Francisco Burmanno, *Orationem* dicente, ut titulus fert, *Trajecti ad Rhenum*, *in acroaterio Theologico*, *a. d.* XVIII *Novembr.* CIↃIↃCLXXIII. Unde colligo, Theologos consuevisse in eo suas habere lectiones et exercitationes. Simili de causa minus acroaterium memini dici *Philosophicum*. In minori auditorio cathedra erat apposita muro ad orientem, in maiori ad occidentem. Huic muro, a sinistra oratoris, paullo supra Professorum subsellia, infixa erat tabu-

bula, tectorio dealbata, diversis perterebrata foraminibus, quorum ope praeclara olim virgo Anna Maria a Schurman oratores, docentes ac disputantes, audire poterat, ipsa bene latens in conclavi, ad latus muri adversum structo, ubi nunc gradus sunt, quibus ad novi auditorii escenditur orchestram. Notum enim est, quanta soleret aviditate, cum aliorum, tum imprimis Gisberti Voetii, excipere lectiones, quotidie cum pedissequa, studiorum caussa, hanc iniens latebram. Nec via ei longa erat ad academiam, habitanti, una cum fratre Iohanne Godtschalcko, in proximo coemeterio, in aedibus, quarum ad latus dexterum est semita, cui olim nomen dedit Poelenburgius, celebris pictor, deinde Voetius, Theologus clarissimus, Schurmanniae praeceptor, amicus et vicinus. Legi merentur, quae ab eo scripta sunt, Schurmannae gentique Schurmannianae admodum honorifica, in *Dedicatione*, praemissa Parti II. *Selectarum Disputationum Theologicarum*, denuo editarum Ultraj. 1655. Sic Schurmannia, quae urbi Traiectinae de nova academia apprecata fuerat carmine Latino, repetito in *Opusculis*, Lugd. Bat. 1648. editis, pag. 256, 257. per triginta et quatuor annos ipsa fuit experta, academiae veluti civis. Postmodum vero, ἡ πότνια κούρη, pietatis singularis spe allecta, Ioannem Delabadium et Petrum Yvonem secuta, Voetio seni multum laboris et doloris peperit: id quod testantur, quae ab eo scripta sunt a. 1669 et 1670. *de illicitis separatio-*

ni-

nibus et secessionibus ecclesiasticis, postea relata in *Politicae Ecclesiasticae* Part. III. Lib. III. Tract. III. Sect. I. hoc est Tom. IV. p. 488—585. ed. Amst. 1676. Quae cum vidisset Schurmannia, nonnihil iis opponendum esse duxit. Quae cuiusmodi sint, videant harum rerum studiosi, quibus eius rei est opportunitas, in *Continuatione* ΕΥΚΛΗΡΙΑΣ, seu *Parte* eius *secunda*, edita Amst. 1684. atque adeo sexennio post quam Anna Maria, unum supra septuaginta annos nata, ex hac vita migraverat, Viuverti in Frisia. Cuius libelli cum summa sit raritas, teste Ioh. Vogtio, in *Catalogo librorum rariorum*, Hamb. 1753. p. 616. operae pretium sit, nonnulla ex eo cum legentibus communicare, quae significent, quo fuerit Schurmannia animo in Voetium nuper vita functum. *Causam dissensionis*, quae ipsi cum eo fuerat, cap. VII. (non cap. VI. quomodo typothetae errore dicitur:) p. 176-183. narratura, hunc in modum scribit. *Inter admirandas Dei vias vel inprimis eas hic recensendas arbitror, quibus ipse non solum malorum, sed et bonorum factis et dictis deviis utitur, ad alios in via recta dirigendos et confirmandos. Illud saepius et multis modis experti sumus, ex quo Deus opus collectionis hujus suae Ecclesiae inter nos inchoavit, cujus nunc unum satis celebre exemplum in medium proferam, quod scopo meo praesenti inservit. Quando nempe Vir Reverendus et propter vastam ac multifariam ejus eruditionem Celeberrimus D. Gisbertus Voetius, Theologiae Doctor et Professor, Thesibus publicis se huic Dei* Ope-

Operi, in ipsius ortu opposuit, et praejudicio multos praeoccupavit; praesertim vero omnis generis et nationis studiosis viam et os aperuit, de nostro Instituto audacius loquendi, illud pro cujusque genio exagitandi, atque ejus condemnationem, tanto nimirum Theologo judice, ubique divulgandi. E quibus non exiguum, fateor, initio concepi dolorem: sed Deo omnia in tali negotio committenda mox didici; qui ex ipsis tenebris educere potest lucem, et nostro judicio contrarium producere non raro solet rerum eventum. Non paucos credo a serio ac libero examine rei veritatis detinuit, vel sola tanti Viri authoritas: sed et hoc compertissimum deinde habuimus, non defuisse tales, quibus eaedem Theses viam, quam ipsi oppugnant, ut rectam et tutam aperuerunt, atque ad veritatem plenius indagandam causae extiterunt. Quando autem Theses istae, academico more distributae, inter transitoria scripta haberi poterant, non fuit mihi animus eum renovare dolorem, iis aliquid opponendo. Verum sententiam meam immutare cogebar, cum illas inter alia, quae meam Ευκληρίαν *spectant, de novo excusas, atque ultimo Tomo Politiae ejus Ecclesiasticae insertas viderem. Non enim ineptum aut inutile fore putabam, ut Viro mihi a multis retro annis amicissimo, amanter, amice, et modeste proponerem animi mei sensa, circa ea quae vel dogmatice, vel historice de nostra praxi ibidem proponuntur; quia mihi magis quam ipsi res istae notae erant, quoniam ipsa interfueram, et de nostrae sententiae veritate certius dare poteram*

ram testimonium. Sed conceptus meos valde inhibuit paulo post certus nuncius, Authorem e vivis excessisse. Sentiebam enim aliter nobis cum vivis, aliter cum vita defunctis esse agendum; meque cariturum primario scripti mei scopo et fructu saluberrimo, veritatem scilicet ei persuadendi, quem inde mihi sperare poteram. Quia tamen veritatem, quam si novisset, illi amabilem futuram fuisse non dubito, prorsus silentio tegere, occasione hujus mei scripti nequeo; hoc agam, ut quam possim compendiosissime ac perspicue ea in veritatis lucem ponam, quae inprimis meae Ευκληρίας *veracitatem indicabunt, quando meae profectionis ac migrationis Amsterdamum causas cap. VI. et VII. explicui.* Nolo plura exscribere e libello, ad Labadistarum, q. d. ecclesiolam cognoscendam et aestimandam nonnihil conducente, parum vero ad praesentem caussam pertinente. Cum vero Vir. Cl. Annaeus Ypey, quocum per quadraginta et quod excurrit annos sinceram colo amicitiam, diligenter ea conquisiverit, quae ad Schurmanniam, sectamque Labadisticam rite diiudicandam faciant, de iisque non pauca scripserit lectu perquam digna, primum in *Historia literaria Theologiae Systematicae*, (*Beknopte Letterkundige Geschiedenis der Systematische Godgeleerdheid*,) Vol. III. p. 107—112. deinde in *Historia Ecclesiae Christ. saec. XVIII.* (*Geschiedenis van de Kristlyke Kerk in de achttiende Eeuw*,) Vol. X. p. 388—423. nuper denique in *Historia Ecclesiae in Belgio reformatae*, (*Geschiedenis der Nederlandsche Hervormde Kerk*,) in qua, una cum Vi-

Viro Ven. mihique amicissimo Isaaco Iohanne Dermout, continuanda, strenue pergit, Vol. III. p. 87—115. et *Annot.* p. 55—70. nec tamen hunc viderit libellum, lubenter ei gratulor coniecturam feliciter, in istis annotationibus, p. 69. propositam, de Hermanno Witsio, Theologo tum Franequerano, ab Ordinum Frisiae Deputatis, anno 1675. invitato, ad disquisitionem cum Labadistarum familia instituendam. Etenim ea de re dubitare nos non sinunt scripta a Schurmannia, p. 45, 46. *Ordines*, inquit, *hujus Provinciae* (Frisiacae) *Leovardiae congregati, tribus Delegatis commiserant, inter alia negotia post agenda, curam inquirendi in nostram fidem et vivendi modum: qui hoc nomine Ecclesiae nostrae antistites citarunt, quinto post nostrum adventum mense. Nostri vero fideles pastores in eo divinam spectantes providentiam, haut gravatim cum uno ex fratribus nostris coram ipsis comparuerunt, et tres quoque a synodo deputatos ibidem invenerunt, praeeunte ipsis verbaque faciente D. Witsio, Professore Theologiae Franequerano, qui illas partes se rogatum suscepisse praefabatur. Sermone Latino peragebatur hoc colloquium, cum omni comitate ac pace. Proponebantur nostris doctoribus valde humaniter et amice, primo quidem collationis die interrogationes duae et viginti, altero vero undecim, quibus non minus candide, quam plene responderunt, ex tempore quidem corde et ore, ac deinde, flagitantibus sic Ordinum Delegatis, etiam scripto, tum Latino, tum Belgico idiomate.* Haec pia Virgo. Cuius de εὐθανασίᾳ ad

adiectae ſunt duae epiſtolae, ab amico, octiduo post excesſum eius, datae, una ad Principem Elisabetham Palatinam, a multis retro annis Annae Mariae amicam, altera ad nonnullos, qui intimo eam proſecuti fuerant affectu. His epiſtolis ſubiecta ſunt quinque carmina Danielis Meyeri, *V. D. Miniſtri*, unum *μνημόσυνον beatae Virginis* Annae Mariae a Schurman, reliqua *Epigrammata Sacra*, propter affinitatem argumenti in Εὐκληρίας libello tractati, adiuncta. Concluditur tandem volumen quatuor Schurmanniae epiſtolis ad diverſos datis.

Sed, per laudatae virginis commemorationem, fere id neglexeram, quod tamen monendum videtur, de more, Academiae noſtrae conditae aetate recepto, lectionum in ſcholis, non domeſticis, ſed publicis, habendarum. Quod enim, ea de re, in Oratione, dixi, intellectum velim de lectionibus, quas muneris, ſingulis Profesſoribus impoſiti, ratio poſtulabat: quae quidem lectiones gratis habebantur ac publice in auditoriis; neque docentium arbitrio penitus relinquebantur. Paucis certe annis post exſtructam Academiam, die 15 Martii, anni 1644. ſancita fuit huiusmodi lex: *quem quisque Profesſorum authorem aut librum ſit praelecturus, vel quod argumentum docturus, Rector et Asſesſores ſtatuunto, adhibito Conſulum conſilio, quorum hac de re decretum Profesſores tam ordinarii quam extraordinarii ſequuntor.* Conf. *Leges et Statuta Academiae Ultrajectinae*, in laud. *Legum et Edictorum Rheno-Traiectino-*

rum Libro, Vol. III. p. 486, 487. Lectionum autem privatarum, hoc est, domesticarum et pecuniam honorariam solventibus habendarum, facultas data eo tempore fuit Professoribus, negata caeteris doctoribus, nisi illis consentientibus.[t] Lege enim statutum erat hoc: *Collegia privata facultatum, artium et linguarum nemo instituito, sine consensu Magnifici Rectoris et Professorum.* Itaque Professores iam mature lectionibus publicis, si quidem hoc gratum accideret discipulis, addiderunt privatas, quo tandem factum est, ut pedetentim illae fere in desuetudinem abierint. Nihilo minus lectionum publice habendarum officium diu admodum Professoribus impositum fuit: quo tamen qui fungi, aut possent, aut vellent, tandem fuere perpauci. Vel sic tamen, usque ad saeculi superioris instantem fere exitum, vetus servata fuit consuetudo, singulis annis academicis dimidiatis edendi seriem lectionum, statutis horis, a singulis Professoribus publice habendarum. Sed rari erant, qui promissis stabant: qui vero stabant, paucissimos nanciscebantur auditores, nisi forte in theatro, sive anatomico, sive chirurgico, sive physico, res spectantium oculis expositas demonstrarent. Cum igitur huiusmodi programmata inutilia essent et inepta, decreto Virorum prudentissimorum, quibus rerum academicarum cura erat commissa, die 8 Nov. a. 1796. prospectum fuit, ut singulis annis ederetur *Series*, in qua, una cum publicis, privatae etiam lectiones indicarentur.

Quanta autem industria primi Academiae nostrae Do-

Doctores laboraverint, in lectionibus, cum publicis, tum privatis, habendis, ex iis discere licet, quae Voetius tradidit, in *Praefatione*, praemissa Parti I. *Politicae Ecclesiasticae*, Amst. 1663. *Triginta*, inquit, *anni sunt, cum ex ministerio ecclesiastico, quo* 23 *annis functus eram, ad professionem Theologiae, et Linguae Hebraicae, capessendam huc evocor. Eam dum triennio fere solus sustineo, et octonis lectionibus, praeter quotidiana privata collegia, et publicas disputationes, quâque hebdomade habendas, distringor: ita rationes meas instituere cogebar, ut omnium Auditorum tam tyronum et medioxumorum, quam doctiorum ex aliis Academiis, ubi cursum absolverant, huc adventantium commodis inservirem. Quo factum, ut lectionibus pomeridianis, Danielis, Psalmorum, aliorumque selectorum V. T. textuum ex Lingua originali, interpretationi destinatis, binas matutinas Epistolae ad Romanos, binas Synopseos Locorum communium, ad Confessionem Belgicam, Catecheseos Partem tertiam, et Liturgiam, collatis Statutis ecclesiasticis, explicationi tribuerem, et ad easdem formulas ordine diebus Saturni disputationes tribuerem.* Quibuscum ea conferantur, quae, de suis et Collegarum in Ordine Theologico lectionibus, scripserat anno 1647. in *Praefatione*, praemissa Parti I. *Selectarum Disputationum Theologicarum*, pag. 3. *Minima*, inquit, *apud nos pars est, vix minima particula institutionis Academicae, in locis communibus.* (h. e. ut serior aetas dicere consuevit, *in Systemate Theologico, sive in Theologia dogmatica.*)

Prae-

Praelectionibus publicis loci illi modo dicti, cum omnibus aliis, tum perpetuo curſu, tum quavis occaſione in interpretatione ſcripturae per annotationem doctrinarum et digresſiones explicantur: et corollariis ſubjectis publicae cuique diſputationi ventilantur. Accedunt frequentisſima collegia privata examinantium et diſputantium, — ſiquidem ſtudioſi hoc petierint, aut rationes eorum ita tulerint. Ut jam nihil dicam de collegiis et collationibus privatis. — Affirmare posſum, ſingulos Profesſores ternis aut quaternis, nonnunquam quinis, ejusmodi locorum communium et controverſiarum collegiis distineri, praeter collegia repetentium conciones et proponentium.

(16) De tertio hoc auditorio condendo, quid a Conſulibus et Senatoribus urbis Rheno-Traiectinae decretum fuerit, intellexi ex apographo, mihi Viri ampl. Iohannis van Doelen humanitate ſuppeditato, huius argumenti.

'S Vrijdaechs den xven *Martij* 1644.

Gehoort het rapport van de Heeren die met d' Heer Outſchepen van der Egge ende ſijn E. Schoonſone nu meermaels in conferentie waren geweest, aengaende ſijner E. huijſinge aent Oudemunſters Kerckhoff naest aent groote Auditorium *vande Academie, ſijn d' Heeren Cameraers gelast opt erff tusſchen 't ſelve* Auditorium *ende de voorſz. Huiſinge een derde* Auditorium *te doen timmeren, ſulcx*

sulcx de geswörens ende andere hun dies verstaende sullen oordeelen geoorloft te sijn, ende daerinne d' selve huijsinge soo weijnich te preiudicieren als doenlick sal wesen.

Primis iam Academiae annis Senatus vidit, opus esse tertio auditorio, ut singulorum Ordinum Professoribus opportunitas fieret disputationum publice instituendarum. Die 12 Maii, a. 1641. quod ex Actis et Decretis Senatus academici cognovi, *statutum est, concursum disputationum admittendum esse, hoc modo: ut dies mercurii Iureconsultis, saturni vero Theologis assignatus maneat; prout ab initio Illustris Gymnasii constitutum et usitatum fuit. Si Theologus cum Iureconsulto diebus mercurii horis matutinis concurrat; servabit Iureconsultus suum auditorium, hoc est majus. Quod si cum Medico concurrant duo Philosophi, alter Philosophorum, qui posterior professione, cedat et auditorium (minus* puta) *et horas matutinas ei, qui prior est professione, suamque disputationem in horas pomeridianas rejiciat. Quod si contingeret ex eadem superiori facultate tres concurrere, despiciendum tum erit de tertio auditorio, vel choro templi, vel alio quovis.* Die 6 Sept. 1643. *iussi sunt* a Senatu Stratenus, *Rector*, *et* Aemilius, *iterum a Consulibus* petere *tertium auditorium.* Subsequente igitur anno huic Senatus desiderio satis fuisse factum, ex apographo modo exhibito constat.

Usus huius auditorii, partim super academiae porticum exstructi, atque inde *superius* dicti,

saeculo XVIII. concessus fuit iuvenibus Hungaris et Transilvanis, literarum, imprimis Theologiae, in hac Academia studiosis, ad conventus sacros, singulis diebus dominicis, habendos, uno eorum precibus et homilia praeeunte. Decretum, quo eius rei copia iis facta est, huius est argumenti:

Maendagh den 30 *November* 1722,

Op het verzoek, door de Heeren Professores Theologiae aen de Heeren Burgemeesteren gedaen, accordeert de Vroetschap bij deze aen de Hungarise en Zevenbergse Studenten alhier permissie, omme des Zondags ten elf ueren voornoens in 't bovenste auditorium van de academie onder haer te houden haeren Godtsdienst en te doen een predicatie.

(17) Quae de disputationibus, sub Professorum praesidio, olim ingenti numero, subinde satis acriter institutis, in Oratione dixi, abunde colligi possunt e decretis magistratus urbani, d. 22 Sept. 1645. 23 Maii, 1655. 10 Nov. 1656. 30 Aug. 1658. 1 Febr. et 5 Iulii, 1669. quae exhibet Ioh. van de Water, lib. I. p. 487-489. uti et e disputationibus, quae etiamnum supersunt, utriusque Ant. Matthaei, Gisb. Voetii, Mein. Schotani, Henr. Regii, Caroli de Maets, Ioh. Hoornbekii, Ioh. Leusdeni, Andr. Essenii, Franc. Burmanni, Gerardi de Vries, Melchioris Leidekkeri, Herm. Witsii, Hadriani Relandi, Hieron. van

van Alphen, Dav. Millii, Sebaldi Ravii et aliorum; denique ex iis, quae Casp. Burmannus scripsit, in *Traiecto erudito*, de vita Regii, p. 289, 290. Franc. Burmanni, p. 52. et Cypriani Regneri ab Oosterga, p. 255, 258.

Nec raro olim Professores nostri Orationes pronunciabant. Ne enim dicam de orationibus, quae nostra quoque aetate haberi solent, muneris adeundi et rectionis academicae ponendae caussa, nemo fere Collegarum ex hac vita discedebat, quin laudatorem nancisceretur Collegam. Nonnunquam et solenni oratione academiae vale dicebat, qui munus suum ponebat: quomodo certe factum est, d. 24 Aprilis, 1654. ab Henrico Moreelsio, cuius in obitum orationem dixit Ioh. Georg. Graevius, d. 28 Sept. 1666. uti et ab Abrah. de Wyckersloot, d. 24 Febr. 1666. Et si quid praeterea, sive reipublicae, sive academiae, accidisset, prosperum aut adversum, saepius Viri Clarissimi, vel sponte, vel invitati, sive ab Academiae Curatoribus, sive ab Ordinibus Provinciae, sive a Senatu academico, ex eo pro concione dicendi materiam sumebant. Sic ipse ille Moreelsius, mense Maio aut Iunio a. 1647, Oratione panegyrica Guilielmo II. summos in republica honores fuit gratulatus, referente ex actis magistratus urbani Casp. Burmanno, *Trai. erud.* p. 232. Sic Graevius, a. 1666. *victoriam navalem ab Anglis reportatam* publice praedicabat; *Panegyricum*, anno 1674. Guilielmo III. fugatis Gallis

hanc urbem ingresso, dicebat; anno 1675. denuo florente academia, *Palladium Traiectinorum* laudabat; anno 1689 Guilielmi III. *expeditionem Britannicam* celebrabat; anno 1695 Mariae Stuartae, *Magnae Britanniae Reginae*, anno 1702 Guilielmo Regi, iusta persolvebat. Franciscus Burmannus extra ordinem duas dicebat Orationes: unam, a. 1673. *de calamitatibus communis Patriae, praecipue vero Ultrajectinae Provinciae, quibus* nuper fuerat *conflictata*, alteram, subsequenti anno, *de caussis Belgicae afflictae.* Lucas van de Poll, anno 1674. Gulielmum III. carmine Panegyrico decantabat, et anno 1691. illius *expeditionem in Hyberniam* atque *adventum in Bataviam* carmine heroico celebrabat. Petrus Burmannus, anno 1702. orationem dicebat *de auspicatissima Batavorum et sociorum militia*; anno 1706. alteram *de illius anni* fortunata *militia* pronunciabat; anno 1713. *pacem inter Belgium nostrum aliosque foederatos cum rege Galliae hac in urbe confectam oratione Panegyrica celebrabat.* Arnoldus Drakenborch, a. 1747. Guilielmo IV. summos in republica honores gratulabatur. Petrus Wesseling, anno 1748. orationem dicebat *in natalem* Guilielmi V. deinde anno 1752 oratione funebri Guilielmum IV. laudabat; anno denique 1759 iusta solvebat Regiae Principi Annae illius Viduae. Tandem Ioh. Frid. Reitzius, anno 1766 Guilielmo V. ad summam reipublicae praefecturam capessendam solenniter inaugurato, *honores* hos, oratione, *gratulabatur.*

(18)

(18) Orationem exaranti propoſitum mihi erat, hoc loco eos nominatim laudare, qui, in ſingulis diſciplinis excolendis, praeclare fuerunt meriti de Academia noſtra et republica literaria. Sed, re penſitata, magnum fore periculum videbam, ne iudicii, vel benignitate, vel ſeveritate, vel quocunque alio errore, graviter peccarem. Itaque, mutato conſilio, neminem prae caeteris laudandum duxi. Ut vero cognoscat, cui volupe est, quibus quantisque Viris olim illuſtrata fuerit et etiamnum illuſtretur Academia noſtra, corollarii loco, ſingulos indicabo, addito eorum nominibus aſterisco, quorum pictae imagines in Senaculo ſunt conſpicuae.

SERIES PROFESSORUM,

QUI, IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA,

PUBLICE, AUT DOCUERUNT, AUT ETIAMNUM

DOCENT.

Sex priores munus ſuum

iam in Illuſtri ſchola fuerant ingreſſi.

1. Antonius Matthaeus, Ant. F. *Herbornenſis*, nat. d. 27. Dec. 1601. Ex illuſtri Gymnaſio Harderoviceno huc evocatus, *Iuris* Prof. die 17 Iunii, 1634. dictus *primarius*, d. 18 Mart. 1641. Mortem obiit, d. 25 Dec. 1654. *
2. Antonius Aemilius, *Aquisgranenſis*, nat. d.

d. 20 Dec. 1589. antea scholae Dordracenae, post Rheno-Traiectinae Rector, *Historiarum et Politices* Prof. die 17 Iunii, 1634. Ob. d. 12 Nov. 1660. *

3. Iustus Lyraeus, *Rheno-Traiectinus*, antea scholae Hieronymianae hac in urbe Rector, *Literarum human.* Prof. d. 18 Iunii, 1634. Ob. m. Nov. 1646.

4. Henricus Renerius, *Hoyo-Leodiensis*, nat. a. 1593. ex illustri schola Daventriensi huc evocatus, *Philosophiae* Prof. d. 18 Iunii, 1634. Ob. m. Martio, a. 1639.

5. Gisbertus Voetius, *Heusdanus*, nat. d. 3 Martii, 1589. e coetu ecclesiastico Heusdano evocatus, *Theologiae et Linguae Hebr.* Prof. d. 21 Aug. 1634. Ob. d. 1 Nov. 1676. *

6. Bernardus Schotanus, *Franequeranus*, nat. a. 1598. ex Academia Franequerana huc evocatus, *Iuris et Matheseos* Prof. m. Nov. 1635. In academiam Lugduno-Batavam evocatus, Professoris munus, quod sexennium fere gesserat, et Rectoris provinciam, quam quinquennium primus administraverat, posuit, d. 16 Mart. 1641. Ob. d. 15 Oct. 1652. *

7. Guilielmus van der Straten, (s. Stratenus) *Rheno-Traiectinus*, nat. a. 1593. medicinam hac in urbe faciens et Anatomen vernacule docens, *Medicinae practicae et Anatomes* Prof. d. 17 Martii, 1636. dictus Prof. Medicinae *primarius*. a. 1641. Hagam Comitum abiit a. 1646. Ill. Principi Frederi-

co

co Henrico medicinam facturus. Deinceps eodem Archiatri munere apud Guilielmum II. et III. functus est. Denique a. 1674. lectus est civitatis patriae Senator et Consul. Ob. d. 6 Nov. 1681. *

8. Meinardus Schotanus, *Franequeranus*, nat. d. 13 Oct. 1593. ex academia Franequerana evocatus, *Theologiae* Prof. d. 30 April. 1636. Ob. 1644. *

9. Henricus Regius, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 29 Iulii, 1598. in urbe patria medicinam faciens, *Medicinae theoreticae et Botanices* Prof. *extraordinarius*, d. 6 Sept. 1638. *ordinarius*, a. 1639. *Anatomiae*, a. 1649. dictus *Medicinae* Prof. *primarius*, a. 1661. Ob. d. 19 Febr. 1679. *

10. Arnoldus van Goor, *Meursensis*, Philosophiae practicae lectiones hac in urbe habens, *Philosophiae practicae* Prof. *extraordinarius* creatur, d. 6 Sept. 1638. Sed paullo post, *Quaestor Comitatus* patrii designatus, munere academico se abdicavit, d. 8 Oct. eiusdem anni.

11. Arnoldus Senguerdius, *Amstelaedamensis*, nat. a. 1610. Philosophiae Doctorem hac in academia agens, *Metaphysices* et *Physices* creatus est Professor, primum, die 6 Sept. 1638. *extraordinarius*, deinde, a. 1639. *ordinarius*, tandem a. 1641. dictus est Prof. *Philosophiae primarius*. Sed evocatus, ad Philo-

so-

ſophiam in athenaeo Amſtelaedamenſi docendam, eo abiit a. 1648. ibique mortem obiit, a. 1667. *

12. Martinus Schoockius, *Bomelienſis*, nat. d. 1 Aprilis, 1614. Philoſophus, omnium primus ſummos Doctoris honores in academia noſtra adeptus, et exercitationes Oratorias inſtituens, *Literarum human.* et *Eloquentiae* Prof. *extraordinarius*, d. 6 Sept. 1638. Sed paullo post, die 13 Oct. in Gymnaſium Daventrienſe evocatus, ad docendam *Hiſtoriam et Eloquentiam*, eo profectus est. Inde, a. 1640. in Groninganam abiit academiam, *Logices* ac *Phyſices* docendae cauſſa. Tandem migravit Francofurtum ad Viadrum, ubi *Profesſoris honorarii* titulo ornatus ex vita exceſſit, a. 1669.

13. Carolus de Maets, *Lugduno-Batavus*, nat. d. 25 Ian. 1597. ex eccleſia MediobSurgenſi huc evocatus, *Theologiae* Prof. d. 2 Iunii, 1640. Ob. d. 20 Aprilis, 1651. *

14. Daniel Berckringer, *Palatinus*, nat. d. 2 Febr. 1598. Paedagogus, a Rege Bohemiae liberis ſuis praefectus, *Philoſophiae practicae* Prof. d. 2 Iunii, 1640. et *Eloquentiae*, d. 10 April. 1648. Ob. d. 22 Iulii, 1667. *

15. Cyprianus Regneri ab Oosterga, (ſaepe nude dictus Cyprianus,) *Friſius*, nat. a. 1614. postquam Lugduni Bat. privatim Iurisprudentiam docuerat, Prof. *Inſtitutionum*

Iu-

Iuris, d. 19 Mart. 1641. poſtea *et Pandectarum*, dictus *Iuris* Prof. *primarius*, d. 6 Apr. 1670. Ob. d. 25 Oct. 1687. *

16. Iacobus Ravensperg, *Groninganus*, nat. d. 7 Dec. 1615. *Matheſeos* Prof. *extraord.* d. 19 Mart. 1641. *Philoſophiae ordinarius*, d. 19 Febr. 1644. *Phyſices*, d. 10 April. 1648. Ob. 21 April. 1650.

17. Paulus Voet, Gisb. F. *Heusdanus*, nat. d. 7 Iunii, 1619. *Metaphyſices* Prof. *extraordinarius*, d. 19 Mart. 1641. *ordinarius*, d. 17 Iunii, 1644. *Logices*, d. 10 April. 1648. *Iuris ordinarius*, d. 21 April. 1654. Ob. d. 1 Aug. 1667. *

18. Henricus Moreelse, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 17 Dec. 1615. *Iuris* Prof. d. 25 Iunii, 1644. Electus in Curia Provinciali Senator, munere academico ſe abdicavit, d. 24 April. 1654. Ob. d. 21 Maii, 1666. *

19. Iohannes Hoornbeek, *Harlemenſis*, nat. d. 4 Nov. 1617. antea in coetu Mulhemienſi Eccleſiastes, *Theologiae* Prof. d. 10 Iulii, 1644. Profectus est in academiam Lugduno-Batavam, a. 1654. Ob. d. 23 Aug. 1666. *

20. Isbrandus de Diemerbroek, *Montfortienſis*, nat. d. 13 Dec. 1609. *Medicinae* Prof. *extraord.* d. 6 Sept. 1649. *ordinarius*, d. 7 April. 1651. Ob. d. 6 Nov. 1674. *

21. Iohannes Leusden, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 26 April. 1624. *Linguae ſanctae* Prof.

ex

extraordin. d. 6 Iulii, 1650. *ordinarius*, d. 3 Ian. 1653. Ob. d. 30 Sept. 1699. *

22. Iohannes de Bruyn, *Gorinchemensis*, nat. d. 25 Aug. 1620. *Physices et Matheseos* Prof. *extraordin.* d. 3 Iunii, 1652. *ordinarius*, d. 31 Mart. 1656. Ob. d. 21 Oct. 1675. *

23. Gualterus de Bruyn, *Amisfurtensis*, nat. d. 6 Mart. 1618. Euangelii interpres in coetu Rheno-Traiectino, *Theologiae* Prof. a. 8 Febr. 1653. Eiusdem anni die 7 Iulii mortem obiit.

24. Andreas Essenius, *Bomeliensis*, nat. m. Febr. 1618. Euangelii interpres in coetu Rheno-Traiectino, *Theologiae* Prof. d. 8 Febr. 1653. Ob. d. 18. Maii, 1677. *

25. Daniel Voet, Gisb. F. *Heusdanus*, nat. d. 30 Dec. 1629. *Logices et Metaphysices* Prof. *extraordinarius*, d. 9 Febr. 1653. *ordinarius*, d. 5 April. 1656. Ob. d. 29 Iulii, 1660. *

26. Matthias Nethenus, *Suchtela-Iuliacensis*, nat. d. 27. Oct. 1618. Clivensis Ecclesiae Antistes et Scholarum Rector, *Theologiae* Prof. d. 26 Maii, 1654. Loco suo motus est d. 14 April. 1662. Sed postea Herbornensis Ecclesiae antistes et Theologiae Prof. fuit, inde ab a. 1669. usque ad d. 9 Oct. 1686. quo mortem obiit. *

27. Antonius Matthaeus, Ant. *Fil.* Ant. *Nepos*, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 18 Dec. 1635. *Iuris civilis* Prof. *extraord.* d. 29. Aug. 1660.

1660. *ordinarius*, d. 26 Nov. 1662. Profectus est, in academiam Lugduno-Batavam, a. 1672. ubi ob. d. 25 Aug. 1710. *

28. Abrahamus de Wyckersloot, *Rheno-Traiectinus*, *Iuris* Prof. *extraord.* d. 29 Aug. 1660. Senator civitatis patriae electus, d. 24 Febr. 1663. munus academicum posuit. Ob. d. 5 Febr. 1673.

29. Regnerus a Mansvelt, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 21 Oct. 1639. *Logices et Metaphysices* Prof. d. 27 Nov. 1660. *Philosophiae moralis*, a. 1667. Ob. d. 29 Maii, 1671. *

30. Iohannes Georgius Graevius, *Naumburgensis*, nat. d. 29 Ian. 1632. e Gymnasio Daventriensi huc evocatus, *Historiarum et Eloquentiae* Prof. d. 18 Oct. 1661. *Politices*, d. 2 Dec. 1667. Ob. d. 11 Ian. 1703. *

31. Franciscus Burmannus, *Lugduno-Batavus*, nat. a. 1632. Collegio Theologico, ea in urbe, praefectus, huc evocatus, *Theologiae* Prof. d. 12. Nov. 1662. *Historiae Ecclesiast.* d. 6 Mart. 1671. Ob. d. 12 Nov. 1679. *

32. Ludovicus Wolzogen, *Amisfurtensis*, nat. a. 1632. Ecclesiastes in coetu Wallonico Medioburgensi, huc evocatus ad eandem provinciam administrandam, et *Historiam Ecclesiast.* in hac academia *extra ordinem* docendam, hoc munus adit, d. 21 Sept. 1664. Prof. *ordinarius* creatur, d. 5 Sept. 1670. Eodem a. exeunte ad fungendum eodem munere in Eccle-

clesia et Athenaeo Amstelaedamensi hinc abiit, d. 31 Oct. ibique mortuus est, d. 13 Nov. 1690.

33. Hugo Ruisch, *Rheno-Traiectinus*, primum *Lector Geometriae* vernacule docendae, d. 15 Maii, 1661. deinde d. 26. Sept. 1664. titulum est adeptus *Professoris extraordinarii*.

34. Philippus Matthaeus, Antonii II. F. *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 16 Mart. 1641. *Medicinae* primum *Lector*, d. 2 Dec. 1667. dein *Prof. extraord.* d. 16 Febr. 1670. Eodem anno Franequeram abiit ad Medicinam ex ordine docendam, ibique mortem obiit, m. Oct. 1690.

35. Lucas van de Poll, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 6 Febr. 1630. *Iuris* primum *Lector*, d. 2 Dec. 1667. dein *Prof. extraordin.* d. 16 Febr. 1670. porro *ordinarius*, d. 11 Maii, 1674. denique *Pandectarum* Prof. dictus, d. 21 Febr. 1681. Ob. d. 24 Nov. 1713. *

36. Iohannes Voet, Pauli F. *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 3 Oct. 1647. e Gymnasio Herbornensi, in quo Ius civile docebat, huc evocatus, *Iuris* Prof. d. 25 Aug. 1674. Leidam profectus ad eandem provinciam administrandam, d. 6 Febr. 1680. ibique ex hac vita migravit, d. 11 Sept. 1714. *

37. Gerardus de Vries, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 15 Aug. 1648. collegio Theologico in academia Lugduno-Batava praefectus, huc re-

evocatus Prof. *ordin. Philosophiae*, d. 1 Sept. 1674. deinde etiam *Theologiae extraord.* d. 4 Mart. 1685. Ob. d. 1 Dec. 1705. *

38. Iacobus Vallan, *Amstelaedamensis*, nat. d. 19. Aug. 1637. *Medicinae practicae et Anatomes* Prof. d. 20 Maii, 1675. *Praxeos et Institutionum Medicarum* dictus, d. 15 Febr. 1680. Obiit d. 16 Maii, 1720. *

39. Petrus van Mastricht, *Coloniensis*, nat. m. Nov. 1630. ex academia Duisburgensi, in qua Theologiam docebat, evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 7 Sept. 1677. Ob. d. 9. Febr. 1706. *

40. Melchior Leydecker, *Medioburgensis*, nat. d. 21 Martii, 1642. e coetu Renessae in Zelandia, ubi Euangelii interpres erat, evocatus, *Theologiae* Prof. d. 23 April. 1678. Ob. d. 6. Ian. 1721. *

41. Iohannes Munnicks, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 16 Oct. 1652. *Anatomes Lector*, d. 20 Nov. 1677. *Medicinae Prof. extraordin.* d. 12 Dec. 1678. *Anatomiae et Botanices ordinarius*, d. 9 Febr. 1680. Ob. d. 10 Iunii, 1710. *

42. Ioannes Luyts, *Hornanus*, nat. d. 19 Sept. 1655. *Physices et Mathematicae* Prof. *extraordin.* d. 11 Dec. 1677. *Philosophiae ordinarius*, d. 9 Febr. 1680. Ob. d. 12 Mart. 1721. *

43. Hermannus Witsius, *Enchusanus*, nat. d. 12 Febr. 1626. ex academia Franequerana

huc

huc evocatus, *Theologiae* Prof. d. 29 April. 1680. profectus in academiam Lugduno-Bat. a. 1698. ubi mortem obiit, d. 22 Oct. 1708. *

44. Iohannes van Muyden, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 26 Ian. 1652. Gymnasii Hieron. in civitate patria antea Prorector, *Iuris* Prof. *extraordin.* d. 10 Febr. 1681. *ordinarius*, d. 8 Oct. 1683. Ob. d. 25 Maii, 1709. *

45 Hermannus van Halen, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 30 Aug. 1633. inde ab a. 1664. Ecclesiastes hac in urbe, Prof. *Theologiae extraordin.* d. 19 April. 1681. *ordinarius*, d. 30 April. 1683. Ob. d. 1 Mart. 1701. *

46. Gerardus Noodt, *Neomagensis*, nat. d. 4 Sept. 1647. ex academia Franequerana huc evocatus, *Iuris* Prof. d. 12 Febr. 1684. profectus a. 1686. in academiam Lugduno-Batavam. Ob. d. 15 Aug. 1725. *

47. Paulus Bauldri, *Rothomagensis*, nat. a. 1639. *Historiae Sacrae* Prof. *extraordinarius*, d. 14 Oct. 1686. *ordinarius*, d. 11 Mart. 1695. Ob. d. 16 Febr. 1706.

48. Henricus de Cocceiis, *Bremensis*, nat. d. 25 Mart. a. 1644. ex academia Heidelbergensi huc evocatus, *Iuris publici legumque Romanarum* Prof. d. 11 Febr. 1689. profectus, a. 1690. in academiam Francofurtensem ad Viadrum, ubi mortem obiit, d. 18 Aug. 1719. *

49. Cornelius van Eck, *Arnhemiensis*, ex aca-

academia Franequerana evocatus, *Iuris* Prof. d. 11 Sept. 1693. dictus *Iuris hodierni*, d. 18 Sept. 1713. Ob. d. 26 Febr. 1732. *

50. Petrus Burmannus, Franc. F. *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 6 Iulii, 1668. *Historiarum* Prof. *extraordin.* d. 10 Dec. 1696. *ordinarius*, d. 18 April. 1698. *Politices*, d. 19 Martii, 1703. Profectus est in acad. Lugduno-Bat. a. 1715. ubi e vita excesſit d. 31 Mart. 1741. *

51. Iohannes Conradus Barchusen, natus Hornae in Lippiae Comitatu, d. 16 Mart. 1666. *Chemiae*, primum *Lector*, d. 6 Oct. 1698. dein *Prof. extraordin.* d. 21 Iunii, 1703. Ob. d. 2 Oct. 1723.

52. Henricus Pontanus, *Stenofurtensis*, e Gymnaſio Lingenſi vocatus, Prof. *Theologiae*, d. 15 Febr. 1700. et *Historiae Sacrae*, d. 25 Febr. 1704. Ob. a. 15. Dec. 1714. *

53. Hadrianus Relandus, *Ripa-Batavus*, nat. d. 17 Iulii 1676. ex academia Harderovicena, in qua Philoſophiam docebat, evocatus, Prof. *Linguarum Orientalium*, d. 21 Febr. 1701. *Antiquitatum Sacrarum*, d. 2 Febr. 1713. Ob. d. 5 Febr. 1718. *

54. Rudolphus Leusden, Ioh. F. *Rheno-Traiectinus*, nat. a. 1671. *Anatomes et Chirurgiae* Prof. *extraordin.* d. 18 Iunii, 1703. *ordinarius*, d. 16 Mart. 1705. *Praxeos* item, d. 7 Iun. 1723. Ordinibus regionis noſtrae adſcriptus, d. 29 Maii, 1726. Ob. d. 4. Nov. 1764. *

55.

55. Hermannus Alexander Roëll, *Marco-Westphalus*, nat. a. 1653. ex academia Franequerana evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 22 Sept. 1704. Ob. d. 12 Iulii, 1718. *

56. Iosephus Serrurier, *Amstelaedamensis*, Prof. *Philosophiae et Matheseos*, d. 3 Febr. 1706. *Medicinae et Botanices*, d. 18 Maii, 1716. *Institutionum Medicarum*, d. 7 Iunii, 1723. Ob. d. 15 April 1742. *

57. Iohannes Iacobus Vitriarius, *Genevensis*, nat. a. 1679. ex academia Heidelbergensi huc evocatus, *Iuris civilis et publici* Prof. d. 17 Sept. 1708. in academiam Lugduno-Batavam profectus, exeunte a. 1719. Obiit d. 11 Dec. 1745. *

58. Hieronymus van Alphen, *Hanoviensis*, nat. d. 12 Maii, 1665. in ecclesia Amstelaedamensi Euangelii interpres, huc evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 26 Febr. 1715. Ob. d. 7 Nov. 1742. *

59. Franciscus Burmannus, Franc. F. *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 15 Maii, 1671. in ecclesia Amstelaedamensi Euangelii interpres, huc evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 26 Febr. 1715. Ob. d. 22 Sept. 1719. *

60. Arnoldus Drakenborch, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 31 Dec. 1684. *Historiarum et Eloquentiae* Prof. d. 25 Maii, 1716. Ob. d. 16 Ian. 1748. *

61. Carolus Andreas Dukerus, *Marco-Westphalus*, e Schola Hagana, in qua Prorector erat,

erat, huc vocatus, *Historiarum et Eloquentiae* Prof. d. 28 Maii, 1716. Valetudinis caussa honeste missus, ipso petente, d. 15 Nov. 1734. In patria exspiravit, m. Nov. 1752. *

62. David Millius, *Regiomontano-Borussus*, nat. d. 13 April. 1692. muneris eccles. Cand. *Linguarum Orient.* Prof. d. 21 Mart. 1718. *Antiquitatum Sacr.* d. 3 Nov. 1727. et *Theologiae*, ordini Theologorum adscriptus, d. 10 Oct. 1729. Ob. d. 22 Maii, 1756. *

63. Iohannes Ens, *Quadico-Batavus*, nat. d. 9 Maii, 1682. Euangelii interpres apud Rheno-Traiectinos, *Theologiae* Prof. *extraordin.* d. 3 Iunii, 1720. *ordinarius*, d. 4 Ian. 1723. Ob. d. 6 Ian. 1732. *

64. Fridericus Adolphus Lampe, *Detmolda-Lippiacus*, nat. d. 19 Febr. 1683. e coetu Bremensi, in quo Euangelii erat interpres, evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 24 Iunii, 1720. et *Historiae Eccles.* d. 21 Oct. 1726. Rediit Bremam, ad docendam Theologiam et munere ecclesiastico denuo fungendum, d. 11 Iulii, 1727. ubi vita excessit, d. 8 Dec. 1729. *

65. Everardus Otto, *Hammonensis*, nat. a. 1686. ex academia Duisburgensi evocatus, Prof. *Iuris civilis et publici*, d. 18 Nov. 1720. *Iuris feudalis*, d. 4 Iun. 1731. Syndicus Bremensis creatus hinc abiit, a. 1739. Vivere desiit, d. 24 Iulii, 1756. *

66. Petrus van Musschenbroek, *Lugduno-Batavus*, nat. d. 14 Mart. 1692. ex acade-

mia Duisburgensi huc evocatus, Prof. *Philosophiae et Matheseos*, d. 13 Sept. 1723. *Astronomiae*, d. 21 Iulii, 1732. Profectus in academiam Lugduno-Batavam, a. 1740. Ob. d. 19 Sept. 1761. *

67. Christianus Bernardus Albinus, *Berolino-Marchicus*, *Medicinae*, *Anatomes et Chirurgiae* Prof. *extraordin.* d. 20 Sept. 1723. *ordinarius*, d. 17 Ian. 1724. *Praxeos*, d. 13 Iunii, 1729. Senator urbis electus, munus academicum posuit, a. 1747. Ob. d. 5 April. 1752.

68. Iacobus Odé, *Zutphaniensis*, nat. d. 11 Dec. 1698. *Philosophiae* Prof. *extraordin.* d. 27 Sept. 1723. *ordinarius*, d. 17. Ian. 1724. *Theologiae extraordin.* d. 15 Dec. 1727. Posito Professoris Theologici munere, d. 16 Febr. 1736. *Astronomiae*, *Matheseos et Physices experimentalis* docendae provinciam adiit, d. 9 Nov. 1743. Mort. d. 5 April. 1752. *

69. Ioannes van den Honert, in *Henrici Idonis* vico Batavo nat. d. 1 Dec. 1693. ex ecclesia Harlemensi, in qua doctrinam Christianam interpretabatur, evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 20 Oct. 1727. et *Historiae Eccles.* d. 31 Mart. 1732. In academiam Lugduno-Batavam profectus, mense Aug. 1734. mortem obiit, d. 6 April 1758. *

70. Iohannes Oosterdijk Schacht, *Lugduno-Batavus*, nat. d. 26 Oct. 1704. ex academia Franequerana, ubi Philosophiam docebat,

bat, evocatus, Prof. *Medicinae*, d. 12 Sept. 1729. *Institutionum Medicarum et Praxeos*, d. 2 Ian. 1748. rude donatus, a. 1790. obiit d. 18 Aug. 1792. *

71. Iacobus Voorda, *Harlinganus*, nat. d. 28 Ian. 1699. ex academia Franequerana huc evocatus, Prof. *Iuris civilis*, d. 11 Sept. 1730. *Iuris hodierni*, d. 9 Oct. 1747. Munus suum posuit, d. 15 Sept. 1760. Obiit Leovardiae, m. Iunio, 1768. *

72. Petrus Wesseling, *Stenofurtensis*, d. 7 Ian. 1692. ex academia Franequerana, in qua Historias et Eloquentiam docebat, evocatus, Prof. *Eloquentiae*, *Historiarum et Graecae Linguae*, d. 13 Iunii, 1735. *Iuris publici Romano-Germanici ac naturalis*, d. 26 Sept. 1746. Ob. d. 9 Nov. 1764. *

73. Albertus Voget, *Bremensis*, nat. d. 17 Mart. 1695. ex academia Groningana evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 12 Sept. 1735. et *Historiae Ecclesiast.* d. 20 Oct. 1766. * Ob. d. 23 April 1771. *

74. Guilielmus van Irhoven, *Kessela-Brabantus*, nat. d. 2 Nov. 1698. ex ecclesia Edana in Gelria, in qua Euangelii erat interpres, evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 16 Sept. 1737. et *Historiae Eccles.* d. 22 Febr. 1740. Ob. d. 18 Nov. 1760. *

75. Abrahamus Wieling, *Hammoniensis*, nat. m. Nov. 1693. ex academia Franequerana evocatus, Prof. *Iuris civilis ac feuda-*

lis, d. 14 Sept. 1739. *Iuris Publici Romano Germanici*, d. 21 Oct. 1743. Ob. d. 10 Ian. 1746. *

76. Gisbertus Matthias Elsnerus, *Gocha-Clivensis*, nat. d. 1 April. 1698. in coetu Rheno-Traiectino Ecclesiastes, *Theologiae* Prof. *extraordin.* d. 15 Sept. 1739. *ordinarius*, d. 16 Sept. 1743. Ob. d. 7 Iulii, 1775. *

77. Iohannes Horthemels, *Medioburgensis*, nat. a. 1698. e coetu Westzanensi, in quo Ecclesiastes erat, evocatus, *Philosophiae* Prof. d. 22 Oct. 1742. Ob. d. 25 Iun. 1776. *

78. Franciscus Burmannus, Franc. F. Franc. Nep. *Amstelaedamensis*, nat. d. 3 Oct. 1708. Euangelii apud Rheno-Traiectinos interpres, Prof. *Theologiae*, d. 23 Sept. 1743. *et Historiae Eccles.* d. 6 Maii, 1771. Ob. d. 10 April. 1793. *

79. Everardus Iacobus van Wachendorff, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 2 Nov. 1703. Medicinam hac in urbe faciens, et Chemiam docens, Prof. *Medicinae*, *Botanices et Chemiae*, d. 26 Sept. 1743. Ob. d. 22 Dec. 1758. *

80. Ioannes Fredericus Reitzius, *Braunsfelsa-Wetteravius*, nat. d. 25 Sept. 1695. Hieronymianae Scholae apud Rheno-Traiectinos Rector, *Oratioriae et Poeseos* Prof. *extraordin.* d. 31 Ian. 1746. *Historiarum et Eloquentiae ordinarius*, d. 17 Iunii, 1748. Ob. d. 21 Mait. 1778. *

81.

81. Fridericus Godefridus Houck, *Steno-furtensis*, ex Athenaeo Daventriensi evocatus, *Iuris civilis* Prof. d. 20 Iunii, 1746. Ob. d. 28 Iulii, 1767. *

82. Iacobus Gisbertus Woertman, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 3 Dec. 1722. Medicinam in urbe patria faciens, Prof. *Anatomes et Chirurgiae*, d. 16 April. 1748. Vectigalium, quae sigillorum nomine colliguntur, Quaestor constitutus, munere academico se abdicavit, d. 24 Ian. 1760. Ob. d. 27 Febr. 1785. *

83. Sebaldus Ravius, *Herbornensis*, nat. 3 Oct. 1725. Muneris ecclesiastici Cand. *Linguarum Orientalium Lector*, d. 4 Nov. 1749. *Prof. extraordin.* d. 2 Mart. 1750. *ordinarius*, d. 27 April. 1752. uti et *Theologiae typicae et exegeticae*, Ordini Theologorum adscriptus, d. 6 Maii, 1771. Rude donatus, d. 1 Maii, 1810. Ob. d. 10 Ian. 1818. *

84. Iohannes Castilioneus, *Florentia-Hetruscus*, primum *Matheseos et Physices Lector*, mox *Prof. extraordin. Matheseos*, *Philosophiae experimentalis et Astronomiae*, d. 9 Dec. 1751. *Logices*, d. 10 April. 1752. *ordinarius Philosophiae et Matheseos*, d. 23 Iun. 1755. et *Astronomiae*, d. 15 Ian. 1759. Berolinum evocatus, ad docendam in schola militari Mathesin et Philosophiam, exeunte a. 1763. Ob. a. 1791.

85. Christophorus Saxius, *Eppendorfensis-Saxo*, nat. d. 13 Ian. 1714. *Antiquitatum et hu-*

humaniorum Literarum Prof. *extraordin.* d. 1 Febr. 1753. *ordinarius*, d. 18 Sept. 1755. dictus *Historiarum*, *Antiquitatum*, *Eloquentiae et Historiae Batavae*, d. 11 Dec. 1780. Rude donatus, a. 1803. Ob. d. 5 Maii, 1806. *

86. Ioannes David Hahn, *Heidelbergensis*, nat. d. 9 Iul. 1729. Prof. *Philosophiae*, *Physices experimentalis et Astronomiae*, d. 21 Iun. 1753. *Medicinae*, *Botanices et Chemiae*, d. 19 Mart. 1759. Profectus in academiam Lugduno-Batavam, a. 1775. * Ob. d. 19 Mart. 1784. *

87. Christianus Henricus Trotz, *Colbergensis*, nat. a. 1703. ex academia Franequerana evocatus, Prof. *Iuris civilis et publici Belgici*, d. 22 April. 1755. Ob. d. 17 Iun. 1773. *

88. Petrus Luchtmans, *Lugduno-Batavus*, nat. d. 17 April. 1733. Prof. *Medicinae*, *Anatomes et Chirurgiae*, d. 17 Mart. 1760. et *Artis obstetriciae*, d. 29 Dec. 1777. Ob. d. 2 Febr. 1800. *

89. Iohannes Gerardus Christianus Rücker, *Windeshemio-Francus*, nat. a. 1722. ex academia Groningana evocatus, *Iuris civilis et hodierni* Prof. d. 22 Sept. 1760. Valetudinis caussa, suo se munere abdicavit, et in Germaniam est profectus, a. 1768. ibique loco suo natali ex vita discessit, d. 5 April. 1780.

90.

90. **Gisbertus Bonnet**, *Nardensis*, nat. d. 2 Dec. 1723. ex ecclesia Hagana, in qua Euangelii erat interpres, evocatus, *Theologiae* Prof. d. 5 Febr. 1761. Rude donatus, a. 1804. Ob. d. 4 Febr. 1805. *

91. **Iohannes Fredericus Hennert**, *Berolinensis*, nat. d. 19 Oct. 1733. *Philosophiae*, *Matheseos et Astronomiae* Prof. *extraordin.* d. 6 Febr. 1764. *ordinarius*, d. 18 Nov. 1765. Moleste ferens anni 1787. difficultates, abiit Hanoviam, sed, restituta m. Sept. veteri reipublicae forma, honorifice revocatus, rediit a. 1788. Rude donatus, exeunte a. 1804. Ob. d. 29 Mart. 1813.

92. **Meinardus Tydeman**, *Zwollanus*, nat. d. 20 Mart. 1741. ex academia Harderovicena, ubi Historias, Eloquentiam ac Linguam Graecam docebat, evocatus, Prof. *Iuris Naturae et Gentium ac Publici Romano-Germanici*, d. 22 Sept. 1766. Moleste ferens anni 1787. difficultates, abiit in Academiam Harderovicenam, sed, restituta m. Sept. veteri reipublicae forma, honorifice revocatus, dictusque Prof. *Iuris civilis Romani*, d. 31 Dec. h. a. rediit, a. 1788. Electus Ordinum Transisalaniae Graphiarius, huic academiae valedixit, d. 2 Mart. 1790. Tandem variam expertus fortunam Lugduni Batavorum mortem obiit, d. 1 Febr. 1825. Conf. dicta in *Orat.* p. 32—36. et in *annot.* ad illum l. *

93.

93. Carolus Segaar, *Lugduno-Batavus*, nat. d. 26 Ian. 1624. Euangelii interpres in coetu Rheno-Traiectino, Prof. *Linguae Graecae*, d. 25 Sept. 1766. dictus *et Exegeſeos N. T.* d. 27 Dec. 1780. quod tamen nomen a. 1799. misſum fecit. Rude donatus a. 1803. ipſo hoc anno d. 22 Dec. e mortali vita exceſſit. *

94. Rijklof Michaël van Goens, *Rheno-Traiectinus*, nat. a. 1748. *Hiſtoriarum*, *Antiquitatum*, *Eloquentiae et Linguae Graecae* Prof. *extraordin.* d. 29 Sept. 1766. Munere ſuo ſe abdicavit, d. 6 Maii, 1776. ac die 20 huius menſis Senator urbis patriae electus. Turbarum civilium moleſtiam fugiens, aliquot annis exactis, patriam reliquit et extorris mortuus eſt.

95. Iohannes Henricus Voorda, *Rheno-Traiectinus*, Leovardia, ubi cauſſarum Patronum agebat, evocatus, *Iuris Civilis* Prof. d. 12 Nov. 1767. Populi ſuffragiis electus Senator, academico ſeſe munere abdicavit, a. 1786. Sed m. Sept. 1787. hoc loco motus, misſus etiam eſt, reſtituta veteris magiſtratus auctoritate, d. 1 Oct. 1787. In acad. Franequerana *Iuris Civilis et hodierni* Prof. d. 15 Nov. 1797. Quod munus poſuit, d. 25 Iunii, 1802. Leovardiae extremos vitae annos egit, mortemque obiit, d. 29 Mart. 1814.

96. Iacobus Albertus Vos, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 24 Nov. 1723. ex eccleſia Bome-

meliensi evocatus, *Theologiae* Prof. d. 4 Dec. 1769. Rude donatus, d. 20 Ian. 1794. Ob. d. 20 Mart. 1795.

97. Petrus Bondam, *Campensis*, nat. d. 26 Dec. 1727. ex academia Harderovicena evocatus, Prof. *Iuris Civilis*, *Romani*, *Publici Belgici ac Feudalis*, d. 19 Maii, 1773. item *Antiquitatum Iuris Belgici et rei Diplomaticae*, d. 27 April. 1789. Ob. d. 6 Mart. 1800.

98. Iohannes Theodorus Rossijn, *Zypa-Batavus*, nat. d. 18 Dec. 1744. ex academia Harderovicena evocatus, *Philosophiae*, *Physices et Metaphysices* Prof. d. 25 Sept. 1775. Instaurata academia, a. 1815. septuagenarius rude donatus, in docendo tamen perrexit, ad ultimum usque vitae diem, qui fuit 27 Dec. 1817.

99. Alexander Petrus Nahuys, *Monachodamensis*, nat. d. 10 Ian. 1737. ex academia Harderovicena evocatus, *Medicinae*, *Botanices*, *Chemiae et Physiologiae* Prof. d. 23 Oct. 1775. *Botanices et Physiologiae* docendae munus posuit, d. 15 Aug. 1791. Ob. d. 6 April. 1794.

100. Isbrandus van Hamelsveld, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 7. Febr. 1743. nuper posito Ecclesiastis munere, quod in coetu Goesano gesserat, *Theologiae* Prof. d. 26. Febr. 1784. In catastrophe anni 1787. urbe egressus, suo loco motus est, d. 1 Oct. Reversus a. 1795. docendi munus non recuperavit, sed rerum academicarum curam aliquamdiu sustinuit,

nuit,

nuit, donec Hagam Comitum proficifceretur, in fupremo populi Batavi Senatu rem publicam adminiftratum. Hinc misfus, Amftelodamum concesfit, ubi mortem obiit, d. 9 Maii, 1812. Conf. dicta in *Orat.* p. 27, 28. et *annotata* ad illum locum. *

101. Petrus Roscam, ex academia Harderovicena evocatus, Prof. *Iuris Civilis Romani et hodierni*, d. 8 Maii, 1787. Sed, tanquam a magiftratu non legitimo lectus, misfus eft, d. 1 Oct. proximo. Revocatus ad academiam Harderovicenam, a. 1788. ubi docuit *Ius civile*, *publ. Belg.* et a. 1791. *Ius feudale.* Post cataftrophen a. 1795. quamvis invitatus, ad Rheno-Traiectinos redire noluit. Eodem anno lectus Senator in Curia iudiciali, Hagam Comitum profectus eft, ubi mortem obiit, d. 19 Ian. 1801.

102. Fredericus Saxe, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 26 Sept. 1759. *Iuris civilis Lector*, d. 22 Ian. 1787. *Prof. extraordin. Hiftoriae Iuris civilis*, d. 31 Maii proximo. Post cataftrophen huius anni, ea electio pro nihilo ducta eft, d. 1 Oct. Daventriam vocatus *Iuris civilis* in illuftri Athenaeo Prof. d. 25 Iun. 1789. Poft cataftrophen a. 1795. munere fuo motus, a Rheno-Traiectinis ad priftinum locum recuperandum eft invitatus, d. 19 Oct. Quod tamen recufavit, electus Senator d. 21 April. 1796. in Curia Provinciae iudiciali, Napoleontis decreto deleta, d. 1 Mart. 1811. Iudex pa-

pacificator in pago Gelriae Appeldornensi, d. 15 Febr. 1815. Iudex caussarum instruendarum in circulo Amisfurtensi, d. 25 Oct. eius anni. Tandem optato honorifice missus, salvo stipendio, a. 1823.

103\. Guilielmus Laurentius Brown, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 7 Ian. 1755. Coetus Anglicani in urbe patria Doctor et Antistes, *Historiae Ecclesiasticae et Philosophiae moralis* Prof. d. 14 Febr. 1788. item *Iuris Naturae*, d. 29 Mart. 1790. Exeunte a. 1794. relicta patria abiit in Scotiam, quapropter locus eius dictus est vacuus, d. 29 Martii, 1796. Per plures iam annos munere Professoris Theologici in academia Aberdonensi est functus. Conf. de eo dicta in *Orat.* p. 28. et ad eum locum *annotata*.

104\. Hermannus Royaards, *Bomeliensis*, nat. d. 7 April. 1753. Ecclesiastes Haganus, huc evocatus *Theologiae* Prof. d. 12 Iunii, 1788. Septuagenarius rude donatus, a. 1823. in docendo tamen perrexit. Ob. d. 15 Ian. 1825. Conf. de eo dicta in *Orat.* p. 25—32. et ad eum locum *annotata.* *

105\. Henricus Ioannes Arntzenius, *Neomagensis*, nat. a. 1734. ex academia Groningana evocatus, Prof. *Iuris civilis Romani*, uti et *Historiae Iuris*, d. 22. Sept. 1788. *Iuris hodierni et Praxeos*, d. 27. April. 1789. *Iuris Gentium*, d. 29 Mart. 1790. Ob. d. 7 April. 1797. *

106.

106. Philippus Ioannes Bachiene, *Amisfurtensis*, nat. d. 4 Nov. 1750. Euangelii in coetu Rheno-Traiectino interpres, *Theologiae, imprimis catecheticae et practicae* Prof. d. 9 Oct. 1788. Ob. d. 19. Oct. 1797.

107. Matthias van Geuns, *Groninganus*, nat. d. 2 Sept. 1735. ex academia Harderovicena evocatus, Prof. *Medicinae, Institutionum medicarum ac Praxeos*, uti et *Archiater Provinciae Rheno-Traiectinae*, d. 6 Iunii, a. 1791. denique *Botanices* Prof. d. 12 Iulii, 1795. Restituta academia a. 1815. octogenarius rude donatus, in docendo tamen curandisque aegrotantibus perrexit. Ob. d. 9. Dec. 1817. *

108. Stephanus Iohannes van Geuns, Matthiae F. *Groninganus*, nat. d. 18 Nov. 1767. Amstelaedamo, ubi medicinam faciebat, evocatus, Prof. *Medicinae, Botanices et Physiologiae*, d. 26 Sept. 1791. uti et *Chemiae*, d. 14 April. 1794. Ob. d. 16 Maii, 1795. *

109. Iodocus Heringa, Elisae F. *Gordica-Frisius*, nat. d. 14. Oct. 1765. Euangelii interpres Vlisſinganus huc evocatus, Prof. *Theologiae*, d. 5 Iun. 1794. *tum naturalis, tum imprimis Christianae*, d. 11 Dec. 1797. *Exegeseos N. T.* d. 22 April. 1799. Restituta academia a. 1815. *Theologiae* Prof. dictus est. *

110. Ianus Bleuland, *Goudanus*, nat. d. 20 Iulii, 1756. ex academia Harderovicena evocatus, *Medicinae, Anatomes et Physiologiae*, *tam*

tam humanae, *quam comparatae*, *itemque Artis obstetriciae* Prof. d. 20 Nov. 1795. Restituta academia, a. 1815. *Medicinae* Prof. dictus est. *

111. Nicolaus Cornelius de Fremery, *Overschia-Batavus*, nat. d. 10 Ian. 1770. Harlemo, ubi medicinam faciebat, evocatus, *Medicinae*, *Chemiae*, *Artis pharmaceuticae et Historiae naturalis* Prof. d. 18 Dec. 1795. Restituta academia, a. 1815. adscriptus est *et* Medicorum *et* Philosophiam naturalem docentium Ordini.

112. Cornelius Wilhelmus de Rhoer, *Daventriensis*, nat. m. Sept. 1751. ex academia Harderovicena evocatus, Prof. *Iuris civilis Romani*, *Gentium*, *hodierni et Naturae*, d. 7 Mart. 1698. Restituta academia, a. 1815. dictus est *Iuris* Prof. Ob. d. 15 Ian. 1821. *

113. Hermannus Arntzenius, Henr. Ioan. F. *Zutphaniensis*, nat. d. 20 Mart. 1765. Gouda, ubi scholarum erat Conrector, evocatus, *Iuris civilis*, *hodierni et Publici Batavi* Prof. d. 8 Oct. 1800. Restituta academia a. 1815. dictus est *Iuris* Prof.

114. Philippus Guilielmus van Heusde, *Roterodamensis*, nat. d. 17 Iunii, 1778. *Historiarum*, *Antiquitatum*, *Eloquentiae et Linguae Graecae* Prof. d. 26 Ian. 1804. Restituta academia a. 1815. Ordini Philosophiae theoreticae et Literarum human. adscriptus est.

115.

115. Dithmar Huisman, *Harderovicenus*, nat. d. 19 Nov. 1764. Euangelii in coetu Rheno-Traiectino interpres, *Philoſophiae moralis et Hiſtoriae Eccleſiaſticae* Prof. d. 14 Iunii, 1804. Reſtituta academia, a. 1815. Ordini Philoſophorum et Literariorum adſcriptus, in *Hiſtoria Eccleſ.* docenda etiam perrexit. Ob. d. 8 Ian. 1822.

116. Gabriel van Oordt, *Roterodamenſis*, nat. d. 24 Sept. 1757. Euangelii interpres Harlemenſis, huc evocatus *Theologiae* Prof. d. 11 Oct. 1804. Honorifice et optato miſſus m. Iunio, a. 1823. locum tamen in Senatu et Ordine Theologico, facultatemque docendi gratis ſuſtinens.

117. Ianus Fredericus van Beeck Calkoen, *Groninganus*, nat. d. 5 Maii, 1772. ex academia Lugduno-Batava huc evocatus, *Philoſophiae, Matheſeos et Aſtronomiae* Prof. d. 20 Iun. 1805. Ob. d. 25 Mart. 1811. *

118. Ioannes Henricus Pareau, *Amſtelaedamenſis*, nat. d. 13 Maii, 1761. ex academia Harderovicena huc evocatus, inde a d. 27 Sept. 1810. Prof. *Literarum Orientalium et Antiquitatum Sacrarum*, uti et *Theologiae typicae et exegeticae*, quo nomine Ordini Theologorum fuit adſcriptus, usque ad academiae reſtitutae tempus, a. 1815. quo, miſſo poſterioris nominis honore, ad Ordinem Literarium et Philoſophicum tranſiit.

119. Gerardus Moll, *Amſtelaedamenſis*, nat. d.

d. 18 Ian. 1785. *Matheseos et Astronomiae* Prof. d. 11 Dec. 1812. Academia restituta, a. 1815. novo Ordini *Mathesin et Philosophiam naturalem* docentium adscriptus est.

120. Bernardus Franciscus Suerman, *Harlemensis*, nat. d. 4 Oct. 1783. antea *Medicinae* Prof. in academia, quae fuit *Harderovici:* qua exstincta, medicinam facere ea in urbe perrexit. Ad academiam nostram, a. 1815. restitutam, primus accessit, *Medicorum* Ordini adscriptus, d. 10 Ian. 1816.

121. Ianus Richardus de Brueys, *Haganus*, nat. d. 6 Iunii, 1778. ex athenaeo Daventriensi huc evocatus, *Iuris* Prof. d. 18 Ian. 1816.

122. Antonius van Goudoever, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 1 Maii 1785. scholae Zwollanae Rector, huc evocatus, *Ordini Literario ac Philosophico* adscriptus, d. 22 Ian. 1816.

123. Iohannes Fredericus Ludovicus Schröder, *Dornberga-Westphalus*, nat. d. 31 Oct. 1774. Prof. Ordini *Mathesin et Philosophiam naturalem* docentium adscriptus, d. 25 Ian. 1816. Vacante Philosophi theoretici cathedra, illius quoque partes suscepit.

124. Ianus Kops, *Amstelaedamensis*, nat. d. 6 Martii, 1765. imprimis *Botanices* et *Oeconomiae ruralis* docendae caussa, Professor, Ordini Mathesin et Philosophiam naturalem docentium adscriptus, d. 15 Febr. 1816.

125. Adamus Simons, *Amstelaedamensis*, nat. d. 25 Febr. 1770. e coetu Thamensi, in quo Ecclesiastis munere fungebatur, evocatus, imprimis ad docendas *Literas Belgicas* et *Historiam Patriae*, Professor, Ordini Literatorum et Philosophorum adscriptus, d. 25 Mart. 1816.

126. Daniel Dylius, *Amstelaedamensis*, nat. d. 30 April. 1776. ex urbe patria, ubi medicinam faciebat, evocatus, *Medicinae* Prof. d. 26 April. 1816. Ob. d. 9 Mart. 1817.

127. Ianus Isaacus Wolterbeek, *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 19 Sept. 1773. in urbe patria medendi artem exercens, *Medicinae* Prof. d. 17 Sept. 1817.

128. Iacobus Vosmaer, *Haganus*, nat. d. 25 Aug. 1783. ex recenti athenaeo Harderoviceno, quod in academiae veteris locum exstructum a. 1815. destructum fuit, a. 1818. huc translatus, Prof. *extraordinarius*, *Medicorum* Ordini adscriptus, d. 14 Oct. 1818. Ob. d. 4. Febr. 1824.

129. Theodorus Gerardus van Lidth de Ieude, *Tilanus*, nat. d. 8. Iulii, 1788. item ex athenaeo Harderoviceno huc translatus, Prof. *extraordinarius*, Ordini *Mathesin* et *Philosophiam naturalem* docentium adscriptus, d. 21. Ian. 1819.

130. Philippus Franciscus Heyligers, *Bredanus*, nat. d. 15 Mart. 1775. Medicinam apud Rheno-Traiectinos faciens, primum *Chirurgiae et Artis obstetriciae Lector*, d.

d. 12 Nov. 1804. Quo tamen munere ſe a 1813. abdicavit. At recepit illud in reſtituta academia, d. 9 Dec. 1815. Prof. *Medicinae extraordin.* d. 21 Mart. 1820.

131. Cornelius Adrianus van Enschut, *Arnhemienſis*, nat. d. 21 Ian. 1778. ex academia Groningana huc evocatus, *Iuris* Prof. d. 22 Mart. 1822.

132. Hermannus Bouman, *Idarda-Friſius*, nat. d. 11 Febr. 1789. Euangelii interpres in vico Groningano Finſterwold, huc evocatus *Theologiae* Prof. d. 20 Maii, 1823.

133. Hermannus Iohannes Royaards, Herm. F. *Rheno-Traiectinus*, nat. d. 3 Oct. 1794. Euangelii interpres in vico Batavo Meerkerk, huc evocatus *Theologiae* Prof. *extraordinarius*, Senatui et Theologorum Ordini adſcriptus, d. 20 Iun. 1823. *ordinarius*, d. 3 Mart. 1826.



Aſteriſci, ſuis annotati locis, docent, ex centum triginta et tribus Profesſoribus, in hac Serie enumeratis, non niſi octoginta ſex vultus ſui memoriam nobis reliquisſe. Valde igitur optamus, ut incrementa capiat haec imaginum ſylloge, primum quidem providentia Curatorum, loci ad conſervandum commoditati proſpicientium, deinde etiam facilitate Collegarum, qui etiamnum vivunt, deni-

que munificentia eorum, qui forte bene pictas possident Professorum vita functorum imagines. Dolemus enim vehementer, deesse nobis icones non paucas Virorum Cl., qui saeculo decimo septimo et duodevicesimo floruerunt, in his nonnullas etiam eorum, qui primi academiae nostrae praesidio fuere et ornamento. Cuius rei praecipua quaedam caussa in eo est quaerenda, quod nimis sero captum sit huius rei consilium. Prioribus enim quinquaginta academiae nostrae annis, neminis imago Senatui data aut ab eo expetita fuit. Anno demum 1686. quo ei locus ad conveniendum factus fuit amplior et ornatior, invitati sunt Professores a Consulibus urbis, ut novum Senaculo decus adderent, affabre pictis eorum imaginibus, qui antea in hac academia docuerant, eoque ipso tempore docebant. Quod magistratus urbani desiderium, die 23 Septembris, Senatui perplacuit, ea lege, ut initium fieret ab imaginibus eorum, qui vita functi erant, quoad illae comparari possent. Itaque primus datus est locus Gisberti Voetii effigiei, quam, una cum imagine Pauli Voetii, Patris sui, ultro obtulerat nepos Paulus Voet van Winssen, Vir consularis, Ordinibus et Equitibus Provinciae Rheno-Traiectinae ab actis et decretis. Quae postea pictae sunt imagines, ad harum mensuram et modum factae sunt. Rogati etiam tum fuerunt Professores, hinc in academiam Lugduno-Batavam profecti, ut suas effigies, in Senaculo huius academiae, posteritati conspiciendas praeberent. Cui honestae invitationi lubenter obtem-

temperarunt Matthaeus III. Ioh. Voetius, Pauli Filius, et Gerardus Noodt.

Ex horum igitur Virorum exemplo discimus, mutui honoris amorisque vinculum disrumpi non potuisse eorum discessu in vicinam academiam, quae hos aliosque praeclaros Viros, in Serie indicatos, elicere Traiecto potuit. Neque etiam propterea minoris a Lugduno-Batavis habitus fuit Ianus Fredericus van Beeck Calkoen, quod, relicta Leida, in urbem reverteretur nostram, sibi non uno nomine caram, uxori vero, apud nos natae et educatae, carissimam. Nec denique huius academiae Professores, qui frustra ad docendum a Lugduno-Batavis fuere invitati, Guil. Stratenus, Ioh. Georg. Graevius, Ludov. Wolzogen, Gerardus de Vries, Hadr. Relandus, Dav. Millius, Gisb. Bonnet, Corn. Wilh. de Rhoer, Phil. Guil. van Heusde, Ant. van Goudoever, et si qui fuerint plures, propterea minus accepti fuerunt amicis et fautoribus Leidensibus: quam fratrum liberalitatem et ipse abunde ab iis fui expertus; et experietur, spero, Gerardus Moll, Collega dilectissimus, qui his diebus, quibus typothetae in annotatis meis describendis occupantur, similiter honorificam Curatorum Lugduno-Batavorum invitationem deprecatus est.

Caeterum haec de singulis Academiae nostrae Professoribus compendiose scripta, qua potui fide et diligentia, collegi, partim ex monumentis publicis, partim ex aliis fide dignis relationibus. In quibus si

quid per errorem aut festinationem admissum deprehendatur emendatione dignum, equidem monenti gratias habebo. Facillime enim, in eiusmodi rebus notandis, et ego fallor, et falluntur, qui me sunt doctiores et diligentiores. Ita nonnunquam lapsi sunt, qui, nimis etiam honorifice, de me scripserunt. Sic Christoph. Saxius, Collega, dum viveret, mei amantissimus, in *Onomastici literarii* Part. VIII. Trai. ad Rhen. 1803. p. 434. me Viris accenset clarissimis, qui Theologiam in Academia *docuerunt* Groningana, cuius ego non nisi *discipulus* fui. Saxii auctoritate, ut videtur, motus, Vir doctissimus Nic. Godofr. van Kampen, in libro vernaculo: *Beknopte Geschiedenis der Letteren en Wetenschappen in de Nederlanden*, Vol. II. Hagae Com. 1822. p. 580. id ipsum repetiit. In alium incidit errorem Adrian. Gilles Camper, in *Corollario* III. ad *Orationem*, quam Athenaei Franequerani Curator, huius inaugurandi caussa, dixit, die 28 Dec. 1815. deinceps insertam *Annalibus Academiae Groninganae*, a. 1816-1817. Ibi enim, p. 513. me adscribit Vir Ampl. iis, qui, in iuventute, Academiae Franequeranae fuere cives, quorum tamen in numero equidem non sum, a decimo inde aetatis anno, relicta domo paterna, Groningae educatus. Sed in errorem inductus videtur similitudine nominis, quod mihi commune est cum fratre meo patruele Iodoco Heringa, Euangelii interprete in coetu Frisiae Oldebornensi, quo etiam factum est, ut ille Petri, ego Elisae filius, dicar.

Hu-

Huiusmodi nominis similitudo saepe errores peperit multo graviores, ab aliis notatos. Quibus obiter addo duo, quae mihi occurrere memini, exempla. Vidi enim Cornelium Ianſenium, celebrem Episcopum *Iprensem*, pro eodem habitum cum Cornelio Ianſenio, Episcopo *Gandavensi:* uterque autem edidit *Harmoniam Euangelicam.* Sic et Gerardus Kuypers, qui fuit *Ecclesiastes Dordracenus*, pro eodem a non nemine habitus est cum Gerardo Kuypers, Theologiae olim *Professore Groningano:* uterque Literarum Orientalium fuit cultor. Sed haec hactenus.

(19) Quae in Oratione dixi de Academiae auditoriis, anno 1672. *in hostilis commeatus horrea conversis*, acceperam ab Ioh. Georg. Graevio, qui rebus eo tempore in urbe et academia nostra gestis perpetuo interfuit. Hic enim, in *Oratione, de Palladio Trajectinorum, a. d. VIII. Idus Septembres*, cIↃ IↃc Lxxv. *habita*, repetita in *Orationibus* eius, a Petro Burmanno editis, Delphis, 1721. p. 283. hunc in modum istius calamitatem temporis adumbravit. *Nondum triennium effluxit, cum ab omnibus haec Academia haberetur conclamata. Vis enim hostilis, quae late tenebat omnia, haec ipsa acroateria in pistrina verterat. Ubi antea sapientiae doctrina tradebatur cupidae discendi juventuti, ibi dividebatur annona famelicis lixis et calonibus: quae fuerant virtutis et eruditionis officinae, tum erant horrea militaris commeatus: ubi ante pascebantur animi saluberrimis prae-*

ce-

ceptis, ibi jejunorum manipularium ventres farciebantur. Nolite quaerere. Musarum culta novalia miles habebat, barbarus has segetes. Neque aliter Graevius rem academiae adversam commemorat, in *Oratione*, quam subsequenti anno habuit, *in natalem Academiae Trajectinae quinquagesimum*, pag. 27, 28. (*Orationum* laud. p. 390.) ubi: *loca*, inquit, *conventus nostri, quae personuerant divinarum humanarumque rerum doctrinis, conversa in horrea hostilis commeatus non erudito pulvere obsita squallebant; dilapsa erat nobis Musisque dedita juventus, ipsae Musarum voces prae armorum strepitu non audiebantur: vastum erat ubique silentium: omnia perculsa et prostrata jacebant.* Haec Graevius vere quidem dixit, sed et ornate, nec sine aliqua dissimulatione, quae in Oratore nulla est reprehensione digna, si quidem dicat audientibus iis, qui rebus gestis ipsi interfuerunt, et quibus recens est earum memoria. Ego vero mihi videor in errorem inducturus meam legentes orationem, nisi his in annotatis rem paullo plenius et accuratius exponam, prouti eam aliunde cognovi. Etenim auditoriorum usus docentibus et discentibus negatus fuit, non per omne id tempus, quo urbs nostra in Gallorum fuit potestate, hoc est, inde a die iovis, qui erat $\frac{23}{13}$ Iunii, a. 1672. usque ad d. $\frac{13}{23}$ Novembris, a. 1673. eundemque iovis diem; sed primis huius temporis mensibus. Testibus enim Senatus academici actis, Iohannes de Bruyn, Academiae Rector, d. 29 Aug. 1672. finitis feriis aestivis, Senatui signi-

significavit, rei frumentariae Praefectum currentibus feriis auditoria et porticus Academiae frumento et farrina replevisse: et Scriptor *Diarii* eo tempore *actorum*, (*Journael, of dagelijcksch Verhael van de handel der Franschen in de Steden van Uytrecht en Woerden*,) Amstelaedami, a. 1674. editi, pag. 64. narrat, die 20 Iulii, quingentos saccos farrinae plenos in academia fuisse repositos. Itaque, suadente Rectore, Senatus iudicavit, operam esse dandam Academiae evacuandae, et lectionibus ordinariis in ea repetendis, eumque in finem instandum esse, omnibus modis, rei frumentariae Praefecto, cum per Curatores, tum per ipsum Rectorem, ut frumentum alio portaretur; quod continenter factum tandem, exeunte mense Septembri, exitum habuit optatum. Tum vero Professores, ne, ex intermissis aliquando lectionibus, denuo occupandae academiae occasio captaretur, decreverunt, ut in posterum per ferias quoque lectiones publicae continuarentur. Non diu post Senatui lis mota fuit a Romanae ecclesiae addictis, qui cum, sacrorum suorum faciendorum caussa, templum dominicum occupassent, academiae quoque auditoria sibi postularent. Quo audito, e Senatus decreto, Rector Curatores rogavit, ut apud civitatis Praefectum et alios intercederent; quod sollicite factum iis ex sententia successit.

Quamvis autem auditoriorum usus docentibus discentibusque esset redditus, non parum tamen detrimenti ea bonarum literarum sacraria passa videntur. G r a e v i u s certe *ruinas* commemorat, *in*

qui-

quibus jacuerant subsellia, in *Oratione*, quam *in exequiis* Diemerbroekii habuit, inter *Orationes* a Burmanno editas IX. p. 255.

Alia isto tempore docentibus acciderunt adversa: de quibus non raro questus est Graevius, in epistolis, ad Nicolaum Heinsium datis, quas, una cum Heinsii epistolis et responsis, edidit Petrus Burmannus, in *Sylloge Epistolarum, a Viris Illustribus scriptarum*, Tom. IV. p. 113—207. Ex his nonnulla decerpere mihi liceat, quae Graevii quoque ingenium et animum produnt. Ipsis Iulii Kalendis, a. 1672. haec scribit. *Galli nos in hac urbe sine injuria quidem habent et maleficio, strepitus tamen armorum, hominum, jumentorum in tanta vicinitate castrorum Regis, animum non siverunt his cogitationibus curisque vacare, in quibus acquiescit maxime.* Haec non nisi initia erant malorum. Sed, paucis exactis mensibus, aliae ei exstiterunt querendi causae. Novembris die 16 haec refert. *Me invitare Palatinum Electorem ad humanitatem docendam in Academia Heidelbergensi, ex nuperrimis meis, quas* Spanhemio *commisi, cognovisti. Si quae spes hic est rebus communibus, intelligis per te ipse, quae mihi stet sententia. Sin, quod Deus avertat, haec mala fixa sunt, praestat quovis gentium abire, ubi nec Pelopidarum nomen, quam hic perpetuis conflictari miseriis, exhausto aerario, vectigalibus perditis, stipendio nullo.* Die 16 Decembris, in eandem fere sententiam, eadem de re, haec scribit. *Non rejeci quidem in litteris ad* Spanhemium *ante men-*

menſem datis Sereniſsſimi Electoris invitationem, aut potius invitandi voluntatem, — ſed de hac re deliberandi ſpatium petii, quoniam quo hoc bellum erupturum ſit ignoramus, videaturque id illi tractui ad Rhenum impendere. Quomodo hoc reſponſum accepturi ſint Heidelbergae aveo cognoſcere. Mihi quidem ſedet hinc non movere, quamdiu isthic pati potero. Sed vereor ut, ſi pax hac hyeme non fiat, collationibus, quae imperantur, pendendis tuendaeque familiae ſimus futuri pares, fraudati omni ſtipendio. Die 13 April. 1673. animi ſui ſententiam ſic profitetur. *Sunt qui mihi perſuadere velint esſe in urbe illa maxima* (Amſtelaedami) *Proceres nonnullos mei ſtudioſos, et qui de me vocando cogitent etiam nunc. — Si offerrent mihi, quas ante triennium deferebant, conditiones, illico eas amplecterer, noſtris non repugnantibus, quorum res ad tantas anguſtias redactae ſunt, ut ne multorum annorum otio posſint recreari. Argentum οἴχεται, nec ſpes ulla ſtipendii, quamvis hinc fuerint amoti, qui illud intercipiunt.*

Quod, de aerarii penuria et exigua ſpe ſtipendii, Profesſoribus debiti, iuſto tempore accipiendi, praeſagiebat G r a e v i u s, id eventu comprobatum fuit. Teſtis est libellus ſupplex, huius urbis Conſulibus et Senatoribus oblatus, menſe Iunio, a. 1674. huius argumenti.

Aan-

Aan de Ed. Achtb. Heeren, Borgermeesters en Vroedschap der Stadt, Curateuren der Academie t'Uitrecht.

Versoeken met behoorlike eerbiedigheid de samentlike Professoren der Academie alhier, aengesien sy in den tyd van twee jaren, of langer, op hare tractementen seer weinig hebben ontfangen; en God de Heere nu genadelick soodanige verlossing en herstelling gegeven heeft, als het tegenwoordig is; dat Uwe Ed. Achtb. volgens hare wijse discretie en trouwe voorsorge, nu ook tot voldoening der selve believe gunstelik ordre te stellen; te meer alsoo men verstaet, dat uwe Ed. Achtb. doch met de verhandeling van saken van diergelijke nature besig zijn: blyvende de Professoren te samen volveerdig tot goed genoegen van Uwe Ed. Achtb. na vermogen en gelegentheid van ieders respective functie te contribueren al wat tot welstand en luister deser Academie en Stadt van haer soude mogen vereischt en verwachtt worden. Dit doende &c.

Uit aller last en name

ANDREAS ESSENIUS, *Acad. h. t. Rector.*

Nec sine gravi caussa Professores hanc rem urfisse, docet magistratus urbani decretum, huius modi.

Lu-

Lunae den XI. *Maji*, 1674.

De Vroedschap bemerkende, dat Stadts Comptoir seer is verachterd, door den druckenden oorlog; heeft verstaen, dat de Tractementen der Professoren sullen worden verminderd naer beyinding van den Staet, door Commissarisen te formeren: welke reductie sijnen ingang nemen sal met Octob. 1672. *Van welken tijd af mede cesseren sullen de jaerliksche tweehonderd guld. ieder Predicant te voren extraordinaris toegeleyt: ende sal in minderinge van de te reduceren tractementen aen ieder Professor en Predicant door den Thresorier geteld worden honderd guld.*

Quamdiu Galli civibus nostris imperarent, legesque inter arma silerent, quis dubitet, quin hanc urbem et academiam fugerint, qui, vel alibi in paterna domo, vel in aliis academiis, tutius et commodius vivere possent? Proinde Graevius, in *Oratione* proxime laudata, *solitudinem* fuisse in nostra academia, dicit. (*Oratt.* p. 255.) Et, in *Oratione in natalem* eius *quinquagesimum: dilapsa erat*, inquit, *nobis Musisque dedita juventus.* (Ibid. p. 300.) Multi eo tempore in academiam Lugduno-Batavam profecti sunt, in his non pauci, opinor, Iuris prudentiae operam dantes, Antonii Matthaei, huius nominis tertii, nuperrime hinc evocati, disciplinae assueti. Accedebat Gerardi de Vries abitus, de quo haec refert Casp. Burmannus, in *Traiecto erud.* p. 431. *Praecipue rerum naturalium investigatio ei placuit;*

cuit; quumque omnes Philosophiae partes absolvisset, ejusque cognitionem comparasset, facultatem Philosophica collegia aperiendi inpetravit III *April.* MDCLXXI. *Luctuosissimo illo anno praeteriti seculi septuagesimo secundo, civitate Trajectensi a Gallis occupata, quum plurimi studiosi Academiam nostram desererent, Leidamque se conferrent, Vriesius noster rogatu plurimorum Leidam quoque migravit, ibique nomine Proregentis Collegium Ordinum moderatus est ad annum* MDCLXXIV. *quo* XI *Maji Traiectum vocatus, ut Philosophiam doceret, in urbem patriam lares transtulit, frustra illum sibi vindicare conantibus Leidensis Academiae Curatoribus. Licet enim illi Professionem ordinariam cum inferiori Praefectura Collegii Ordinum obtulissent, noster amore patriae abductus, abiit, et spem Leidensium, qui postea iterum honorifico stipendio invitarunt, fefellit, et ad finem vitae — summa cum auditorum frequentia Philosophiae praecepta tradidit.* Conf. Henrici Pontani *Oratio in obitum* Petri van Mastricht, praefixa huius *Theoretico-Practicae Theologiae*, iterum editae, Trai. ad Rhen. et Amst. 1715. uti et huic Orationi subiunctum Pontani carmen in Vrisii obitum. Caeterum iuvenibus, qui, Gallorum irruentium caussa, academiae nostrae vale dixerunt, adscribendus est Herm. Alex. Roëll, qui primum Groningam abiit, mox vero, similis periculi metu, hac urbe relicta, in Germania et Helvetia commoratus fuit, usque dum tuto redire discendi caussa posset ad hanc academiam, cui saeculo sub-

sc-

ſequenti docendo profuit. Conf. Casp. Burmanni lib. I. p. 307.

Sed Academiae eo tempore valedicentes, et quicunque tranquillas ſedes alibi quaerentes, novum faciebant damnum iniquitate Gallorum. *Neque* enim, (ut repetam, quae Franciscus Burmannus dixit, in *Orat. de calamitatibus communis Patriae, praecipue vero Ultrajectinae Provinciae*, p. 34, 35.) *aeruſcationes artesque pecuniam exſugendi, ſeu exprimendi potius, defuere. Inter quas palmarium fuit horribile illud decretum, quo profugi omnes domum revocabantur, ſub quotidiana quinquaginta florenorum mulcta. Illud vero promulgatum, cum per longum tempus negligeretur, nec mulcta exigeretur, adeoque illius jam omnes esſent ſecuri; ecce ſubito post elapſum trimeſtre, et quod excurrit, ſena florenorum millia ſingulis profugis imputantur: de quo immani poſtulato ſi quis non tranſigeret, diripiebatur illius ſupellex, diruebaturve domus. — Et quod non minus inauditum et ab omni jure abludens est, abſentis frater, ſoror, proximusve cognatus, licet nullam, haereditate dudum creta, bonorum cum profugo communionem haberet, vadabatur, et de ſuo nomen illud expungere cogebatur.* Haec vero lex, tam dira et immanis, ſcripta cenſebatur, non tantum civibus Rheno-Traiectinis, ſed etiam iuvenibus, ſtudiorum causſa in urbe noſtra hoſpitibus. Cuius rei documentum exſtat, in Commentariis Actorum a Senatu academico, die 14 Februarii, 1673. Regis aerario Praefectus duorum Studioſorum, qui in Hollandiam confugerant, bi-

bibliothecam ac reliquam supellectilem, fisco addixerat. Qua de re apud Senatum querebatur huius urbis civis, cuius in aedibus illi hospites fuerant et cui plus debebant, quam bona publicata valebant, intercessionem Senatus expetens. Hic caussam ad magistratum urbanum referebat, interpretibus Rectore et Assessoribus. Magistratus vicissim Senatui auctoritatem dabat, ea de re cum Praefecto aerario disputandi. Itaque hoc tentatum est, Senatus nomine, a Rectore, adiuvantibus Diemerbroekio et Graevio, qui nullis non rationum momentis, cum ore, tum tradito scripto, persuadere voluerunt aerario Praefecto. At responsum tulerunt nullum praeterquam hoc: iussisse Regem, ut omnium eorum, qui ad hostes confugissent, atque inter eos versarentur, bona, quae deprehendi possent, publicarentur.

Qui igitur hac in urbe consederant, aufugere sine gravioris damni periculo haud poterant. Quocirca cum reliquis civibus Professores passi sunt incredibiles a milite Gallo molestias. *Neque* enim, inquit Burmannus, in *Orat.* laud. p. 36. *solum de crumena transigebatur, sed et insuper intra privatos lares et focos Cyclopici isti hospites recipiendi erant; nisi quibus datum fuit eorum exemtionem aere redimere. — Involabant illi in magnificas aedes, conclaviaque earum, quorum pavimenta opere musivo, transmarino marmore parietes, auro et argento laquearia distinguebantur, sordibus suis conspurcabant; quin et ea in equorum suorum stabula non raro convertebant. Paupe-*

periorum tuguriola terno plerumque, aliquando etiam seno milite suffarta fuerunt. qui cum tenui, eoque non fideliter satis exhibito, alerentur stipendio, minus in disciplina contineri poterant: certe maxima stipendii pars a cive extorquenda erat. Qui cum militi tectum ac focum praeberet, sumtusque in eum faceret; pro iis plerumque nihil referebat, nisi molestias, injurias, saepenumero etiam dirissima verba et verbera; imo aliquando caedes. Nitebant nostro nitore hi hospites, et in nostris bonis, imo cruore habitabant ac vivebant. Haec Burmannus. Non aliter Graevius, in epist. ad Nic. Heinsium data, die 2 Martii, 1673. *Galatae nostri*, inquit, *minime sunt larvae male vivae, sed nitent omnes et bene habiti, nil nisi caedem et sanguinem spirant.* Eiusdem mensis die 21. haec scribit: *Senones de nobis corpus faciunt, laute et opipare se invitantes, dum nobis alliato fungendum est, ut brevi omnes simus ossa et pellis futuri.* Denuo, die 19 Iulii, pacis spem illucescentem memorans, haec addit: *Sin vero is fuerit rerum temporumque cursus, ut haec acerbitas diutius nos pressura sit, neque de ulla mutatione nobis explorati quicquam poterimus polliceri, circumspiciendus erit aliquis abditus sinus, in quem ante hyemem nos recipiamus, ne inedia et miseriis conficiamur.* Porro, die 13 Aug. his Gallos pungit aculeis: *Gallinaceorum convitium parum moramur: modo illa infesta rostra, hamatosque unges, quibus vitalia nostra petunt, a nobis abstineant.* Non minus acerbo eos ioco petit, die 5 Sept. Mentione facta

facta librorum, quos mures arroſerant: *mures illi*, inquit, *male pereant, qui nec noſtris fiscis, nec penori, nec ipſis libris parcunt. Vereor ne ad Abderitarum exemplum hae beſtiae nequam nos ſolum vertere cogant.* Eiusdem menſis die 27 in has erumpit querelas: *nobis nihil hic perditius, nihil miſerius. Omnia ſunt exhauſtisſima, ut, cum mala haec fixa fuerint, cogitandum ſit de receptu.*

Tandem cum in eo esſent Galli, ut abitum pararent, quod per ſesqui annum non intermiſerant, perfecerunt. *Nondum* enim, inquit Burmannus, *Orat.* laud. p. 48. *ſuarum obliti erant artium, illarum nempe quibus immenſa auri vi exhauſtam urbem provinciamque emunxere. Contra datam enim a rege fidem, incendium direptionemque urbis immani aere redimi jubent; et mox repraeſentata imperata illius tributi portione, in fidem reliquae, viros praecipuae dignitatis obſides ſecum ducunt et domo longe abducunt.* Huius perfidiae et iniquitatis initium, die 12 Nov. 1673. ſic deſcribit Graevius, in epiſtola ad Heinsium: *Hoſpites noſtri jam ſarcinis collectis diſcesſum adornant, cis paucos dies in Germaniam profecturi. Heri ferali denunciatione nos poene exanimarunt, dum Ordinibus et Senatui ſignificarunt jusſu Regis, hanc urbem caeteraſque hujus provinciae, omnemque ejus agrum ferro igneque delenda esſe, idque propter tantam hominum male de Rege opinantium, et cum hoſtè in eorum exitium conſpirantium multitudinem. Nihil etiamnunc preces profecere. Hodie dabitur opera, num argenteis haſtis haec vis a noſtris tectis*

ctis et capitibus posſit arceri. Et ſpero rem ſucceſſuram. Nam Woerda aliaeque vicinae urbes excidium redemerunt. Sceleris vero et violentiae exitum Graevius, die 23 Novembris, hunc in modum narrat. *Illuxit tandem deſideratisſima dies. Hodie mane, qui nos tamdiu miſerrimos habuerunt, exceſſerunt omnes ex hac urbe, bene ſaginati et lautisſimo viatico inſtructi ſecum ducentes obſides octo, praeter illos quatuordecim, quos ante dies aliquot Reſam Clivorum ablegarunt. Hi non ante dimittentur, quam reliqua fuerint expedita.* Argenti poſtulati ſumma erat quatuor centenorum et quinquaginta millium florenorum: cuius ſummae pars, bis centum et quinquaginta millium florenorum, ab ipſis Senatoribus, civium domos circumeuntibus, ante hoſtium diſceſſum collecta fuit. Ad hanc igitur Profesſores, quamquam ſtipendiis deſtituti, ſuas quoque ſymbolas conferre oportuit. Cenſebantur enim hactenus caeteris ſimiles civibus. Qua de re dubitare nos vix ſinit, quod a Scriptore *Diarii* laudati, p. 139, 140. narratur, de nummis, iam ante plures menſes exactis, a ſingulis civibus, pro cuiusque fortunis. Ultimo enim anni 1672. die, Ordines Provinciae, in Epiſtola data ad Virum Nob. Ianum Ludovicum Godin, *Maersſenbroeckii* Toparcham, ipſorum Legatum ad Ludovicum XIV. haec ſcripſiſſe dicuntur. *Ondertusſchen heeft men ſedert giſteren en heden aen de Burgers van de Stadt Uytrecht een ſeer exorbitante tax aengeſeght, om binnen vier-en-twintigh uuren betaelt te worden, op verbeurte van Militaire exe-*

cutie. En dewijl wy niet konnen weten op welcke voet dese tax geschiedt, ten opsicht van de Bilietten, die men aen persoonen van verscheyden staet geeft, vermidts de lieden, die in de kleyne gangh woonen, by de Heer Vermeer, Wijn-kooper aen het oude Kerck-hof, yder geschat zijn op dertigh guldens, d' Ambachts-lieden, ghelyck Kleermaeckers, Schoenmaeckers en anderen, op tachtentigh, negentigh, of drie-en-tnegentigh guldens, de genen, die een weynigh hooger van staet zijn, gelyck de Professor Cyprianus, (qui est Cyprianus Regneri ab Oosterga, Iuris eo tempore Professor primarius) *op hondert vier-en-tachtentigh guldens, de geseyde Vermeer, Wijn-kooper, op hondert en seven guldens; daer uyt ghy sult konnen oordeelen op welcke wijse men de anderen taxeert: 't welck, naer ons beduncken, in de stadt Uytrecht opklimmen sal tot de somme van twee of drie hondert duysent guldens, behalven de drie stuyvers voor yder gulden, die men voor de geen eyscht, de welck de ontfanghst van de tax heeft; het welck men voor de twee leste maenden van November en December eyscht.*

Quum tandem Galli in eo essent ut abirent, obsides secum duxerunt, non ante dimittendos, quam reliqua tributi exacti pars foret soluta. Quos inter obsides unus quoque fuit e Professorum Ordine, Henricus Regius, Medicus expertissimus, celebris Philosophiae Cartesianae propugnator, patrio sermone dictus de Roy, de quo vid. Burmanni *Trai. erud.* p. 288-293. Audiamus iterum

rum huius iniquitatis narrationem, in *Diario* laudato, pag. 225, 226. *Donderdags, de seste,* (d. 6 Novembris, 1673.) *trocken van hier de Regimenten van Piedmont en Auvergne. Des avonts, te seven, acht, ja negen uren, wierden veertien persoonen, soo van de Heeren, als van d' aensienelijckste burgers, uyt hun huysen gehaelt, met aensegging dat de Heer Stoupa* (qui urbi praefectus erat militaris,) *nootsakelijck hen had te spreecken. Toen sy daer quamen, wierd hen aengeseght dat sy niet verbaest behoefden te wesen, dewijl sy uytgekosen waren om tot gijselaers mede te trecken, en soo langh in bewaringh gehouden te worden, tot dat de penningen, die van d' Intendant ghevordert wierden, opgebracht souden syn. Sy konden niets anders verwerven, dan dat sy verlof verkregen om door boden Lynwaet tot hun verschooningh, en andere noodige behoeften te laten halen. De namen deser gyselaers syn: De Heer* Niepoort, *de Burgermeesters* Boot *en* de Goyer, *de Schepen* de Goyer, *de Predikanten* van Engelen (sic vitiose scribitur nomen Danielis van Henghel:) *en* Lodesteyn, *Professor* de Roy, *de Commissaris* Rosa, *de Heer* Spiering *en* Honthorst, *Doctor* Wassenaer, *de soon van de Burgermeester* de Leeu, Honthorst, *en* Kasenbroot, *Heer van Rijnesteyn.* Haec *Diarii* scriptor. Sic igitur Regius, cum tredecim caeteris, obses, in Cliviae arcem Resam abductus, plures transegit menses, avulsus a domo sua et academia.

Haec igitur damna et detrimenta, saeculo decimo se-

septimo, passa est academia a Gallorum irruptione. Quae profecto tanta fuere, ut eius ruinam praevidere sibi visi sint multi: et alii quidem metuentes, sperantes alii. Quod si cui paulo durius dictum videatur aut suspiciosius, testem denuo produco Graevium, in Oratione, *de Palladio Trajectinorum*, (lib. l. p. 283, 284.) haec dicentem. *Omnium animis obversabatur tristis exilii imago. Si enim haec mala fixa fuissent, sisti non potuisset. Hinc sicut lucis amoenitate tenebrarum horror, et defaecati coeli serenitate tempestatis spurcities commendatur: ita temporum illorum diritas exhilaratur meliore fortuna, quae praeter exspectationem nos respexit. Nam quam Academiam nemo superfuturam existimabat, ea laetis auctibus refloruit, et caput indies extollit altius. — Non defuerunt, qui jactabant e re publica esse, ut pro temporis hujus difficultate, propter infinitos sumtus, et vix magnis Regibus ferendos, quos belli necessitates postulant, id quod in Academiam impenditur, clausis Scholis, exauctoratis doctoribus esse recidendum, ac Musarum peculio inopiam aerarii sublevandam, ut militum aera procederent commodius, aut classem ornandam, praesertim cum in vicinia sit Athenaeum illustre, in quo possint imbui cujuscunque disciplinae scientia, qui in studiis liberalibus aetatem velint consumere.*

Quemadmodum vero calamitates, sive publicae, sive privatae, aliquando, Deo moderante, medicinae vim habent, ad dissolutos hominum mores coercendos, ita etiam, anno 1674. nostrae Senatus

academiae, adiuvantibus Consulibus et Senatoribus urbis Rheno-Traiectinae, rebus adversis, quas perpessi fuerant, induci sese passi sunt, ad cohibendam iuvenum nonnullorum protervitatem. Unde ortum est memorabile Edictum, cuius exemplum iamdudum dederant Lugduno-Batavi, huius argumenti.

CONSULES

ET

SENATORES

Reip. Ultrajectinae, Curatores istius Academiae,

LECTURIS SALUTEM.

Quoniam certo nobis constat, alibi, atque etiam hic, nonnulla ante annos aliquot Collegia Nationalia, Provincialia, vel etiam Municipalia, ab Academiarum Membris instituta esse; ad quae Studiosi modesti ac diligentes, magno Studiorum suorum temporisque detrimento, nec exiguis inutilibusque sumtibus, inprimis autem magno corruptelae morum ac seductionis periculo, etiam inviti, pertrahantur, iisque interesse compellantur; adeoque accessum ad Academiam, et discessum ex eâ, nec non Disputationes publicas, et Promotiones, haud mediocri aere, in usum Collegiorum praedictorum, redimere cogantur; quam pecuniam, vel semel quotannis, vel quoties visum, indecoris epulis impen-

pendunt, eâ quandoque petulantiâ ac luxu, ut rixae et pugnae inter ipsos Populares, vel etiam caedes nonnunquam, inde oriantur; atque ubi discedunt, et ebrii interdum domum abeunt, vis publica in alios consequatur; quibus malis alii pro suis Academiis prudenter iverunt obviam, et feliciter adhibuerunt remedium: Nos, ut etiam consulamus Academiae nostrae bono, conservationi Membrorum ejus, ac disciplinae, et securitati ac quieti Civium atque Incolarum Urbis nostrae, potissimum post tremenda Supremi et Sanctissimi Numinis Judicia, Provinciae, Urbi, atque etiam Academiae nostrae, nuper immissa; tum ut hujus restaurationi, splendori, ac incremento recte prospiciatur, praetereaque omnes occasiones corrumpendae Juventutis Studiosae, perniciosorumque et inutilium sumtuum, ut et caetera quae ex tali licentiâ procedunt discrimina, praeveniantur; re mature deliberatâ statuimus, injunximus, mandavimus, quemadmodum statuimus, injungimus, mandamus, ne qui Studiosi, aut ulla Academiae nostrae Membra, in posterum istiusmodi coetûs aut conventûs Popularium, vel collegia, quorum meminimus, instaurent, vel instituant, iisque instaurandis vel instituendis operam dent, assistant, vel intersint; quemadmodam et caetera, quae vulgo Pennalia vocantur, aliaque ejus generis convivia, Studiosis primum ad Academiam accedentibus, rectâ vel obliquâ viâ extorqueant, exigant, aut ipsi praebeant; ex quibus etiam dicta discrimina atque insolentiae oriuntur: idque hac lege et poena, ut tum

tum Praetores Assessoresque, quos vocant, et qui Libros istiusmodi Collegiorum custodiunt, quique ejusmodi convivia extorquent exiguntve, ad biennium ex Academia et Urbe Ultrajectina relegentur; tum caeteri, si qui Collegiis istis prohibitis nomen dare praesumserint, Collegiorum sub DD. Professoribus cujuscunque Facultatis, Disputationum item, ac Promotionum commodis, vel etiam immunitatibus, ac donativis, primum mulctentur; sin vero pergant, pro Arbitrio puniantur.

Rectori itaque et Professoribus Academiae nostrae expresse mandamus, ut in Auctores, Fundatores, Instauratoresque Collegiorum istorum prohibitorum, nec non in eos qui convivia istiusmodi extorquent, aut in iis se sistunt, sedulo inquirant; nec ad institutionem suam, aut privilegia Academica illos admittant. Jubemus porro injungimusque, hoc nostrum Decretum atque Interdictum loco solito affigi, ac deinceps quotannis iterari; ut singuli, ad quos haec res pertinet, juxta illud se componant: quoniam censemus, ad quietem procurandam, ad sedandas insolentias, ad caetera discrimina avertenda, et ad promovendam praedictae Academiae nostrae communiumque Studiorum bonum, id esse necessarium. Actum Ultrajecti, Ipsis Idibus Octob. A. D. CIↃ IↃC LXXIV.

J. QUINT.

(20) Postquam serenissimus Princeps Arausiacus Guilielmus Henricus, Hollandiae, Zelandiae ac regionis Rheno-Traiectinae Gubernator he-

hereditarius, Foederati Belgii terra marique Imperator summus, postea Guilielmus III. dictus, in urbem nostram primum post Gallorum excessum venerat, die 13 Aprilis, 1674. universus eum Senatus academicus adiit, et humanissime exceptus ei hanc bonarum sedem literarum commendavit. Ille vero, qua erat erga Viros doctos liberalitate, mox promisit, se, quaecunque posset, pro Academiae prosperitate, esse facturum. Die autem vicesimo primo eius mensis, Senatus academici auctoritate et decreto, Ioh. Georg. Graevius, celsissimo Principi Panegyricam dixit Orationem, ex qua, quanti huius auxilium fecerint nostri, colligere licet. Pauca, ex hac Oratione, quam Petri Burmanni diligentia Graevii *Orationibus* (p. 236, sqq.) intermixtam servavit, afferre non abs re erit. In ingressu, caetera ne repetam, sic Principem affatur. *Illuxit tandem illa laeta, illa tot votis exoptata dies, qua candidior et illustrior post hominum memoriam nulla huic urbi adfulsit, ut altera illius natalis sit numeranda: Illa dierum auspicatissima illuxit, qua Tuus, Princeps Arausiace, adventus post tantas procellas et nimbos, post tam spurcam, quae foede miscebat omnia, et tam diuturnam tempestatem, tanquam salutaris ac benefici sideris exortus omnia serenat ac reficit: qua tam praeter omnium exspectationem amota colluvie hostili, quae nostris jugulis incubabat, et tam arcte inhaerebat, ut vix spiritum duceremus, quaeve non ante videbatur avelli posse, quam miseram efflassemus animam, Tu tanquam coelo demissus Liberator ac Ser-*

Servator noster ades, ut vix auribus, vix oculis nostris credamus, et tam repentino ac insperato gaudio, quod imos animorum nostrorum sinus ac medullas alte pertentat, quasi lymphati vix mente consistamus. Et fere in Orationis exitu his Principem effert laudibus. *Tibi Uni, Guilielme Henrice, debemus, quod ex faucibus Orci, cum minime putaremus, erepti coeperimus respirare: quod attritas opes et fractos animos recollegerimus, quod ex amisstone rerum omnium et recuperandi desperatione revocati in melioris fortunae eventum surrexerimus. Noli igitur mirari, si ubicunque incedis, omnium ora in Te sint conversa, si, quocunque venis tantus ex omnibus locis fiat concursus, ut ipsae Urbes, ipsae regiones ex suis convulsae sedibus in conspectum et complexum sui Liberatoris videantur ruere. Omnis aetas, omnis sexus, omnis ordo ex oppidis et agris se effundunt et certatim affluunt, ut Te non ut hominem, sed quasi de coelo delapsum Tutelarem Servatae Belgicae Genium contueantur. Nihil de aliis dicam. Quanto putas gaudio hanc nostram perfundi civitatem, quanta exsultare laetitia post tam diuturnam in primis aegritudinem et tristitiam? Quo majorem percipit ex Tuo adventu fructum, majoremque sibi de illo spem promittit, tanto nunc gaudet effusius, incitante praesentium voluptate, et lenocinante futurorum exspectatione.* Sic Principem allocutus est praesentem Graevius. De absente vero haec dixerat Franc. Burmannus, in *Oratione*, habita, d. 18 Nov. 1673. (pag. 3). *Dei Opt. Max. munus est, quod Celsissimus Prin-*

Princeps, principum ſplendor, nondum adultae lanuginis juvenis, tam heroico auſu, patriam, in ultimum fere diſcrimen adductam, tam fortiter, tam prudenter, tam feliciter hactenus asſeruerit et magna ex parte reſtituerit. Actum erat, niſi ille Atlas res labentes fulſisſet. Ille tantis imaginibus, tot proavorum meritis illuſtris, illorum virtutes ſic ſuperat, ut quae ſingulis partitim contigere, eas unus hic habeat univerſas; quarum tam illuſtria et admiranda ſpecimina exhibuit, quotidieque exhibet.

Ab eo inde tempore, Principis Arauſiaci, qui poſtea Rex Britanniae fuit, providentia et cura plurimum valuit apud urbis noſtrae Conſules et Senatores, in rebus Academiae moderandis. Quamvis enim, in nova Provinciae et urbis regundae norma, anno 1674. conſtituta, nihil de Gubernatoris auctoritate, in procurandis rebus academicis, fuerit definitum, quis tamen dubitet, quin Academiae Curatores, quorum auctoritas non niſi annua erat et e libera Principis electione pendebat, prouti in aliis negotiis, ita et in hac cauſſa, faciles praebuerint aures Gubernatoris conſilio et voluntati? Cuius ut alia ſunt documenta, ita nullum mihi ſuccurrit gravius eo, quod anno 1699. accidit. In academiam Lugduno-Batavam profectus erat Hermannus Witzius, Theologus eximius, et magni aeſtimatus a Rege Britanniae Guilielmo. Huius in locum Academiae noſtrae Curatores elegerant Campegium Vitringam, Theologum praeclarum, in academia Franequerana, antea Wit-

zii

zii discipulum, deinde etiam successorem, ei ex voto datum. Electum honorificis conditionibus induxerant ad obtemperandum. Sed displicebat ea invitatio, sive Theologis, scholae Voetianae patronis, sive aliis, Henrico Pontano, Gymnasii Lingensis Professori, cognato suo, faventibus. Quorum incitamentis factum est, ut, Regis auctoritate, Curatorum decretum rescinderetur, Pontanusque successor daretur Witzio. Mortuo Rege, a. 1702. invitationem honorifice iterarunt nostri Curatores, missisque legatis urserunt, sed frustra, laetantibus Frisiis, dolentibus Rheno-Traiectinis. Uberiorem huius rei narrationem qui legere velit, adeat Alb. Schultensii *Orationem funebrem in exequiis principis Theologi* Campegii Vitringa, adiectam huius *Typo doctrinae Propheticae*, p. 238. Casp. Burmanni *Trai. erud.* p. 273, 274. Emonis Lucii Vriemoet *Athenas Frisiacas*, p. 611, 612. Annaei Ypeij, *Beknopte Letterkundige Geschiedenis der Systematische Godgeleerdheid*, Vol. II. p. 194—196. huiusque, una cum Isaaco Ioh. Dermoutio scriptas, *Annotationes* laud. ad *Historiam Ecclesiae in Belgio repurgatae*, Vol. II. p. 354. Restituta Gubernatoris potestate a. 1747. non minor fuit Principum Arausiacorum auctoritas, primum Guilielmi IV. deinde Annae, denique Guilielmi V. Nemo enim, nisi explorata eorum voluntate, vel inito cum iis consilio, a Consulibus et Senatoribus eligebatur in Academia nostra Professor, nisi forte tempore illo litigioso, quod catastrophen anni 1787.

pe-

peperit. Haec, non ſcripto iure aut publice fiebant, ſed tacito conſenſu: unde et Gubernator dicebatur Curatorum electionem, non *confirmare*, aut *approbare*, ſed, peregrino vocabulo, *aggreare*, h. e. *gratam habere* (*aggreëren*, Gall. *agréer.*) Vid. Car. du Fresne du Cange *Gloſſarium ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis*, in voce.

(21) Quanto interitus periculo eripuerit academiam noſtram, Deo favente, auguſtisſimi Regis Guilielmi I. aequitas, quantis nos ornaverit beneficiis et honoribus eius munificentia, latius expoſui, primum in Oratione vernacula, *ter plegtige inwijding van de Akademie te Utrecht, bij hare nieuwe inrigting, uitbreiding en opluiſtering, op last des Konings gehouden, in de Domkerk, den 6 van Slagtmaand*, 1815. deinde in *Oratione* Latina, *de rebus, quae Academiae Rheno-Traiectinae acciderunt*, me per quinquennium Rectore, *proſperis et adverſis, dicta die* 26 *Martii, a.* 1816. quum Academiae regundae munus iterum ponerem.

(22) Regis noſtri avus paternus, Guilielmus Carolus Henricus Friso, Leovardiae, patre nuperrime mortuo, natus, d. 1 Sept. 1710. puer a pia matre Maria Ludovica educatus, annum aetatis agens decimum quintum vicinam adiit academiam Franequeranam, ubi uſus est Tiberio Hemsterhusio, Patriae fata interpretante, Petro Wesselingio, Hiſtoriam univerſam docen-

cente, Wyero Guilielmo Muysio, mathesi ingenium eius excolente, Alberto Guil. Melchioris, doctrinae Christianae notitiam ei praebente, et Io. Gottl. Heineccio, Ius naturae et civile tradente. Subsequenti anno, relicta Franequera, in academiam Rheno-Traiectinam venit, die 24 Sept. 1727. auctore avo materno, Carolo, Comite Hassiaco, eius tutore, cuius et filii in hac literarum sede fuerant informati, in his Fridericus, deinceps Sueciae Rex. Hic igitur Princeps Arausiacus, postea dictus Guilielmus IV. per integrum biennium commoratus, imprimis audivit Everardum Ottonem, Iuris interpretem, Hieron. van Alphen, Theologiae theoreticae doctorem, et Frid. Adolphum Lampeum, praecepta religionis Christianae commendantem. Ita informatus, animo ad Euangelii legem composito, in publico Christianorum, repurgata Sacra colentium, conventu, probatione accuratiore instituta, cum audientium admiratione, fidem suam professus et Ecclesiae nostrae sociis adscriptus est. Caeterum beneficentia, lenitate et affabilitate, sese civibus nostris valde commendavit. Obvios urbane salutabat. Quod cum aliquando animadverterent iuvenes, nobili gente nati, cum eo ambulantes, iique minus promti ad caput aperiendum, Principem monuisse feruntur, de molestia, quam sibi (quidni et ipsis?) crearet, tam frequenter pileo manum admovendo. Quibus ille, qua erat prudentia, reposuisse dicitur: *at ego centenos mihi conciliare queo amicos, novo pileo unico.* Haec fando audi-

divi. Caetera, quae de Guilielmi IV. literarum ſtudiis monui, docuerunt me, partim Senatus Academici Commentarii, partim vero Scriptores idonei, Arn. Drakenborch, in *Orat. Panegyr. in natalem ſaecularem Academiae Traiect.* p. 47, 48. et in *Orat. funebri in obitum* Hieron. Simons van Alphen, Trai. ad Rhen. 1743. p. 37, 38. Petrus Wesselingius, in *Orat. in obitum Wilhelmi Caroli Henrici Friſonis*, Trai. ad Rhen. 1752. p. 21—31. Leon. Offerhaus, in *Laudatione funebri* huius Principis, Gron. 1752. p. 13—17. Emo Lucius Vriemoet, in *Athenis Friſiacis*, p. 796, 802. et Adr. Gilles Camper, in Orat. vern. laud. quae est in *Annal. Acad. Groning.* a. 1816—1817. p. 505, 506. Memoratu etiam dignum est, quod Scriptor libri: *Tegenwoordige Staat van Utrecht*, p. 233, 234. refert, Guilielmum IV. die 16 Maii, a. 1747. quo Delegati ab Ordinibus pagi Rheno-Traiectini, celſisſimo Principi, honorificum et gravisſimum gubernandae Provinciae munus offerrent, his inter alia reſpondisſe: *Hij was in een vrij Land en een vrije Fries geboren, en hij kende de voorregten der vrijheid. Hij had te ſterker zugt voor de Provincie van Utrecht, omdat hij aldaar de eerſte beginſels der wetenſchappen geleerd had.*

(23) Ianus Guilielmus Friso, (cuius nomen vitioſe in oratione ſcriptum est Guilielmus Carolus Friso,) Pater Guilielmi IV. abavus Regis noſtri auguſtisſimi, menſe martio

a.

a. 1700. decimo tertio aetatis suae anno, Leovardia, a matre, Amelia, Principe Anhaltina, Henrici Casimiri II. vidua, missus fuit in academiam Franequeranam, ubi sesquiannum transegit, usus lectionibus Bern. Fullenii, Filii, mathematicis, et Guilielmi Coetierii historicis. Haec, ex actis Academiae illius, refert Camperus, loc. l. p. 500—504. quibuscum conf. Vriemoetii lib. l. p. 653. Franequera profectus Princeps, decimum quintum aetatis annum agens, nostram petiit academiam, ex consilio et voluntate Guilielmi III. qui, nulla prole beatus, hunc cognatum scripsit haeredem. Rem narrat Arn. Drakenborch, in *Orat.* laud. p. 47, 48.

(24) Decreto Napoleontis, Galliae imperantis, die 21 Oct. 1811. e quinque academiis, quae antea in Belgio foederato exstiterant, non nisi duae, Lugduno-Batava et Groningana, sedem suam retinuerunt, nova indutae forma; Franequerana et Harderovicena fuere exstinctae; Rheno-Traiectinae, non aliter atque athenaeis Amstelaedamensi et Daventriensi, nomen *Scholae secundariae* inditum fuit. Decreto Guilielmi I. Regis nostri, die 2 Aug. 1815. in septentrionalibus Belgii regionibus, tres constitutae fuere academiae, Lugduno-Batava, Rheno-Traiectina et Groningana, Athenaeis Amstelaedamensi et Daventriensi vetus honos redditus. Franequerae et Harderovici condita sunt Athenaea: quorum illud etiamnum floret, hoc a. 1818. sublatum est.

(25) Ad instauratam academiam nostram locupletandam, a Rege eo tempore sunt vocati Viri Cl. Ianus Richardus de Brueys, *Iuris* Prof. Bernardus Franciscus Suerman et Daniel Dylius, *Medicinae* Professores, Iohannes Fredericus Ludovicus Schröder, *Matheseos* Prof. Ianus Kops, *Botanices et Oeconomiae ruralis*, Antonius van Goudoever et Adamus Simons, *Literarum human.* et *Philosophiae theoreticae* Professores. De singulis conf. dicta, p. 159, 160.

(26) Post instauratam academiam nostram invitati sunt, ad aliam ornandam, Philippus Guilielmus van Heusde et Antonius van Goudoever, uterque, et ille quidem saepius, invitatus, ad succedendum Danieli Wyttenbachio, in academia Lugduno-Batava. Conf. dicta p. 163.

(27) Quantus fuerit olim discentium in academia nostra, vario tempore, numerus, accurate definiri haud potest, propterea quod eorum inscriptio et annua recensio fere negligi solita fuerit: quamquam in *Legibus et Statutis Academiae*, sancitis die 15 Mart. 1644. haec fuerit lex scripta. I. *Quicunque ad hanc Academiam studiorum caussa venient et immunitatibus ejus frui volent, sese Rectori Magnifico sistunto, eique data dextra pollicentor, se Rectori et Senatui Academico debitam observantiam honoremque delaturos, omnibusque Academiae decretis et legitime mandatis atque interdictis ob-*

obtemperaturos, ac nihil se adversus Reipublicae aut Academiae bonum machinaturos. II. *Insuper nomen suum Rectori danto et profitentor, cuiates sint, cui se studio dederint daturive sint, nec non ubi habitent.* — III. *Quotannis sub novam Rectoris inaugurationem intra* XIV *dies omnes studiosi sese nominatim recenseri curanto.* — Saepius quidem laboratum fuit, mox a magistratu urbano, mox a Senatu academico, ut huius legis vis et auctoritas, diu neglecta, restitueretur, sed exiguo vel nullo emolumento. Tandem, d. 19 Oct. 1795. Senatus urbani auctoritate, urgente etiam Senatu academico, quamvis repugnantibus nonnullis, revocata est consuetudo, in caeteris Belgii academiis non intermissa, qua nemini civis academici honores et immunitates concedantur, nisi tabulis academicis inscripto, singulisque annis denuo censo. Ab eo inde tempore docent nos confecti quotannis catalogi, ne semel quidem tantam fuisse civium academicorum multitudinem, quanta exstitit his annis postremis. Quantum antea trecentorum numerum subinde superabat, tantum nunc quadringentorum. Quodsi de remotioribus quaeramus academiae temporibus, nihil est, e quo suspicari nobis liceat, tantam unquam fuisse iuvenum bonis literis operam dantium frequentiam. Veri etiam admodum est simile, multos, qui e Gelria, Transisalania et Frisia, nunc Rheno-Traiectinas adeunt scholas, in vicinia fuisse mansuros, si etiamnum exstarent academiae Franequerana et Harderovicena. Praeterea decreta regia, quibus nunc regitur studiorum ratio academicorum,

cohibent istam plurimorum negligentiam et festinationem, quibus antea, magno cum reip. literariae damno, locus relinquebatur. Quae quidem singula si probabilem meam reddant sententiam, certum insuper adducere mihi licet, in caussa historica, testimonium. Anno 1736. quo Academiae nostrae festum saeculare fuit celebratum, Arnoldus Drakenborch panegyrica Oratione praedicavit concursum discipulorum ad hoc bonae mentis sacrarium, qui, secundis decem lustris, duplo maior fuerit, quam primis. Sed eo ipso die festo discipuli numerati sunt ducenti viginti et unus, quorum nomina recensentur in libello: *Generale Lyst der Heeren Studenten, die op de Academie te Utrecht waaren in het jaar* 1736. *wanneer het hondertjaarig Feest gevierd wierd. Opgemaakt uyt de particuliere Lysten der Heeren Professoren op ordre der Heeren Curatoren aen den Rector Magnificus overgegeeven.* Utr. 1736. in 4.

(28) Postquam schola nostra, e decreto Napoleontis, *secundaria* erat dicta, discipulorum numerus sensim fuit diminutus, ita ut tantum centenos superaret, quantum, me tertium Rectore, quadringentos. Vel sic tamen hoc anno insigniter auctus est.

(29) Daniel Wyttenbachius, in *Vita* Davidis Ruhnkenii, p. 96, 97. non immerito castigat eorum errorem, qui putant, Historiam libris legendis rectius disci, quam audiundis Professorum

rum lectionibus. Qui error cum latius serperet, ipsaeque adeo Hemsterhusii scholae paucos haberent discipulos, *unus*, inquit, *Wesselingius — Trajecti se ad vitae finem usque in vetere laudis possessione tutatus est: tradebat Historiam Universalem cum auditorum incredibili studio, admiratione, frequentia.* Haec Wyttenbachius vere narrat. Definitius etiam Sebaldus Ravius, in *Oratione Panegyrica in natalem centesimum et quinquagesimum Academiae Trajectinae, dicta die* XXXI. *Maji*, CIƆIƆCCLXXXVI. p. 25. narrans, Wesselingium, *in suis Historiae universae institutionibus, saepius ultra centenos habuisse auditores, adeo ut domesticum ejus auditorium iis continendis vix sufficeret.* Id ipsum mihi non semel asseverarunt, et ceu rem antea inauditam praedicarunt senes, qui ipsi scholae Wesselingianae fuerant discipuli. Quod autem addit Wyttenbachius, eum omnia memoriter narrasse, subinde *per auditorium ambulasse*, nil in manibus habentem nisi parvam scidulam, in qua nomina quaedam propria hominum ac tempora notata essent, id eorum auctoritate, quibus Vir eximius fidem habuit, induci non possum ut credam. Quo enim usus fuit acroaterio domestico Wesselingius, eo ipso equidem utor: in quod, non dicam centum, sed septuaginta vel octoginta si conveniant iuvenes, nullus est deambulandi locus. Sed, quod de lectionibus historicis Viri, iudice Wyttenbachio, (p. 86) Grammaticorum Criticorumque ἱστορικωτάτου, nullo idoneo scriptum est auctore, id de aliis mi-

nus frequentatis eius ſcholis, mihi narravit Mein. Tydemannus, ipſe olim Wesselingii diſcipulus. Quae vero, ſaeculo XVIII. medio, centenos numerabant auditores ſcholae hiſtoricae, his nunc quidem fere ducenti adſcripti ſunt, Heusdii noſtri ingenium et doctrinam admirantes. Nec minor auditorum est frequentia in ſcholis Heusdii et Goudoeveri Graecis ac Latinis, aut in Schröderi philoſophis ac mathematicis. Qua etiam frequentia, dicam an abundantia? factum est, ut hi Viri, ſuis in aedibus acroateria ſatis ampla non habentes, alibi commodiora docendi loca ſibi comparaverint.

(30) Legantur, quae, de locupletata Academiae noſtrae Bibliotheca, de Heusdii Bibliothecarii cura et providentia, de loci commoditate et elegantia, et de civium academicorum induſtria, in adhibendis his ſtudiorum ſubſidiis, dixerunt Viri Cl. in Orationibus, quibus regundae academiae munus ponebant, Ger. Moll, a. 1819. p. 32, 33. Herm. Royaards, a. 1820. p. 37, 38. Herm. Arntzenius, a. 1821. p. 60—65. Nic. Corn. de Fremery, a. 1822. p. 26, 27. Io. Henr. Pareau, a. 1823. p. 48—50. denique Io. Frid. Lud. Schröder, a. 1824. p. 45, 46. qui laudavit ex merito ſingularem Iusti Henrici Kochii, fidelis Cuſtodis, alacritatem et comitatem, quibus adiuvare ſolet bibliothecam adeuntes. Quapropter etiam quicunque ingenium huius Viri norunt, et ſtudium, quod multos per annos adhibuit in docenda iuventute ſcholaſtica, aeſtimant,

non

non posſunt non laudare decreta ei honorifica, cum Regis auguſtisſimi, ſtipendium eius augentis, *Lectorisque Linguae Germanicae* munus ei deferentis, tum etiam Senatus academici, nuper eum, honoris causſa, *Philoſophiae theoreticae Magiſtrum et Literarum humaniorum Doctorem* creantis.

(31) Snorrius, Sturlae (non Turnae) Filius, ſ. Sturlaeus, celeberrimus fuit Islandiae Poeta, Hiſtoricus, Iureconſultus, natus a. 1178. occiſus a. 1240. Titulus libri, Schöningii cura recens editi, hic est. *Heimskringla edr Noregs Konunga-Sögor, af* Snorra Sturlusyni. — Snorre Sturlesons *Norske Kongers Hiſtorie. — Hiſtoria Regum Norvegicorum conſcripta a* Snorrio Sturlae Filio. *Quae ſumtibus ſerenisſimi et clementisſimi Principis, Daniae Norvegiaeque Haeredis*, Frederici, *magni Regis*, Frederici, Filii. *Nova, emendata et aucta editione in lucem prodit, opera* Gerhardi Schöning, *Regi a Conſ. Juſt. et Archivis ſecretioribus. Havniae*, 1787—1818. quinque codicibus, in forma maxima. (fol.)

(32) Diu a Viris doctis per univerſam Europam celebrata erat bibliotheca ſplendidisſima, quam permagnis ſumtibus ſibi comparaverant Meermanni, primum Pater, Gerardus, dein Filius Ioannes, ambo rebus in republica geſtis pariter atque editis libris clari. Ea illuſtre nacta erat domicilium in aedibus, quas Ioannes Meerman-

mannnus, Toparcha in Dalem et Vuren, Hagae apte instruxerat et ornaverat. Prolem non relicturus, bibliothecae et aedium haeredem scripserat civitatem Haganam, hac lege, ut thesaurus, eo ipso loco et modo conservatus, publice prodesset. Quam conditionem cum difficulter accipere possent proceres Hagani, bibliotheca cessit haeredibus. Itaque distractio eius publice facta est, iis in aedibus, anno 1824. inde ab octavo Iunii die, usque ad Iulii tertium. Convenerant emtores, non tantum e regno Belgico, sed etiam e Germania, Gallia, Britannia: tum bibliopolae, tum alii Viri illustres et docti, quos inter Gaisfordus, in academia Oxoniensi Literarum Professor, novissimus Suidae editor, et Renouardus, Parisiensis, editor *Annalium Aldinorum*. Quo factum est, ut magna bibliothecae, imprimis librorum manuscriptorum, pars e patria nostra exportaretur. Ac profecto plures libri fuissent exportati, nisi e nostratibus Viri, literarum amantes suasque divitias prudenter utiliterque adhibentes, intercessissent: quorum e numero laudantur duumviri Illustres. van Westreenen van Tiellandt, et van Hulthem, ille Haganus, hic Bruxellensis. Maxime vero laudanda nobis est Regis optimi, et cura, qua suae prospexit bibliothecae, Hagae Comitum omnibus literarum amantibus patenti, et vero etiam munificentia, quae non mediocrem argenti summam concessit singulis Belgii academiis et Instituto Regio, quod Amstelaedamum ornat, ad emendos e bibliotheca Meermanniana libros, quibus supel-

lex

lex cuiusque libraria locupletaretur. Munificentiae Regis par fuit providentia, qua caveret, ne, aut inepta aemulatio habendique cupiditas modum in pretio librorum aestimando excederet, aut sibi invicem nocerent, qui bibliothecis publicis augendis prospicerent. Quem in finem iussit singulos Bibliothecarum praesides, indicare Bibliopolae van Cleef, quos comparari vellent libros et quo pretio: hunc autem iussit, quoties plures eundem cuperent librum, iusto eum emere pretio, pro eo, qui maximum statuerat pretium. Quo facto, et aerario publico, et singulis academiis, fuit prospectum. Quo venditi sint pretio singuli libri, cognosci potest ex libello indice, *Prix des Livres de la Bibliothèque Meermanienne, vendue à la Haye, depuis le 8 Juin jusqu'et compris le 3 Juillet*, 1824. edito Hagae Com. eod. a., quocum comparandus est *Catalogus librorum impressorum et Codicum manuscriptorum, quos maximam partem collegerunt Viri nobilissimi* Gerardus *et* Ioannes Meerman; *morte dereliquit* Ioannes Meerman, quatuor tomis in forma octava maiori, quorum ultimus *Catalogum codicum manuscriptorum* exhibet. Docet index ille, argenti summam, qua universa bibliotheca Meermanniana fuit vendita, esse millenorum, supra centum et triginta millia, florenorum: codices manuscriptos fere triginta et duorum millium pretio esse traditos. Praemissa ei est brevis de publica hac auctione narratio, ex qua nonnulla depromsi; alia mecum communicavit bibliothecae nostrae Praefectus, Heusdius; caetera cogno-

cognovi e narratione, inserta *Nuncio literario*, vernacule scripto, (*Algemeene Konst- en Letter-bode*,) Harl. 1824. Vol. I. p. 296—300. cuius Scriptor et ea tradit, quae relata erant a Casp. Iac. Christ. Reuvens, V. Cl. in *Antiquitatibus*, quas una cum Viro Ven. Nic. Westendorp edit, Vol. II. Alia, Bibliothecae Meermannianae fata spectantia, dedit Iona Guil. te Water, in narratione vernacula, de vita Iohannis Meermanni, quam exhibet *Nuncius literarius* laudatus, a. 1816. Vol. II. p. 338—342. 355—361. 371—377. 391—396. 411—417. 426—432.

(33) Conferantur ea, quae de Horto academico retulerunt Rectores magnifici, in Orationibus, quibus munus suum posuerunt, insertis in *Academiae Annalibus*, a. 1816—1817. p. 37. a. 1817—1818. p. 35, 36. a. 1818—1819. p. 34, 35. a. 1819—1820. p. 38, 39. a. 1820—1821. p. 65, 66. a. 1821—1822. p. 34, 35. a. 1823—1824. p. 50.

(34) Quae, ad Astronomorum speculam emendandam et instrumentorum apparatum locupletandum, sunt praestita, relata sunt in Orationibus Rectorum laudatis, legenda in *Annalibus*, 1816—1817. p. 38. a. 1818—1819. p. 35, 36. a. 1820—1821. p. 68. a. 1821—1822. p. 30, 31.

(35) De Museo apparatuque Physico legantur dicta ab Oratoribus laudatis, in *Academiae* nostrae

ſtrae *Annalibus*, a. 1816—1817. p. 37, 38. a. 1817—1818. p. 35. a. 1818—1819. p. 36. a. 1820—1821. p. 67, 68. a. 1821—1822. p. 29, 30. a. 1823—1824. p. 47.

(36) De Laboratorio Chemico et adminiculis Chemiae excolendae deſtinatis, dixerunt Viri Cl., quorum Orationes inſertae ſunt *Annalibus* noſtris, a. 1816—1817. p. 38. a. 1818—1819. p. 33, 34. a. 1820—1821. p. 66, 67. a. 1822—1823. p. 51.

(37) Muſei Zoologici, Mineralogici et Geologici, mentionem fecerunt Viri Cl. in *Orationibus* laudatis, quas exhibent *Academiae* noſtrae *Annales*, a. 1816—1817. p. 38. a. 1817—1818. p. 35. a. 1818—1819. p. 34. a. 1819—1820. p. 40. a. 1820—1821. p. 67. a. 1821—1822. p. 31—33. a. 1822—1823. p. 50, 51. a. 1823—1824. p. 46, 47.

(38) Muſeum Bleulandinum laudatum videſis in iisdem *Annalibus*, a. 1816—1817. p. 40—42. a. 1817—1818. p. 35. a. 1818—1819. p. 36, 37. a. 1819—1820. p. 39, 40. a. 1820—1821. p. 67. a. 1821—1822. p. 28. a. 1822—1823. p. 50. a. 1823—1824. p. 47.

(39) Legantur, quae, de Noſocomio a Viris Cl. dicta, repetita ſunt, in laudatis *Academiae Annalibus*, a. 1816—1817. p. 38—40. a. 1817—1818. p. 35.

35. a. 1818—1819. p. 37, 38. a. 1820—1821. p. 66. a. 1821—1822. p. 28, 29. a. 1823—1824. p. 49.

(40) Scholae illustris inauguratio, a. 1634. facta est in maiori auditorio, ubi Viris, ad festum illud celebrandum invitatis, *suus pro cujusque dignitate et ordine locus attributus fuit, quoad ejus in tanto cujusque modi hominum, tam civium quam exterorum, turba fieri potuit.* Haec refert, qui *Illustris Gymnasii Ultraiectini Inaugurationem* scripsit, *una cum Orationibus inauguralibus*, eo anno editam. Quum vero biennio post academia esset inauguranda, locum ampliorem et honoratiorem esse eligendum, iudicarunt Professores, ea de re a magistratibus in consilium vocati. Consenserunt Consules et Senatores, ac proinde templi dominici chorum ad hanc solennitatem adaptari iusserunt. Conf. decretum, supra p. 105—107. descriptum, uti et Isaaci le Long narratio vernacula, in *Hondertjaarige Jubel-gedachtenisse der Akademie van Utrecht*, pag. * 5. Ab eo inde tempore Orationes Professorum inaugurales in eodem choro fuere habitae, eorum certe, qui recentes ad cathedram academicam erant vocati. Semel enim, in *Actis* Senatus nostri, scriptum inveni, Antonium Matthaeum III. Iuris Professorem, antea extraordinarium, at ordinarium die 14 Nov. 1662. creatum, lectiones Pandectarum auspicaturum, die 26 illius mensis, publicam praemisisse orationem in auditorio maiori. Similiter, in templi choro, academiae vale-di-

dixerunt, orationibus habitis, Henricus Moreelse, d. 24 Aprilis, 1654. et Abr. de Wyckersloot, die 24 Febr. 1663. Eodem in loco orationes funebres habitae sunt, a Professoribus, qui, sive Collegis, sive aliis Viris honoratioribus, parentarent. Aliis vero, simili subinde laudationis officio fungentibus, non nisi auditorium fuit concessum, quamvis a Rectore ad audiendam eorum orationem, edito programmate, literarum et literatorum amantes, invitarentur. Ita, exemplo admodum raro, die 1 Novembris, 1662. Vitus Henningius Schuneman, *Croone* dictus, Ephorus Iusti Henrici de Steinberch, Domini hereditarii in *Westerburch*, *Bornhuysen* et *Bodenburch*, Iuris et Historiarum peritissimus, cuius pompam funebrem Rector, Professores et reliqui academiae cives, pridie praesentia sua condecoraverant, oratione, in auditorio, laudatus est; ab eius populari, Iusto Druffelio, Hildeshemiensi. Si qui Academiae nostrae Professores, extra ordinem, sua sponte, orationem vel carmen recitarent, nonnunquam auditorio, saepius templi cathedralis choro, usi sunt. Franc. Burmannus Orationem, *de Belgica afflicta*, priorem habuerat in acroaterio, die 18 Nov. 1673. posteriorem vero, quia ita placitum erat Consulibus, in templi choro, die 13 Iunii, 1674. Paulo ante, die 1 Maii, eodem in choro, Lucas van de Poll Principem Guilielmum IV. carmine panegyrico celebraverat. Cum igitur ipsi Professores aliquando in auditorio orationes dicerent, non miramur,

mur, augustiorem dicendi locum datum non fuisse aliis, nonnunquam e cathedra inferiore, aperto capite, orationes recitantibus, quamvis et ad eas audiendas a Rectore invitarentur Proceres, cives academici bonarumque studiosi literarum. Ita certe factum comperi, die 4 Sept. 1665. quo Philippus Guilielmus Weidnerus, Batavus, orationem recitavit, *de pacando mari, Anglico bello turbato et clauso.* Ex his, quae exempli caussa adducta sunt, intelligimus, non raro maiores nostros usos fuisse templi dominici choro, usque ad annum saeculi decimi septimi quartum et septuagesimum. Sed huius anni die Augusti sedecimo, templi pars, quae, infima latinitate, aedis sacrae *navis* dicitur, (qua de voce conf. du Fresnii *Glossarium* laud.) horribili procella, corruit, damno irreparabili, quod et residuas partes ita affecit, ut his reficiendis ac sustentandis quadriennii labore sumtibusque permagnis opus fuerit. Conf. *Tegenw. Staat van Utrecht*, saepius laud. p. 370. Itaque tum omnia academiae solennia in auditorio maiori fuere celebrata; quorum primum fuit nono post istam ruinam die, Augusti mensis quinto et vicesimo, quo Ioh. Voet, Pauli F. orationem dixit inauguralem. Qui instaurandae templi affectae parti operam dabant impensasque faciebant, non immerito sacra Christianorum publica magis curabant, quam festa academica. Sacris autem faciendis, ab eo inde tempore, adaptanda erat maior chori pars, una cum media aedis sacrae parte, quae veluti gremium eius facit. Senatus qui-

quidem academicus, die 19 Iunii, 1677. decrevit, adeundos esse Consules, ab iisque petendam restitutionem suggestus et subselliorum in templi choro; ipsi etiam Consules, a Rectore et Assessoribus rogati, polliciti sunt, omnem sese operam daturos, ut Senatus desiderio satis fieret: verum, quid ab iis, apud Ecclesiae cathedralis Canonicos, quorum ex arbitrio ea pendebat caussa, fuerit effectum, equidem compertum non habeo. Hoc scio, nostra memoria non alium fuisse in templo suggestum, nisi ecclesiasticum, ex quo Euangelii interpretes sacra Christiana praeire solerent. Ex eo suggestu Sebaldus Ravius, die 31 Maii, 1786. in festo academiae natali centesimo et quinquagesimo, orationem dixit panegyricam: ego, die 6 Novembris, 1815. academiam renovatam et amplificatam Deo consecravi. Scripta est, ea de re, narratio vernacula, praemissa *Orationibus et Carminibus*, festo illo die recitatis, hoc titulo: *Redevoeringen en Dichtstukken, ter vieringe der plegtige inwijding van de Hoogeschool te Utrecht*. Sed, sive hoc e suggesto, sive e singulari cathedra tunc denuo structa, ipse ille Voetius, die eucharistico, qui fuit 25 Sept. 1678. hora quarta pomeridiana, sacris publice peractis, auctoritate magistratuum, primam in templo dominico instaurato orationem habuit academicam, qua patriae gratulatus est de pace, a Belgii foederati Ordinibus initi cum Ludovico XIV. Galliae Rege. Ab hoc inde tempore rarius eo in templo dictae sunt orationes. Qui paulo post Professoris muneri extra ordinem admotus fuit, Iohan-

hannes Munnicks, in auditorio illud adiit, die 12 Decemb. 1678. Similiter factum est ab Herm. Witzio, Professore ordinario, die 29 Aprilis, 1680. De Ioh. van Muyden et Herm. van Halen, qui anno subsequenti fuere ad cathedram evecti, nihil certi constat, sed probabilis est praesumtio, hos recentia secutos fuisse exempla. Non aliter Gerardus Noodt, die 12 Febr. 1684. orationem inauguralem in acroaterio habuit, ex arbitrio Consulis, cum Senatu communicato: quo nuncio accepto, rogatus est Consul, ut orchestra musicis recipiendis apta exstrueretur, cum antiqua nuperrime fuisset diruta; quod ille se curaturum promisit. Sic tandem in templo dominico nullae dictae fuerunt orationes, nisi panegyricae, extra ordinem habitae: cuiusmodi fuere Graevii, in quinquagesimum, et Drakenborchii, in centesimum academiae natalem, uti et horum, Petri Burmanni, Wesselingii ac Reitzii, Orationes panegyricae, supra, p. 132. laudatae. Sed haec de Orationibus in templo dominico habitis dicta sufficiant. Paucis monendum est, promotiones etiam eo in loco, peracta publica disceptatione, fuisse institutas, ad finem vergente saeculo decimo septimo: Senatum vero, de incommodis inde ortis, questum fuisse apud Consules, anno 1683. quo factum videatur, ut deinceps ille mos abrogaretur, et vulgares promotiones in senaculo fierent. Attamen auditorium nimis angustum erat, ad hominum turbam capiendam, siquidem *publica* fieret promotio, *more maiorum*. Iccirco Senatus urba-

bani auctoritate, saeculo duodevicesimo, eiusmodi actus solennis semel atque iterum in sacra Petri aede fuit celebratus. Qui vero Doctores maiorum more creati sunt in festis saecularibus, anno 1736 et 1786. celebratis, hi eo ornati sunt honore in templi cathedralis suggestu, ex quo Oratores sacra fecerant academica. De priori illo scripta est narratio huius argumenti: *Omstandig en naeukeurig verhael van alle de plechtigheden, vreugdebedrijven, plichtpleegingen, redevoeringen, enz. zoo ter gelegenheid van het honderdjaerig Feest der Utrechtsche Akademie, als van de Promotie met de Kap van zes Heeren, en van al wat daer toe eenige betrekking heeft.* Utr. 1736. in 4.

(41) Daniel Iacob van Ewyck, Rheno-Traiectinus, summos in Philosophia honores est consecutus in academia nostra, die 13 Februarii, a. 1810. postquam, magno cum audientium applausu, publice defenderat *Dissertationem* suam *inauguralem, de comparata cognitionis in Mathesi et Philosophia indole.* Eodem anno Iuris Utriusque Doctor rite et legitime a Senatu nostro creatus est. Subsequenti anno Societati artibus et doctrinis excolendis Rheno-Traiectinae sodalis est adscriptus. Quando Academiae nostrae instauratae, a. 1815. praeficiebantur Curatores quinque, ille a Rege Viris amplissimis datus est Graphiarius. Quo munere functus fuit, usque ad exitum anni 1816. quo lectus est a Rege Secretarius, in rebus, ad institutionem publicam, artes et doctrinas, in regno Bel-

gi-

gico procurandas, pertinentibus, ſive, ut titulus vernacule ſcriptus ferebat, primum *Secretaris bij het Departement van Onderwijs, Kunſten en Wetenſchappen*, deinde *Secretaris van het Miniſterie van publiek Onderwijs, de Nijverheid en de Koloniën.* Quas ille partes quanta fide ſuſtinuerit, colligere licet e decreto regio, d. 30 Martii, 1824. quo dictus est *Adminiſter*, belgice *Adminiſtrateur voor het Onderwijs, de Kunſten en Wetenſchappen.*

(42) Iohannes van Doelen, ICtus, libera a Gallorum armis republica, Ordinum regionis Rheno-Traiectinae Secretario a manu fuit. Sed, inde ab anno 1795. a rerum civilium adminiſtratione lubens abſtinuit, literis divinis atque humanis ſtrenue operam dans, rem familiarem gubernans, res ſacras in coetu Chriſtianorum repurgato procurans, aliis conſilio et auxilio ſuccurrens. Postquam patria noſtra expulſi erant Galli, primum Provinciae noſtrae Ordinibus fuit adſcriptus, mox anno 1815. cum tribus collegis, noſtrae urbi praefectus est Conſul: et, cum ex his Quatuorviris unus ſingulis annis eligeretur Praeſes, qui proinde etiam adſcriberetur quintus Collegio Virorum amplisſimorum, res academicas curantium, Vir ampl. eo functus est praeſidio eaque academiae cura, anno 1818. iterumque anno 1822. Sed, mutata anno 1824. urbis regundae forma, ille unus dictus est Conſul, non annuus, ſed per ſexennium certe perpetuus, reliqui tres ei additi ſunt Asſesſores, dicti *Wethouders*, quaſi legis Tutores. Hactenus igitur a me dictus est

est perpetuus urbis Consul, eo nomine senex curam gerens perpetuam Sacrarii nostri, in quo iuvenis literarum et iuris studiis gnaviter operam dedit.

(43) Ewyckio, in Graphiarii munere apud Academiae nostrae Curatores administrando, successit, anno 1817. Ianus Ackersdyk, ICtus, qui, merito suo, anno proxime exacto, Iuris Professor extraordinarius in academia Leodiensi creatus est.

(44) Mollius, Vir Cl. praeterquam in minoribus causis publicis, a Rege fuit lectus, die 15 Martii, 1821. una cum aliis Viris peritis, ad novam inveniendam viam, qua flumina nostra, identidem extra ripas diffluentia, in mare effluere possint. Cuius laboris, hoc anno ineunte ad finem perducti, notitiam fructumque avide exspectant, quicunque patriae salutem curae habent. Schröderus vero, uti aliis negotiis publice gerendis perpetuo vires suas impendit, ita etiam lectus est, in causis, tum chartae Belgii topographicae, tum institutionis militaris in Belgio, tum denique navigiorum, machinis atmicis actorum, ad bella marina adhibendorum.

(45) Schröderus, qui, mortuo Rossynio, mox *Logices* docendae partes susceperat, deinde etiam *Metaphysicam* tractandam sibi sumsit, postquam eo munere aliquot annos functus fuerat Gabriel van Oordt, Vir Cl. Mortuo autem

Huismanno, praeterea etiam Schröderus ſibi docendae *Philoſophiae moralis* provinciam imponi pasſus est. Heusdius vero *Hiſtoriam Philoſophiae* docere ſolet.

(46) Conf. Orationes Virorum Cl. *Annalibus Academiae Rheno-Traiectinae* inſertorum, Bleulandi, a. 1816—1817. p. 31. Fremeryi, a. 1821—1822. p. 25. Paravii, a. 1822—1823. p. 39, 40. Schröderi, a. 1823—1824. p. 44.

(47) In Opuſculis Societatis, cui Symbolum, *Tandem fit ſurculus arbor*, Trai. ad Rhen. 1776. Conf. Index eorum, quae Herm. Royaards Vir Cl. ſcripſit edique in lucem voluit, *Annalibus Academiae Rheno-Traiectinae*, a. 1824—1825. inſertus.

(48) Carolus Segaar, Vir Cl. die 12 Mart. 1777. diſcipulo ſuo Royaardsio, academiae vale dicenti, hoc dedit teſtimonium. *Inſigni animum voluptate perfundi ſentio, cum teſtimonium dicendum est de eximio Iuvene* Hermanno Royaards, *Bomelia-Gelro. Hic raris ingenii mentisque dotibus a ſummo Numine mactatus, cum animum ad Principem ſcientiam adiunxisſet, nullum diſciplinae genus Theologo utile non modo inſalutatum praetermiſit, ſed et in eo ſic elaboravit, ut diligentia, iudicio, egregiisque profectibus alios quidem vinceret, a nemine autem vinceretur. In* litteris *ſigillatim, praecipue* Graecis, *omnes, quos ha-*

habuit Commilitones, nullo excepto, longissimo post se reliquit intervallo. Harum rerum argumenta luculenta in privatis Examinibus et Disceptantium exercitiis frequentissime edidit: neque hoc tantum; sed et tum aliis commentationibus in lucem prolatis, tum in primis perdocta Diatribe de Emendandis plurimis Vet. Scriptorum Graecorum locis *cet., quam suo marte compositam, me praeside, magno cum applausu defendit, quantum in his valeat, eruditorum hominum oculis exposuit. Atque his accedunt puri castigatique mores. Quapropter nullus dubito, quin praestantissimus hic Iuvenis, isto, quo coepit, pede pergens, Civitati Sacrae, cuius dignitatem tuendam amplificandamque sibi sumsit, quin et, quod opto, huic illive Academiae, aliquando insigni ornamento et praesidio sit futurus. Faxit ita Deus O. M.! Faxit, ut haec nostra bonae mentis sedes de pluribus suae disciplinae alumnis huic similibus gloriari possit!*

(49) Ianus Valckenaer, Ludovici Caspari F. Franequeranus, inde ab anno 1782. in academia Franequerana Iuris prudentiam docuerat. Sed turbis civilibus in Frisia vehementioribus, et Franequerae sedem non infimam habentibus, immixtus, anno 1787. ineunte, una cum Samuele Henrico Manger, Gadsone Koopmans et Theodoro van Kooten, loco suo fuit motus. Quo acceptior fuit magistratibus Rheno-Traiectinis, plebiscito creatis partesque propugnantibus Frisiacorum Optimatum partibus contrarias. Itaque

ad cathedram, Meinardi Tydemanni abitu vacuam, vocatus, docendi Iuris naturae, gentium et publici Romano-Germanici causſa, die 28 Iunii, impenſe gaviſus est de nova ſtatione, hac in urbe: id quod intellexi ex epiſtola eius, ad Academiae Curatores eo tempore data, Actis Senatus urbani inſerta. Proinde, ineunte menſe Septembri, cum uxore, Franequera, quam nondum reliquerat, profectus est Traiectum. Sed, paucis post diebus, in cataſtrophe, medio menſe, Borusſorum armis procurata, una cum plurimis civibus et advenis, urbi atque adeo academiae vale dixit, relictis bonis ſuis et ancillis. Mox Roterodamo, die 18 Sept. epiſtolam dedit ad urbis noſtrae Graphiarium, Ianum Wynandum de Ruever, qua relicta bona curae commendaret publicae, et animi ſui ſententiam, de Profesſoris munere non adeündo, profiteretur, his verbis: *dat ik, volgens mijne principes en na mijn inzien het Natuur — en Staatsrecht zullende doceren, in het geval zou kunnen komen, van niet te voldoen aan de intentie der tegenwoordige regering uwer Stad, weshalve ik liever beſloten heb van deze post te reſigneren, en dezelve weder optedragen in handen van H. H. Curatoren.* Facile etiam praevidere poterat Valckenaerius, ſibi a reſtituto veteri Senatu nihil esſe ſperandum. Attamen ſperabat, certe non deſperasſe videtur, fore, ut ſibi ex urbis aerario reſtituerentur impenſae trecentorum et octoginta florenorum, quae faciendae fuerant, ad ſedem ſuam Traiecti collocandam. Verum

rum ea spe Vir Cl. excidit, negantibus Curatoribus, posse se eam rem curare. Quae Valckenaerii postea fuerint fata, quae res ab eo, primum extorre, deinde, anno 1795. in patriam reduce, fuerint gestae, usque ad d. 25 Ian. 1821. quo mortem obiit, huius loci non est commemorare. Brevem eorum narrationem legere licet, in *Nuncio literario Harlemensi*, *Algemeene Konst- en Letter-bode, voor het jaar* 1821. Vol. I. p. 82—84. Nonnulla etiam de eo notarunt Iona Guil. te Water, in *Appendice Narrationis de rebus Academiae Lugduno-Batavae, seculo octavo et decimo prosperis et adversis*, Lugd. Bat. 1802. p. 243, 244. et Christoph. Saxius, *Onomast. liter.* Part. VIII. p. 430, 431. De rebus ab eo in Gallia gestis, exstat libellus: *het Caracter van den Heer* I. Valckenaer *uit zijne eigene daaden en woorden opgemaakt*, St. Omer, 1792. in 8.

(50) Petrus Nieuwland, iuvenis annos natus viginti tres, mirifice ingeniosus et longe supra aetatem doctus, Philos. Cand. a magistratibus Rheno-Traiectinis, eodem cum Iano Valckenaerio die, vocatus fuit ad cathedram, Iohannis Frederici Hennerti abitu vacuam, ornandam, docendo Mathesin, Philosophiam et Astronomiam. Cui invitationi Nieuwlandus, re serio perpensa, obtemperandum esse ratus, mature orationem scripsit elegantem, *de insignibus Astronomiae incrementis, novissime captis, et etiamnum sperandis*, quam, muneris rite adeundi caussa, esset dictu-

cturus, die a Curatoribus praefinito, Septembris fecundo et vicefimo. Sed facta, die fedecimo, cataftrophe, qua, qui tum erat, magiftratus abiret, monitus est a Graphiario, de impedimento ipfi obiecto. Mox veteres Confules et Senatores, recuperata fede, die vicefimo fecundo eius menfis, edicto publico, fignificarunt, nemini eorum, qui a magiftratu eiecto fuerant ad munera obeunda lecti, integrum esfe, his fungi muneribus. Edicti pars, hanc fpectans causfam, huius erat argumenti. *Gezien, dat door inconftitutioneele en wederrechtelijk aangeftelde Perfoonen tot Borgemeefteren en Raden in de Vroedfchap dezer Stad, en welke zich die qualiteit en autoriteit hebben gearrogeerd, veele Refolutien, Ordonnantien en Publicatien zijn gearrefteerd en afgekondigd, mitsgaders verfcheide Ambten, Beneficien en Eereposten aan deze en geene zijn geconfereerd, alle welke offchoon door ongequalificeerde perfonen gearrefteerd en geëmaneerd zijnde, van zich zelve* ipfo jure *nul en van geene waarde of autoriteit zijn; hebben niet te min H. H. Burgemeefteren en Vroedfchap goedgevonden bij deze — bekend te maken, — — met relatie tot de Ambten, Beneficien en Eereposten, door gemelde pretenfe Magiftraat geconfereerd, dat de Vroedfchap die alle houdt voor niet begeven en geconfereerd, en als noch vacant, om door de tegenwoordige wettige Magiftraat te worden vervuld, interdicerende alle zodanige Ambtenaren, Gebeneficieerden en die met eenige posten van honeur, onder welke titel of benaminge zulks zoude mogen kunnen* be-

begrepen worden, begiftigd zijn, zich met de uitoefening van dezelve te bemoeijen, maar zich daarvan te abstineren, alles op poene van der Vroedschaps nadere dispositie. Huius edicti certior factus est Nieuwlandus, literis a laudato Graphiario scriptis. Quod cum Delegati ad caussas academicas, die primo Octobris, ad Senatum urbanum referrent, decretum est, Nieuwlandi vocationem tanquam non legitime factam pro infecta habere. Haec paullo prolixius narrare volui, ut sciant, quicunque de hoc eventu recte iudicare velint, magistratus nostros nihil ignominiosi in Nieuwlandum statuere voluisse, neque etiam Iuvenem egregium vilipendisse. Sed caussae politicae impediebant, quo minus ille admitti posse videretur. Accedebat spes fore, ut Hennertus, qui iam per duo et viginti annos nostram ornaverat academiam, rediret. Contra vero magni aestimatum fuisse Nieuwlandum a Rheno-Traiectinis Optimatibus et Viris Doctis, colligere licet ex eo, quod illum, proxime oblata a. 1788. opportunitate, Sodalem elegerit Societas artium et doctrinarum in pago Veteris Traiecti; eo enim tempore haec Societas dicebatur *het Provinciaal Utrechtsch Genootschap van Kunsten en Wetenschappen.* Quo autem animo iuvenis egregius inopinatum vocationis suae exitum acceperit refert Ianus Henricus van Swinden, in Oratione funebri Belgica, (*Lijkrede op* Pieter Nieuwland, *op den* 24 *van Wintermaand* 1794 ,*uitgesproken te Amsterdam in de Maatschappij*, *Felix me-*

meritis) ed. Amst. 1795. p. 71. his verbis. *Deeze teleurstelling bedroefde* Nieuwland, *en wel te meer, dewijl hij zich nimmer in Staatsgeschillen had ingelaaten, geene betrekkingen in de Provintie Utrecht had, geene bewegingen gemaakt had om dit ampt te bekomen, en, met een' beroemden Rechtsgeleerden, zijnen bijzonderen vriend, ter goeder trouwe van gedachten was, dat alle beschikkingen, die geene betrekking op het Staatswezen hadden, en enkel den gewoonen loop en onvermijdlijke afdoening van zaaken betroffen, bij verandering van omstandigheden, en herstel der Regenten, waarschijnlijk in stand zouden blijven, of door nieuwe besluiten bekragtigd worden: doch in de uitkomst hebben zij zich beiden bedrogen.* Nieuwland *onderwierp zich met eerbied en gelatenheid aan deeze beschikkingen der Voorzienigheid, en zag dezelve aan als eene waarschuwing, om zich met te meerder vlijt op zaaken, de Zeevaartkunde betreffende, te moeten toeleggen.* Haec Swindenus. Nieuwlandus autem, ea passus, primum a. 1789. a Consulibus Amstelaedamensibus creatus est Matheseos, Astronomiae et Artis nauticae Lector, deinde, a. 1793. ab academiae Lugduno-Batavae Curatoribus evocatus est, ad docendam Physicam, Mathesin sublimiorem, Architecturam civilem et militarem, Hydraulicam et Astronomiam. Sed unum duntaxat annum Leidae profuit, rebus ereptus terrestribus, die 14 Nov. 1794. annos vix triginta natus, *huic Academiae*, iudice Wyttenbachio, *et ipsi patriae*, *magis osten-*

ostensus, quam datus. Mortem eius boni doctique omnes deplorarunt. Conf. Swindeni Oratio laud. cum annotatis. Seb. Iust. Brugmans, latens sub literis S. I. B. in *Nieuwe Algem. Konst- en Letter-bode*, II. Deel, Harl. 1794. p. 178 - 182. 188. Ioannis Luzac *Orat. de Socrate cive*, Lugd. Bat. 1796. p. 43—45. Wyttenbachii *Vita Ruhnkenii*, p. 209—211. Christoph. Saxii *Onomast. liter.* Part. VIII. p. 426—429. aliique laudati ab Iona Guil. te Water, in *Narrat.* laud. p. 242, 243.

(51) De Petro Roscamo, Viro Cl. pauca iam scripsi supra, p. 154. Hic successor datus erat Iohanni Henr. Voordae, populi suffragiis a. 1786. lecto urbis Rheno-Traiectinae Senatori, de quo conf. dicta, p. 152. Iuris civilis Romani et hodierni docendi munus, sibi, die 29 Ian. 1787. delatum, die 8 Maii adiit, dicta oratione, *de praecipuis, quae ICtum commendant, dotibus*, docendique initium fecit. Sed, viso Magistratuum, die 16 Sept. restitutorum, decreto, die 22 edito, acceptaque Virorum ad res academicas delegatorum admonitione, de adeundo Senatu urbano, si quidem sibi videretur habere rationes et argumenta, quibus movere Senatores posset, ad aliam sententiam de ipso ferendam, libellum scripsit, supplicem dictum, in quo commemorabat, qua ratione Harderovico evocatus, oblatumque munus aggressus esset, quo vero diutius administrando sibi videretur exclusus isto magistratus decreto. Mox

Mox, nullis adhibitis supplicationibus, ut erat Roscamus vir honestus, nil sibi conscius, nulla pallescens culpa, addit: *dat, gelijk de Suppliant altoos begrepen had, dat zoortgelijke Posten geen object van sollicitatie behoorden te zijn, en denzelven niet had geambieerd, maar dat dezelve aan hem zijnde geoffereerd, de Suppliant gaarne zijne vermogens tot welzijn dezer Akademie had willen employeren, het zoo ook voor hem, welke in dezen de fides publica was gevolgd, (onder reverentie) hard zoude zijn, om zonder zijn toedoen van dien post te worden ontzet, en hij derhalve gemeend had, al hetzelve met behoorlijk respect aan Ued. gr. achtb. nadere deliberatie te mogen voordragen: verzoekende, de voorsz. publicatie met opzigt tot den Suppliant te stellen buiten effect, en daaromtrent zoodanig nader te disponeren, als zij tot welzijn der Akademie zullen vermeenen te behooren.* Quo libello, die 1 Octobris lecto, decrevit Senatus urbanus, Roscamo negare quod petierat, eumque non legitime vocatum dimittere. Itaque in locum, abitu Voordae vacantem, ex academia Groningana evocatus est Henr. Ioh. Arntzenius, Vir humanissimus. Postquam vero Mein. Tydeman, reiecto Valckenaerio, suum in academia nostra locum recuperare constituisset, Academiae Harderovicenae Curatores Roscamum revocarunt lubenter obtemperantem. Quamvis vero, anno 1795. maluerit Hagam proficisci, ubi antea viginti fere annos caussarum patronum egerat, quam Traiectum redire, noluit tamen suum negare

con-

consilium Scriptori libelli, magistratus nomine editi, quo iura et officia civium, prouti tum vulgo proclamabantur, paullo accuratius et ad populi captum accommodatius fuere digesta. Titulus libelli, festinanter et inscio Scriptore editi, est: *Korte verklaring van Rechten en Pichten van Burgers in betrekking tot Burgers.* Utr. 1795.

(52) Fredericus Saxe, s. Saxius, *Christophori* F. iuvenis, in hac academia, laudabili ardore, operam dedit, non tantum literis Graecis et Latinis, Historiae Universae et Antiquitatis Romanae, ducibus Patre, Segario et Goensio, uti et Mathesi ac Philosophiae, in scholis Hennerti et Rossynii, sed etiam literis orientalibus et Antiquitati Hebraicae, interprete Ravio, uti et Theologiae, praeeunte Bonneto. Maxime vero Iuris prudentiam sibi comparavit, usus institutionibus Tydemanni ac Bondami. Sic rite informatus, die 21 Octob. 1784. publicae et solenni disquisitioni submisit *Dissertationem, de ordine iudiciorum publicorum apud Romanos.* Qua feliciter defensa, Iuris utriusque Doctor, more maiorum, creatus est, die 28 huius mensis. Ab Academiae Curatoribus, die 18 Sept. 1786. creatus est *Iuris Civilis Lector*: id quod intellexi, postea quam p. 154. scripseram, eum huic muneri fuisse admotum, die 22 Ian. 1787. Sed hoc die ei iam nomen Professoris extraordinarii fuit tributum; ipsum vero munus non ante diem 21 Maii ei fuit delatum. Provinciam demandatam, die huius mensis

ul-

ultimo, adiit, habita oratione, *de utilitate et iucunditate historiae iuris civilis.* Postquam veteres Consules et Senatores, mense Septembri, sedibus suis erant restituti, hos adiit, libello supplice, quo novum huius muneris beneficium expeteret. Sed frustra. Quod enim Delegati ad res academicas suadebant, id die 1 Oct. statuendum esse iudicavit Senatus, Saxii vocationem non legitime factam, atque adeo pro infecta ac nullius pretii habendam esse. Qui deinceps Saxio honores fuerint tributi, quibus fuerit functus muneribus, cognosci potest ex annotatis, p. 154, 155.

(53) Isbrandus van Hamelsveld, Rheno-Traiectinus, natus d. 7 Febr. 1743. honestis parentibus Isbrando van Hamelsveld et Elisabetha Wiggers. Pater filium adolescentem suo artificio addiscendo destinasse dicitur, in Narratione, inserta *Nuncio literario.* (*Alg. Konst- en Letter-bode, voor het jaar* 1812. Vol. II. p. 148.) Erat autem Pater chartarum, quae ludo teruntur, fabricator. Quod enim, ea in *Narratione* legitur, *Kaarsenfabryk*, errore, sive scriptoris, sive typothetae, editum est, pro *Kaartenfabryk.* Sed qui adolescentis ingenium animadvertebant, imprimis Iacobus Schermer, Euangelii hac in urbe interpres, patri auctores fuere, ut filium elegantioribus et severioribus traderet studiis. In his iuvenis celeriter profecit, ut adeo praestantissimis accenseretur academiae nostrae civibus. *Dissertationem* suam *Philologico-Antiquariam*, *de aedibus* ve-

veterum Hebraeorum, Praeside Sebaldo Ravio, die 13 Iunii, a. 1764. publice defendit. Subsequenti anno, die 23 Maii, creatus est Theologiae Doctor, publice defensa *Dissertatione Theologica, de moribus antediluvianis typo morum adventum Servatoris antecessurorum.* Eodem anno, muneris ecclesiastici Candidatis adscriptus, anno 1766. coetui Durgerdamensi in Hollandia boreali praefectus est Doctor et Antistes. Decennio hic exacto, anno 1776. evocatus est in vicum *Grootebroek*, prope Enchusam. Hinc, subsequenti anno, legitime invitatus, profectus est in Zelandiae oppidum Goesam. Quae vero caussae eum anno 1779. induxerint, ad munus suum ponendum, ipse exposuit, in libello vernacule scripto: *Bericht aangaande de redenen, die hem bewogen, om zijne dimissie als Predikant te Goes in Zuidbeveland te vraagen, en deeze hem geweigerd zijnde zijn ambt intusschen aldaar neerteleggen.* Utr. 1779. uti et in *Homilia*, qua vale dicere voluerat Goesanis, argumento ex epist. Paulli II. ad Corinthios, c. XI: 11. sumto. Opposita ei fuerunt Diderici Kaas *Afgeperst Antwoord*, et Iusti Schertseri *epistola:* sed caussae suae patronum habuit anonymum scriptorem *Epistolae*, qua castigatur, qui, sub isto *Cavillatoris* nomine Belgico, latere voluit. Hamelsveldius, in urbem reversus patriam, privatus vixit, atque ad scribendos edendosque, cum suos, tum aliorum libros, sese contulit. Interim et Iacobi Engel, Homiletae Rheno-Traiectini, senis valetudine laborantis, partes in sugge-

gestu Sacro suscepit. Illo mortuo, non deerant, qui Hamelsveldium sacro Traiectinorum coetui praefectum vellent: nolebant alii, sibi persuadentes, eum nondum legitime a Goesanis esse missum. Quae dissensio fecit, ut editus sit libellus, *Onpartijdig Onderzoek en volledig betoog van de beroepelijkheid van den — Heer* Y. van Hamelsveld. Dordr. 1782. A Senatu ecclesiastico ad suggestum sacrum non electus, ab Academiae Curatoribus, anno 1784. creatus est *Theologiae Professor*, uti et Viri Ven. Ioh. Henr. Bachiene, senio laborantis, Vicarius in docendis e cathedra ecclesiastica Christianis, repurgata sacra professis. Theologiae docendae provinciam adiit, die 26 Febr. 1784. habita oratione, *de statu rei Christianae hodierno, laeto an tristi? quidque in posterum de eo sperare vel timere debeamus?* Eo tempore contraria iam erant optimatum et civium studia: et e civibus academicis alii aliis erant addicti partibus. Hamelsveldius satis aperte favebat iis, qui Philopatrides dici amabant. Quo factum est, ut in ipsa catastrophe anni 1787. urbe exiret. Cuius rei caussam exposuit, in Prologo, praemisso Volumini VIII. *Bibliorum propugnatorum*, (vernacule: *de Bijbel verdedigd.*) Amst. 1788. Paullo post, die 1 Octobris, delegati ad res academicas retulerunt ad Senatum urbanum, Hamelsveldium sese tantopere turbis et tumultibus immiscuisse, ut et boni civis erga legitimos magistratus officia, et vero etiam personam Theologi et doctrinae divinae interpretis, violaverit. Quo audi-

di-

dito, mox Consules et Senatores Virum Cl. de cathedra academica et suggestu ecclesiastico deturbarunt, et, die 4 Octobris, civis iuribus ac privilegiis privarunt. Ipse Hamelsveldius decreta, cum ipso communicata, exhibuit, in *Praefatione* laudata, ubi et caussam suam strenue vindicavit. Aliud decretum, quo Ordinum Rheno-Traiectinorum Deputati, ipsi et Iohanni Abrahamo Blank, Ecclesiastae hac in urbe, magistratuum auctoritate munere suo moto, facultatem in Provincia nostra Doctoris Christiani partibus fungendi, ademerunt, cognovi ex *Annalibus*, (*Nieuwe Nederlandsche Jaarboeken*,) Vol. XXII. p. 5557, 5558. Praeterea Viri de academia bene meriti imago, ab ipso donata et in senaculo nostro posita, Curatorum auctoritate loco suo mota et in angulo senaculi suspensa fuit, cum epigraphe ignominiosa. Tantae eo tempore erant animis coelestibus irae. Sed, anno academico 1793—1794. Henr. Ioh. Arntzenii, Rectoris magnifici, aequitate et prudentia, imago, cum isto elogio, e medio fuit sublata et bene recondita, ut adeo, mox post catastrophen anni 1795. loco suo honorifice restitui potuerit. Interim illud probrum, Collegae illatum, Professores diu deterruit a ponendis in Senaculo imaginibus suis. Eiectus civitate patria, Hamelsveldius refugium frustra Amstelodami quaesivit, non admissus a magistratibus. Ita certe relatum invenio in *Vaderlandsche Historie ten onmiddelijken vervolge van* Wagenaar, Vol. XLV. p. 25. Quo lubentius exceptus est a Dur-

ger-

gerdamensibus, quibus antea Christi doctrinam denunciaverat. Hinc anno 1789. profectus est Lugdunum Batavorum, dux et comes filii unici Guilielmi Isbrandi, tunc Iurisprudentiae Studiosi, summos deinde, anno 1793. in utroque Iure honores consecuti, nunc Senatoris in supremo Belgii tribunali, Hagae Comitum sedente, et libris editis clari. Anno 1795. rediit Traiectum, ubi die 7 Maii lectus est urbis Senator, et paullo post a Senatu, cum duobus Collegis, institutioni publicae in urbe nostra moderandae et academiae curandae est praefectus. Quo munere cum fungeretur, die 23 Sept. una cum Collega suo Corn. Ioh. Vos, in Senatum venit academicum, suo et Senatus urbani nomine petens, ut, quaecunque anno 1787. iussu Curatorum ignominiosa de ipso commentariis nostris essent inscripta, ita delerentur, ut eorum ne vestigium quidem superesset. Cui petitioni obtemperavit Senatus, quoad eius fieri potuit. Attamen in in Actis Consulum et Senatorum ea ipsa in hunc usque diem leguntur: ac bene memini, nihil praeterea nostris fuisse Commentariis insertum, quod offendere posset Hamelsveldium. Civilibus admotus negotiis, Professoris munus recuperare noluit. Quod si voluisset, mihi nullo modo nocuisset: ego enim, anno 1794. huc evocatus, non ei, ante septennium misso, sed Francisco Burmanno III. qui anno 1793. mortem obierat, successeram. Quod igitur, ea de re, in *Narratione* laudata scriptum est, in eo error, sive memoriae, sive iudicii, nescio a quo, commissus est.

Cae-

Caeterum Hamelsveldium mihi prodesse quam obesse maluisse, non nescio, qui cum, in curandis inferioris ordinis scholis in regione nostra, Collegam expertus sum humanissimum. Atque erga omnes, immeritos quoque, animo erat, ad moderationem, facilitatem omnemque humanitatem, composito. Quapropter, tempore isto difficili et turbulento, non uno modo, profuit Traiectinae civitati, academiae et ecclesiae. Sed non diu eo frui nobis licuit. Alios quidem honores sibi oblatos negavit, veluti cathedram in academia Franequerana, et Collegii Ordinum rectionem in Lugduno-Batava. Sed populi suffragiis lectus ad supremum reipublicae Batavae Concilium primum, patriae saluti omnibus viribus prospiciendum esse ratus est. Itaque profectus est Hagam Comitum, eoque in Senatu sedit, inde a primo Martii die, a. 1796. usque ad diem ultimum Augusti, a. 1797. Praesidis etiam partes sustinuit, inde a die 25. Nov. usque ad diem 9 Dec. a. 1796. In secundo Concilio, quod convenerat die primo Sept. a. 1797. locum obtinuit, die 20 Oct. subsequenti. Verum, die 22 Ian. 1798. una cum Collegis moderatioribus, violentia vehementiorum eiectus, in celebri villa Arausiaca, quae nemus Haganum ornat, veluti in carcere, custoditus est, usque ad mensem Iunium, quo vicissim eiecti fuere, qui ante quinque menses rerum fuerant potiti. Ab eo inde die Hamelsveldius, qui reipublicae et religionis caussam pro virili propugnaverat, exiguam vero retulerat gratiam, rerum politicarum curam posuit,

vitaeque reliquum tempus Amſtelaedami, in aedibus Filii ſui, transegit, usque ad diem 9 Maii, 1812. quo ad beatas transiit ſedes, anno aetatis ſeptuageſimo. Qua animi tranquillitate, qua fiducia in Ieſu Chriſto, Domino ſuo ac Conſervatore repoſita, quo paterno erga liberos amore, exſpiraverit, vidit ac retulit Vir Cl. Adamus Simons, tunc Eccleſiastes Thamenſis, in Bibliotheca menſtrua, vernacule dicta *Boekzaal der geleerde wereld*, anni 1812. Vol. II. p. 304. in fine laudationis, quam non immerito dixit *Hulde aan* Y. van Hamelsveld, p. 300—304. Fuit autem laudationis Scriptor ex amicis, quibus Hamelsveldius familiariter fuit uſus, opportunitate data, per coniugium, quod huius filius cum illius ſorore inierat.

In ſcribendo velox et indefesſus Hamelsveldius plurimos in lucem emiſit libros, et alios quidem Viris Doctis, alios imperitioribus, proficuos. Nec paucos, e ſermone Anglico, Gallico et Germanico, convertit in vernaculum, additis ſubinde ſuis animadverſionibus. Quae mihi innotuerunt ab eo ſcripta, praeter ea, quae ſupra iam laudavi, haec ſunt:

Zedig Onderzoek nopens de Doode Zee, of dezelve de plaats beſlaat, waar eertijds de Steden Sodom, Gomorrha enz. geſtaan hebben, dan niet. In *Nederlandſche Letter-verlustiging*, Vol. II. Amſt. 1763. p. 362-370.

't Gevoelen van den Heere J. C. Harenberg, dat ſommige afdeelingen der H. Schrift onder elkander

der vermengt en verward geraakt zouden zijn, *ter toetze gebragt en wederlegt*, ibid. p. 477—491.

Verhandeling over de Pyramiden van Egypten, *derzelver Naamsoorſpronk*, enz. In *de Akademie der Geleerden*, Vol. I. Amſt. 1764. p. 121—130. (referente Scriptore *Narrationis* laud. in *Nuncio liter*. p. 152.)

Geſchiedenis der Mediſche Koningen. Ibid. p. 195—213.

Vrijmoedig en zedig Onderzoek, *of de Heidelbergſche Katechismus*, *en derzelver Opſtellers*, *in het gevoelen van eene Algemeene Genoegdoening van 's Waerelds Heiland zijn*, enz. Ibid. 1765. p. 351—368.

Geſchiedenis der Asſyriſche Koningen. Ibid. Vol. III. a. 1767. p. 172—198.

Het onderzoek, *of de Heidelbergſche Katechismus*, *en deszelfs Opſtellers*, *in het gevoelen van eene Algemeene Genoegdoening van 's Werelds Heilands zijn? ten einde gebragt*. Amſt. 1767.

Hanna's Lied, 1 Sam. II. 1—10. *in zes Leerredenen*, *en Schetſe over Pred*. VII: 13. Utr. 1773.

Aanmerkingen over het verhaal van Flavius Joſephus, *aangaande Alexander den Grooten*. In *Nederlandſche Bibliotheek*, Vol. II. Part. 2. Amſt. 1774. p. 209—229.

Durkerdams Waterwee. (Carmen) Amſt. 1775.

Afſcheidsrede aan de Gemeente te Goes. Utr. 1779.

Ἑαυτον τιμωρουμενος *of het afgeperst antwoord van den weleerw. Heere* Dirk Kaas, *Predikant te Goes*, *ontleed*. Utr. 1780.

Vaticinium Jer. XXXI: 31—40. *illustratum.* Traj. ad Rhen. 1780.

Bibliotheca Exegetico-Theologica ex Actis Eruditorum Lipsiensibus adornata. Pars I—III. Traj. ad Rhen. 1780.

Parodie van Horatius *I. Boek. Lierz.* XXII. In *Tweede Proeve van Oudheid-Taal- en Dichtkunde van het Genootschap:* Dulces ante omnia Musae. Utr. 1782. p. 300.

Twee Leerredenen over Esther IX. en X. Utr. 1782.

Bedenkingen op A. H. Niemeijers *Characterkunde van den Bijbel, betreffende de Geschiedenis van* Esther. In *Nieuwe Nederl. Biblioth.* Vol. II. Part. 2. Amst. 1782. p. 463—472.

Twee Leerredenen over Mattheus VII: 6-11. Utr. 1783.

De Bijbel verdeedigd. Vol. I—VIII. Amst. 1783—1788.

De Voortreflijkheid, Nuttigheid en Noodzaaklijkheid van de Geschiedenissen des O. T. betoogd in eene Redevoering over 1 Corinth. X: 11. Utr. 1783.

Oratio inauguralis, supra laud. Traj. ad Rhen. 1784. Versionem eius vernaculam procuravit Anton. Koppen, *Lit. Hum. Stud.* (postea Ecclesiastes in vicino coetu *Ter Aa*, deinde in Gelriae vicis *Hien et Doodeweerd*) hoc titulo: *Inwijings-Redevoering over den tegenwoordigen voor- of nadeeligen staat van het Christendom, en het geen omtrent denzelven in 't vervolg door ons mag gehoopt of moet gevreesd worden.* Utr. 1784.

De

De gronden van hoop op verhooring van onze plegtige Gebeden, in eene Leerreden over Pfalm CXLV: 18, 19. Utr. 1785.

Het Nieuwe Testament. Naar het Grieksch. Vol. I. II. *Korte Aanmerkingen over het Nieuwe Testament. Voor ongeleerden.* Vol. I. II. Amft. 1789 - 1791. (Primum editae funt particulae animadverfionum una cum verfionis particulis.)

Aardrijkskunde des Bijbels. Vol. I—VI. Amft. 1790—1798. Huius libri verfio Germanica procurata est a Rudolpho Iänisch, Euangelii interprete apud Lutheranos, antea Amftelaedamenfes, tum Hamburgenfes, hoc titulo: *Biblifche Geographie, aus dem Holländifchen überfetzt und mit einigen Anmerkungen verfehen.* Th. I—III. Hamb. 1793—1796.

De welmeenende Raadgever. Vol. I—V. Amft. 1791—1795.

De zedelijke toeftand der Nederlandfche Natie op het einde der achttiende Eeuw. Amft. 1791.

Brief; behelzende eenige Bijzonderheden, wegens Barend Meulman, *Schrijver van* de Tijd, in Brieven. Amft. 1791.

Het Oude Testament. Naar het Hebreeuwsch. Vol. I—IV. *Korte aanmerkingen over het Oude Testament. Voor ongeleerden.* Vol. I—IV. Amft. 1791—1796. Partite editae funt animadverfiones, identidem iunctae verfioni.

De Vraagal. Vol. I—VI. Leid. et Amft. 1791—1796.

Nodig Bericht aan het Publiek, nopens de hande-

delingen van Paulus van Hemert, *omtrent hem.* Amſt. 1793.

De Apokryfe Boeken naar het Grieksch en Latijn. Vol. I. II. *Korte Aanmerkingen over de Apokryfe Boeken.* Vol. I. II. Amſt. 1796—1798. partite editi.

Bijbel-Geſchiedenis. In twee Deelen met Platen. Amſt. 1797.

De ongeveinsde Christen. Vol. I—VIII. Amſt. 1797—1804.

De Christen bevestigd in zijn geloof. Vol. I. Amſt. 1799.

Algemeene Kerkelijke Geſchiedenis der Christenen. Met Plaaten. Vol. I—XXIII. Harl. 1799—1813. Voluminis autem XXIII. defuncto Hamelsveldio in lucem emiſſi, pars dimidiata ſcripta est ab Annaeo Ypey, V. Cl. qui deinceps ſuo nomine hoc opus continuavit, edendo Vol. XXIV-XXVI. Harl. 1814—1817.

Hiſtorisch Handboekjen van den Bijbel. Amſt. 1802.

Kort Begrip der Algemeene Geſchiedenis, van de Schepping der Wereld af, tot het einde der agttiende Eeuw. Met Plaaten. Amſt. 1802.

Romeinſche Geſchiedenisſen van M. Stuart *verkort in vier Deelen. Met Kaarten en Plaaten.* Amſt. 1803—1806.

De Geſchiedenis van Abraham, voor Kinderen. Amſt. 1803.

De Geſchiedenis van Iſaäk, voor Kinderen. Amſt. 1804.

De Geſchiedenis van Jacob, voor Kinderen. Amſt. 1804.

Ge-

Geschiedenis der Joden. Sedert de verwoesting van de Stad en Tempel van Jerusalem, tot den tegenwoordigen tijd. Amst. 1807.

De redelijke Christen. Amst. 1807.

Algemeene Geschiedenis, ten gebruike voor de Jeugd. Pars I. II. Harl. 1809.

Het Euangelie volgens het Oude Testament. Of, Onderzoek, welke kundigheden van den Godsdienst en Zedeleere de menschen, volgens den inhoud der Boeken des O. T., van de alleroudste tijden af, van Eeuw tot Eeuw, door Goddelijk onderwijs, gehad mogen hebben. Amst. 1810.

Praeterea Hamelsveldius aliquot annos occupatus fuit, in adornandis libellis menstruis *Hedendaagsche Vaderlandsche Bibliotheek*, et *Boekzaal der geleerde Wereld.* De illa quid ipse professus sit, videsis in Volumine, edito anno 1808. Part. I. p. 720. 722. De hac testis est Adamus Simons, Vir Cl. in *Laudatione* supra commemorata, p. 303.

Denique nonnullis libris, quos ingenti numero, e sermonibus Anglico, Gallico et Germanico, in vernaculum convertit, suas adspersit animadversiones: ex quibus sufficiat laudare, quas subiecit Eichhornii *Inleiding in het O. T.* Evansoni *Strijdigheid der vier Euangelisten*, et Priesleyi, *Echtheid der Euangelien.*

Imago Hamelsveldii, non amplius togati, sed privati Viri vestitu induti, aere expressa, praefixa est libro de indole popularium nostrorum sub finem saeculi duodevicesimi, vernacule ab eo edito, a. 1791. Subscri-

ſcripta est Simonidis noſtri elegans epigraphe:

't Is HAMELSVELD, *om wien het Stichtsch Atheen nog treurt:*
De Godsdienst heeft bij hem verdediging gevonden:
Enſchoon 't balſturig lot 's mans tabbaard heeft geſcheurd,
Zijn zugt voor GOD *en 't volk blijft eeuwig ongeſchonden.*

Eadem imago, non niſi Hamelsveldii nomine ſubſcripto, inſerta est Volumini XLV. *Hiſtoriae patriae*, qua Wagenarii tela continuari dicitur.

Ex iis, quos Vir Cl. laudatores habuit, negligendi non ſunt Saxius, *Onomast. Lit.* Part VIII. p. 425, 426. aut Annaeus Ypey, *Geſchiedenis van de Kristlijke Kerk in de achttiende Eeuw*, Vol. II. p. 87—89. Vol. VIII. p. 723—727.

(55) Natus erat Franciscus Burmannus III. anno 1708. Vid. annot. p. 148.

(56) Gisbertus Bonnet, natus anno 1723. quintum et ſexageſimum aetatis ſuae annum agebat, quando Royaardsius a. 1788. muneris academici ſocius ei adiungebatur. Vid. annot. p. 151, 155.

(57) De Guil. Laur. Brownio, Viro Cl. mihique per annum dimidiatum Collega ſuaviſſimo, ſupra p. 155. ea diximus, quae ibi esſent, ſive neceſſaria, ſive opportuna. Hoc loco aliquid erit adiiciendum, ad illuſtrandum quod in Oratione diximus,

mus, de paucitate eorum, qui Virum optimum audiebant Hiſtoriam Eccleſiasticam docentem. Tradebat Brownius Philoſophiam moralem et Ius naturae. Schola eius proinde viſa fuit magis philoſopha et iuridica, quam hiſtorica. Adſcriptus erat Ordini, non Theologorum, ſed Philoſophorum: his, non illis, pecunia honoraria a diſcipulis debebatur. Lectiones autem de Hiſtoria Eccleſiaſtica haberi antea ſolebant gratuito. At Brownius ſtipendio militabat exiguo, nullaque adeo ei cauſſa erat liberandi Theologiae ſtudioſos onere, quod caeteros omnes ferre oportebat. Praeterea eius ſcholae locus erat minus opportunus. Denique, gente Scotus, Anglorum favens partibus, expulſo Hamelsveldio creatus, non omnibus placere poterat. Caeterum ingenii et doctrinae Brownianae documenta inſunt his, quae in lucem emiſit.

Oratio, de religionis et philoſophiae ſocietate et concordia maxime ſalutari. Trai. ad Rhen. 1788. Belgice quoque edita, hoc titulo: *Redenvoering over het allerheilzaamst verband en de vereeniging van den Godsdienst met de Wijsbegeerte.* Utr. 1788.

Oratio, de imaginatione, in vitae inſtitutione regunda. Trai. ad Rhen. 1790.

Proeve over de natuurlijke gelijkheid der menſchen, en over de regten en pligten, welke uit die gelijkheid voortvloeijen. In *Verhandelingen, raakende den Natuurlijken en geopenbaarden Godsdienst, uitgegeeven door* Teyler's *Godgel. Genootſchap.* Vol. III. Harl. 1793. p. 171—340. Secundis curis auctior, et emendatior, ſive, ut vernacule dicitur:

over-

overgezien en vermeerderd. Utr. 1794. Anglice etiam edita, hoc titulo: *An Essay on the natural equality of men; on the rights that result from it, and on the duties which it imposes. Second Edition, corrected and considerably enlarged. Lond.* 1794.

Leerredenen over de Tekenen der Tijden. (Matth. XVI: 3.) *Uitgesproken op den Algemeenen Dank- Vast- en Bededag, d.* 13 *Febr.* 1793. *Naar het Engelsch.* Utr. 1793.

Paucos ante annos splendisſimum reportavit praemium, scripta pro Dei exſistentia Commentatione, quam tamen videre mihi nondum contigit.

(58) Sententiam suam Vir Cl. hunc in modum professus est, in *Diatribes, de divinitate Iesu Christi vera,* Part. I. p. 1, 2. *Nihil certe,* inquit, *antiquius est, nihil melius, quam veritate niti, et illa, quæ ei adversari videntur, propius intueri: veritati non nocet, si illam investigemus et perscrutemur; nec arma, quæ contra illam vertuntur, vim ullam habent, nisi apud eos, qui aut ipsi ab errore decepti sunt, aut ab eo sese decipi facillime patiuntur. Veritas, quam docuit Christus, quam primi ejus discipuli annuntiarunt, fugatis tenebris, luce delectatur; et multa habet, quibus multorum insidias irritas reddat: interea tamen sæpisſime parum prodest, si illam a scriptoribus divis traditam, iis tantum fundamentis niti velis, quibus vult certa quædam, et comprobata multorum votis, rerum series. Quemadmodum enim necesse est,*

hac

hac ratione sæpius fieri, ut illa tantummodo magna ad persuasionem vi instructa esse videantur, quæ quondam fuerunt adhibita; illa vero negligantur, quæ etsi haud minoris momenti sunt, ab hoc tamen civitatis jure remota fuerunt: ita etiam cernimus, illos, qui aliter opinantur, aciem illam compositam, junctis quasi viribus, aggredi, et cum mens acris, et vigens, celerrimeque multa cogitans, et, ut ita dicam, sagax, hominibus sæpius inest, et quisque adversariorum sibi partem datam esse existimat, quam labefactet; cernimus etiam, pleraque eorum, quæ eodem semper modo exponuntur, iisdemque rationibus affirmantur, spatio interjecto, ita multorum argutiis debilitari, et frangi viribus, ut certæ interpretationi vix locus sit. — Quanto majoris igitur momenti est illud, quod tractandum sumsi, tanto cum majori mihi hac in re cura versandum est: eo magis, cum haud pauci Divinitatem illam Christi veram, aut negant, aut in dubitationem vocant, aut saltem illos animis hominum scrupulos injiciunt, quos nemo iis nisi plena rei persuasione possit eximere: adeoque, nulla via magis tuta certaque erit, quam si ipsa scriptorum divorum loca interpretemur; atque ex illa interpretatione cogamus, quo pacto hac de re existimandum sit. Ita enim non tantum nitimur argumentis, quibus alii olim utebantur; sed præterea falsas multorum interpretationes amputamus, tollimusque id, quod hoc inprimis tempore multis dubitationem affert. Eaque caussa est, quamobrem hanc viam solummodo ingressus sim, nec omnia attigerim, quæ

ali-

alioquin in Theologorum Schola merito disceptantur. Hoc Royaardsius propofito aggresfus est, prouti Diatriben illam, ita et univerſam inſtitutionem ſuam dogmaticam, quam cum ſacrorum librorum interpretatione iungendam eique ſuperſtruendam esſe videbat, ne damnum pateretur religio Chriſtiana ab eorum errore, qui doctrinae divinitus patefactae capita in dubitationem adducunt, et vero etiam repudiant. Itaque, a primo inde muneris ſui anno, usque ad vitae ultimum, lectiones habuit, et cum discipulis exercitationes inſtituit exegeticas, quibus, ſive libros veteris codicis propheticos, ſive Euangelia aut Apoſtolorum epiſtolas, et ipſe interpretabatur, et interpretandi periculum eos facere docebat. Hanc vero interpretationem ita coniunxit cum Theologiae ſyſtemate, ut, in ſingulis librorum ſacrorum locis, id imprimis ſpectare ex iisque ducere iuberet, quod vim habere videretur, ad capita doctrinae Chriſtianae, cum theoreticae, tum practicae, illuſtranda, probanda, vindicanda. Cuius quidem induſtriae documentum exſtat in Lexico inedito Novi Foederis exegetico-dogmatico, quod ſcribere aggresſus est, cuius et partes dictare ſolebat discipulis: in quo nimirum ea nominatim vocabula interpretabatur, quarum de ſententia accurate definienda et a Theologis adhibenda, eo tempore disceptandum erat contra Bahrdtium, Tellerum aliosque parermeneutas. Iccirco Royaardsii ſchola dici potuisſet *exegetico-dogmatica*, cum Bonnetiana magis esſet *philoſophico-theologica:* utraque doctrinae, Symbo-

bolis formulisque coetuum in Belgio repurgatorum expresſae, obſervantisſima. Itaque et ille Theologiae ſtudioſos imprimis amabat eos, qui literis Graecis et Orientalibus addiscendis operam navabant, maxime ad intelligendam orationis Hebraeo-Graecae formam, quae in Novi Foederis libris regnat. Nec tamen a Philoſophia erat alienus: contra ſuis auctor erat discipulis, ut, quemadmodum aliis Philoſophorum ſcholis interesſent, ita imprimis lectiones audirent, quas de iure naturae egregias habebat, quamdiu vigebat, Corn. Wilh. de Rhoer. Denique, quod in ſcholis ſuis, id ipſum etiam in orationibus ſacris egisſe Royaardsium, norunt, quicunque eum, Homiletae academici munere fungentem, audire ſolebant.

(59) Iohannes Heringa, Eccleſiastes Haganus, patruus meus, me puerum amavit, ſuaſorque parentibus fuit, ut me, ruri educatum, et a patre medico chirurgo ſuae arti addiſcendae deſtinatum, in ſacram traderent disciplinam, ad quam propenſus videbatur animus meus puerilis. Ille me adoleſcentem monitis conſiliisque adiuvit: iuvenem praeceptoribus, viris clarisſimis, amicis ſuis, commendavit. Lectum, anno ſaeculi exacti ſexto et octogeſimo, antiſtitem coetus ſacri, qui Nykerkae, Velaviae oppido, florebat, ſolenni me ritu inauguravit. Mox ad ſcribendas commentationes me ſtimulavit, mihique, Societatis Haganae nomine, Piperi et Uhlii, Virorum clarisſimorum, reſponſa, Latine ſcripta, in Belgicum ſermo-

monem convertenda, honorifice commendavit. In rebus laetis ac tristibus, in dubiis ac difficillimis, mihi monitor exstitit prudentissimus consolatorque fidelissimus. Postquam unico, quem adultum viderat, filio, Viro egregio, Sibrando Heringa, Ecclesiaste Lugduno-Batavo, erat orbatus, mihi, scripta ultimae voluntatis significatione, bibliothecae suae catalogum conficiendum dedit, librariaeque supellectilis publice distrahendae curam commisit: et, quae ipse Latine scripserat, adversaria pretiosissima legavit. Quod vero summum est, ille mihi, doctrinae liberalis et pietatis non fucatae exemplo, praeivit. Scilicet iuvenis Franequerae, in Valckenaerii et Schraderi scholis, literas didicerat Graecas et Latinas: et carmina adeo Latina scribebat, qua delectatione, nec vir, nec senex, abstinuit. In academia Frisiaca usus quoque est literarum Orientalium magistro Vriemoetio, mox vero, in Groningana, Schroedero, egregio illo S. Librorum interprete. Hic, in scholis Gerdesii, Chevallierii et Hollebeekii, imbutus est accurata et liberali rei theologicae doctrina, qua, per totam deinceps vitam, animum excoluit. Primis vitae publicae annis, praefuit Frisiae coetibus Beetsterzwagae et Marsumi; proxime subsecutis, sacro functus est munere, apud Winschotenses et Scheemdanos, in regione Groningana. Deinceps, per unius anni spatium, Neomagis Euangelio profuit. Ultimos quadraginta vitae suae annos Hagae Comitum indefessus laboravit: non uno tamen molestiarum genere agi-

agitatus exercitatusque. Pacis enim et concordiae ſtudioſus, nihilo minus litibus fuit eccleſiasticis implicitus ab iis, qui Davidi Klemanno, Euangelii interpreti Voorburgenſi, heterodoxiae notam inurebant, eumque gravi dignum cenſura iudicabant, propter librum ab eo editum, *de ordine ſalutis humanae conſequendae*, hoc inſignitum titulo: *de orde des heils, volgens welke God, aan bijzondere menſchen, zijne zaligmakende Genade ſchenkt, of het verband tusſchen Genade en Plicht.* Hagae Com. 1774. Patruus meus, unus eorum, qui Viſitatores librorum dici conſueverant, a Claſſe Hagana lectus, Klemanni ſententiam, non quidem probavit, ſed periculoſi damnatique olim erroris ſuſpicione liberavit, ſcripto libello ad pacificationem compoſito, paullo post, inſcio ſcriptore, in lucem emisſo a nonnemine, dicto Iusto Alethophilo Pacifico. Libellus hunc titulum prae ſe ferebat: *Rapport aangaande de verdediging der rechtzinnigheid van* D. Kleman, *op de Clasſis van 's Graavenhage, den 6 Nov.* 1775. *ingebracht, door Viſitatores librorum.* Recte igitur de hoc cenſore iudicat Guilielmus Broes, in libro ſolertisſime ſcripto ac tempeſtive edito, *Geſchiedkundig Onderzoek over de vereeniging der Proteſtanten in de Nederlanden*, Hagae Com. 1822. p. 221. Plura, eo tempore ab illo, una cum aliis moderatioribus Theologis, Klemanni in gratiam, feliciter tentata, refert Ypeius, Vir Cl. in *Geſchiedenis van de Kristlijke Kerk in de achttiende Eeuw.* Vol. VII. p. 420—427. Quocum com-

comparentur censurae libellorum, in Klemanni caussa editorum, in *Hedend. Vaderl. Letter-oefeningen*, Vol. III. Part. I. p. 535—540. Vol. IV. Part. I. p. 110. 293—297. 357. 440—443. Vol. V. Part. I. p. 36—41. 205—209. 484, 485. Quae non diu post exoriebantur contentiones, de causfis politicis, patruo meo non minus fuere iniuriae, quam istac ecclesiasticae. Ipse quidem nunquam intermisit, aut magni facere domum Arausiacam, aut amare Guilielmum V., summum Belgii Gubernatorem: verum haud probabat, quaecunque suaderent et molirentur, qui Principis causfae addicti, sive erant, sive dici haberive volebant. Sibi nimirum persuaserat, Iliacos intra muros peccari et extra: neque id dissimulare solebat Vir candidus et apertus. Propterea vero in odium et offensionem incurrebat hominum, partium studio abreptorum, imprimis turbulentorum et ex infima plebe. Quorum furor caecus et effrenatus quam turpiter civem bonum vexaverit, et quam aegre cohibitus fuerit, facta anni 1787 catastrophe, colligi potest ex iis, quae narrantur, in *Nieuwe Nederlandsche Jaarboeken*, Vol. XXII. p. 4574—4579. 5161, 5162. 5193, 5194. 5196—5199. 5211—5213. 5913—5916. et 5930. uti et in *Vaderlandsche Historie, ten vervolge op Wagenaar*, Vol. XLIV. p. 348—352. Interim ille, summa alacritate et constantia, perrexit, prouti in munere sacro administrando, ita etiam in moderanda Societate Hagana, *pro vindicanda religione Christiana*, ipso suadente, condita, anno 1785. Ac primum quidem Vir stre-

ſtrenuus, una cum quatuor ſociis, eo anno ad Synodum Hollandiae auſtralis delegatis, Adriano van Assendelft, Eccleſiaste *Leidenſi*, Martino Rummerink, *Dordraceno*, Iohanne Kneppelhout, *Gorinchemenſi*, et Daniele Alberto Reguleth, *Harlemenſi*, paulo post *Hagano*, procuravit editionem Commentationum, propoſitis praemiis ornatarum, quas ſcripſerant Abdias Velingius, Carolus Segaar et Cornelius Gavél, ad Iosephi Priestleyi errores, in libro *de Chriſtianae religionis depravatione* commisſos, caſtigandos. His ille Commentationibus, anno 1787 editis, praemiſit prologum, in quo, et origines Societatis narrabat, et vero etiam genuinam Valdenſium fidem, contra Priestleyi de ea ſententiam, vindicabat. Deinde, a pluribus adiutus ſociis, identidem electis, quos inter Royaardsius in primis fuit, moderatoris eiusque praeſidis munere functus est, usque ad annum 1815. quo rebus vale dixit terreſtribus. Legi merentur ea, quae de hac Societate retulit Ypeius, Vir Cl. libri laud. Vol. VI. p. 683-694. Saepius etiam Vir venerabilis, in publicis huius Sodalitatis conventibus, oratione praeivit. Cuius rei documenta ſunt in Operibus, Societatis nomine editis, anno 1787 et 1804. De eo, rebus humanis erepto, Herm. Royaards, in Oratione, quam, die 5 Sept. 1816. in publico ſociorum conventu habuit, haec profesſus est. *Terwijl ik dit zegge, wordt mijn hart getroffen, en 't uwe gewisſelijk met mij, daar wij een onzer*

waardige medebestuurderen missen, in 't afgeloopen jaar ons door den dood ontnomen, den verdienstelijken Heringa. *Een man, die een der eerste oprigters dezer Maatschappij geweest is, die begaafd met eene grondige kennis van, en met een hartelijke zucht voor de waarheden van onzen Christelijken Godsdienst, onafgebroken werkzaam is geweest ter opbouwing van 't rijk van waarheid en deugd. Die vergevorderd in jaren veel met het ligchaam te strijden had, maar nu in zaliger gewesten leeft bij zijnen God, bij zijnen Zaligmaker, en de vrucht zijner werkdadige pogingen, 't genot van 't geen hij anderen heeft aangeprezen en voor zich zelven beoefende, in de ruimste mate geniet.*

(60) Legant, quibus data est legendi opportunitas, huius Synodi acta et decreta, nominatim ea, quae relata sunt, in *Handelingen van de Algemeene Christelijke Synode der Hervormde Kerk, in het Koningrijk der Nederlanden, in den jare* 1816. editis Hagae Com. 1821. p. 17, 18. 41—46. 48. 69—71.

(61) Has Royaardsius, Filius, nuptias paullo post feliciter coniunxit, cum lectissima virgine Rheno-Traiectina, Henrica Iohanna Both Hendriksen. Royaardsius, Pater, coniugem habuit Iohannam Henriettam Schorer, Medioburgensem, subita ei morte ereptam, die 24 Octobris, 1813.

(62)

(62) Exspiravit placide Vir Cl. die 15 Ian. 1825. Subsequenti die Euangelii interpretes, quotquot in coetu repurgato Traiectino orationes sacras habebant, mecum eius memoriam pro suggestu sacro iustis renovarunt laudibus.

(63) Huic exspectationi paullo post satis fecit Viri Cl. pietas, in lucem emissa oratione sacra, hoc titulo: *Leerrede over II. Corinthen V:* 1. *uitgesproken na het afsterven van wijlen den Hoogleeraar* Hermannus Royaards, *door deszelfs zoon* Herm. Joh. Royaards, *Dr. en Prof. in de Godgeleerdheid te Utrecht.* Utr. 1825.

(64) Meinardus Tydeman e mortali vita excessit, die 1 Febr. 1825. Eum mox laudarunt, e suggestu sacro, praeter Doctores et Antistites coetus Leidensis, Ioh. Henr. van der Palm, Vir Cl. Orator sacer academicus, in *Leerrede tot godsdienstige voorbereiding van het akademisch Jubelfeest*, edita Lugd. Bat. 1825. p. 78. 80. Io. Clarisse, Vir Cl. item Homileta academicus, in oratione sacra, *Leerrede na de viering van het twee honderd en vijftigjarig bestaan der Hooge School te Leyden*, edita quoque ibid. eodem anno, p. 33–35. uti et Thomas Hoog, Vir. Ven. Ecclesiastes Roterodamensis, in oratione, praemissa publicae supplicationi, qua Societatis Belgicae pro Euangelii propagatione sodalibus Leidensibus praeivit, die 7 Febr. 1825. In saeculari festo academiae

Lugduno-Batavae, die ſubſequenti celebrato, Gerardus Sandifort, Vir Cl. Rector academiae magnificus, Tydemanno tribuit laudes, quas ea in ſolennitate poterat: cujus rei teſtis est *Oratio*, eo die habita, *Annalibus* illius *Academiae* a. 1824—1825 inſerta, p. 29. Denique Matthias Siegenbeek, Vir Cl. Praeses Societatis Lugduno-Batavae, pro literis Belgicis excolendis, vitam Viri optimi deſcripſit, legendamque nobis praebuit in *Tabellario Harlemenſi*, *Algem. Konst-en Letterbode*, *voor het jaar* 1825. Part. I. p. 52—57. 66—71. 83—90. Nec dubito, quin plures commemoraturus ſit laudis paternae interpretes filius, tanto dignus patre, Henricus Guilielmus Tydeman, Vir Cl. in annotatis ad Orationem, quam hoc ipſo anno habuit, cum regundae Academiae Lugduno-Batavae provinciam poneret, deinceps *Annalibus*, a. 1825 — 1826. inſerendam.

(65) Conf. hac de re dicta, p. 154. 217.

(66) Haec quoque cognosci poterunt ex antea dictis, p. 217, 218. uti et e narratione Matthiae Siegenbeek, Viri Cl. in *Tabellario* laudato, p. 68.

(67) Legantur quoque hac de re narrata a Siegenbekio, loco laud. p. 68, 69.

(68)

(68) Nihil etiam de his Tydemanni laboribus habeo, quod addam nuper a laudatisſimo Narratore ſcriptis, p. 69–71.

(69) Legi merentur, quae de laeto hoc die narrantur, in *Algemeene Konst- en Letter-bode, voor het jaar* 1822. Part. II. p. 370. uti et carmina, quae in Tydemannorum, Patris ac Filiorum, honorem ſcripta ſunt, a Viris Clarisſimis, Senis venerabilis Collegis, Petro Hofmanno Peerlkamp, et Simone Speyert van der Eyk, Latina, p. 370, 371. 386, 387. et ab Henrico Arentio Hamaker, vernaculum, in *Tabellario* ſaepius laud. anni 1823. Part. I. p. 82, 83.

(70) Legantur ea, quae die illo feſto dixit Societatis Orator Antonius van Goudoever, Vir Cl. in *Redevoering, ter viering van het vijftigjarige beſtaan van het Provinciaal Utrechtſche Genootſchap van Kunſten en Wetenſchappen, gehouden op den 26 Junij*, 1824. edita Trai. ad Rhen. 1825. p. 30.

(71) Kemperum, Virum eximium, praeter alios, laudarunt, Matthias Siegenbeek, cum in *publica lectione*, edita Lugd. Bat. 1824. tum in oratione vernacula, quam ad ſodales Societatis literariae Leidenſis habuit; Ioh. Henr. van der Palm, oratione vernacula, dicta die 17 Dec. 1824. in conventu ſolenni Societatis Amſtelaedamenſis, quae Felix Meritis dicitur; carmi-

nı-

nibus vero Henricus Herm. Klyn et Bern. Klyn, *B. Fil.* quorum ille, eo ipso in conventu, suum recitavit, huius vero hymni ab artis peritis cantati sunt, adiuvantibus musicis. Quae honoris debiti, Viri optimi memoriae tributi, legentium oculis subiecti sunt, in libro: *de nagedachtenis van* Iohan Melchior Kemper, *plegtig gevierd op den* 17 *December* 1824. *in de Maatschappij* Felix Meritis *door* H. H. Klyn, J. H. van der Palm *en* B. Klyn Bz. Amst. 1825. In festo Academiae Lugduno-Batavae saeculari, Kemperi laudes celebrarunt Gerardus Sandifort, in *Oratione* laudata, p. 23—28. et Petrus Hofman Peerlkamp, in *Carmine*, quod conservant *Annales* illius Academiae, p. 10. Legi etiam meretur aspectus stadii literarii, quod cucurrit Kemperus, venacule: *Een blik op Mr.* Jan Melchior Kempers *loopbaan*, in *Algem. Konst- en Letter-bode, voor het jaar* 1824. Part. II. p. 66—71. 84—88.

(72) Legat, cui tanti res videbitur, quae dixi in *Oratione, de rebus, quae Academiae Rheno-Traiectinae*, me Rectore a. 1811—1816. *acciderunt, prosperis et adversis*, edita Trai. ad Rhen. 1816. p. 21—24.

(73) Undeviginti academiae Rheno-Traiectinae alumni, anno 1824—1825. summos doctorum honores consecuti, postquam Commentationes suas in solenni virorum eruditorum conventu defenderant, sunt

ſunt hi. In *Iure Romano et hodierno*, Iohannes Iacobus van der Hagen van den Heuvel, *Rheno-Traiectinus;* Bartholomaeus Cornelius Iohannes Visscher, *Sylva-ducenſis;* Iustinus Cornelius Voorduin, *Gorinchemenſis;* Henricus Wilhelmus van Werkhoven, *Rheno-Traiectinus;* Ianus Iacobus Nahuys, ex vico *Vreeswyk;* Henricus Maximilianus Hoffman, *Roterodamenſis;* Antonius Gerhardus Alexander van Rappard, *Rheno-Traiectinus;* Guilielmus Adrianus Gerardus van Maanen, *Haganus;* Iacobus Bennebroek Gravenhorst, ex inſula *Curacao;* et Fredericus Adrianus van Limburch Stirum, *Pembrocae* natus, nobilis Friſius. In *Medicina*, Ioannes Adrianus van de Water, *Rheno-Traiectinus;* Nicolaus Paulus Visscher, *Sylva-ducenſis;* Henricus Martinus Byrde, Fredericus Ioannes Onnen, et Gerardus Ioannes Mulder, tres *Rheno-Traiectini.* In *Philoſophia theoretica et Literis humanioribus*, Iacobus Adolphus Carolus Rovers, *Dordracenus;* Iacobus Terpstra, *Tranſiſalano — Oldenzalienſis;* Simon Karsten, *Rheno-Traiectinus;* et Guilielmus Leignes Bakhoven, *Amſtelaedamenſis.* Tres Athenaei Amſtelaedamenſis diſcipuli, ſimiliter, hoc anno academico, ſummos in *Iure Romano et hodierno* honores in noſtra adepti academia, ſunt Petrus Testas, Petrus van Hamelsveld

et

et Franciscus Ernestus Berg, natu quoque *Amstelaedamenses.*

(74) Summos in *Philosophia theoretica et Literis humanioribus* honores, praeter quatuor modo laudatos, consecutus est, rite in Senaculo defensa Diatribe sua, Gerardus van Wieringhen Borski.

(75) Ludov. Gerlachus Pareau *Specimen Academicum, continens Commentationem de* Tograji *carmine*, summa cum laude, Praeside Patre, Viro Cl. defendit, die 11 Iunii, 1824. Conf. de eo dicta, in *Algem. Konst- en Letterbode*, illius anni, Part. I. p. 401, 402.

(76) Monumento, sua se simplicitate commendanti, haec inscripta sunt:

AAN

BELLAMY

DOOR EENIGEN ZIJNER ZEEUWSCHE LANDGENOOTEN STUDENTEN AAN DE UTRECHTSCHE HOOGE SCHOOL.

1825.

Qui

Qui ipſi ſua adſcribi noluerunt nomina, quidni equidem eos commemorem? Sunt autem quatuor, natu Medioburgenſes, Daniel Marinus de Superville, Ioannes Cornelius Schorer, Adrianus Marinus Becius, menſe Iunio, 1825 creati Iuris Romani et hodierni Doctores; quartus Ianus Guilielmus van Sonsbeeck, Iuris prudentiae etiamnum in academia noſtra Studioſus. Horum igitur cura expletum est deſiderium, quod profeſſi fuerant Guilielmus Antonius Ockerſe, huiusque Soror, Antonia Ockerse, Ioannis Petri Kleynii vidua, in libro eleganter ſcripto, *Gedenkzuil op het graf van* Jacobus Bellamy, edito Harl. a. 1822. p. 215, 216.

(77) Eiusmodi feſtum ſaeculare exſpectatum fuit ab iis, qui hodiernam academiam Lovanienſem pro eadem habent cum ea, quae, ab Ioanne IV. Brabantiae Comite, die 9 Dec. 1425. fuit condita: his ego asſeverantibus fidem dederam. At celebratum non est, in academia, una cum academiis Gandavenſi et Leodienſi, auguſtisſimi Regis Guilielmi I. decreto, diei 25 Sept. 1816. conſtituta. Vetus enim academia iam, ab aliquot inde annis, Gallis imperantibus, iacuerat everſa. Legantur, quae hac de re ſcripta ſunt, a Franc. Ioſepho Dumbeck, Viro Cl. praemisſa *Annalibus Academiae Lovanienſis primi et ſecundi anni*, Brux. 1821. p. 15—17.

Sa-



Satis esse superque annotatorum video, ut fere me poeniteat exilis laboris, quem uno mense Martio absolutum iri sperabam, qui vero me horis subsecivis detinuit, usque ad medium Maii mensem. Sic accidere solet aetate provectioribus, unum ex altero inter scriptitandum trahentibus, nec facile modum finemque invenientibus. Atque erant Collegae amicissimi, qui liberius me excurrere posse putarent, quandoquidem hic Annalium codex pauciores continet, sive orationes, sive commentationes, quam volumina annis proxime exactis edita. Interim restat etiamnum indicis contexendi cura. Quis enim, in hac rerum miscellanearum ῥαψωδίᾳ, nisi indiculo monitus, inveniat, quod forte quaerere lubeat?



IN-

INDEX

COMMEMORATORUM

IN ORATIONE ET ANNOTATIS.



A.

B.

BLEU-

Druf-

Har-

LOE-

RUYSCH,

I N D E X

eorum, quae

V i r c l a r i s s i m u s

HERMANNUS ROYAARDS,

Theol. Doct. et in academia Rheno-Traiectina Prof.

scripsit et in lucem edi curavit.



In *Opusculis Societatis, cui symbolum:* Tandem fit surculus arbor, anno 1776. in lucem emisfis, edita est: *Interpretatio tesserae* huius *Sodalitatis*, scripta anno 1773. p. 1—8.

Disputatio de origine et invitamentis decori, ac de cautionibus in eius studio. Pars I. ibid. p. 106—157. Pars II. p. 158—188.

Disputatiuncula, qua ostenditur, decori rationem in S. Script. vocabulis, ac loquendi formulis, omnino fuisse habitam. ibid. p. 189—206.

Diatribe de dono linguarum. ibid. p. 273—291.

Dia-

Diatribe Academica, de emendandis plurimis veterum Scriptorum Graecorum locis, uti et de Hecatombis Homerique Oceano, publice defensa Praeside Carolo Segaar, V. C. Trai. 1775.

Bedenkingen over een algemeen grondbeginzel, waar uit alle de voorschriften van het natuurlijk recht kunnen worden afgeleid. In *Verhandelingen uitgeg. door het Zeeuwsch Genootschap der Wetenschappen.* Vol. XIII. ed. Mediob. 1786. p. 345—402.

Oratio inauguralis, *pro ordinis ratione, qua Deus in patefacienda religione usus sit.* Trai. ad Rhen. 1788.

Diatribe de divinitate Iesu Christi vera. Pars I. Trai. ad Rhen. 1791. Pars II. ibid. 1792.

Oratio, de doctrinae Christi iudicio hodie regundo. Trai. ad Rhen. 1792.

Aanspraak, over de liefde der waarheid, 't zekerst behoedmiddel tegen de dwalingen in de Leere van den Godsdienst. In *Verhandelingen van het Genootschap, tot verdediging van den Christ. Godsd. opgerigt in 's Hage, voor het jaar* 1793.

De waare aart van Jesus Koningrijk, afgeleid uit de Heilige Schriften. Utr. 1799.

Aanspraak, over de verkeerdheid en het gevaar dier denk- en leerwijze, waar door men de instellingen en plechtigheden van het Christendom schijnt *te*

te willen behouden, en echter dezelve geheel naar den Natuurlijken Godsdienst verklaart en vormt. In *Verhandel. van het Genootſchap tot verded. van den Chriſt. Godsd. voor het jaar* 1799.

Oratio, de iis, quae animum erigant demisſum contemplantium hodie rem Christianorum. Trai. ad Rhen. 1803.

Betoog, dat het Chriſtendom zonder daadzaken niet beſtaat, maar met dezelve op het naauwſte verbonden is, en dus geheel vervalt, wanneer de Heilige Gebeurtenisſen worden uit het oog verloren. In *Verhandel. van het Genootſchap tot verded. van den Christ. Godsd. voor het jaar* 1807.

Aanſpraak, ter beantwoording van de vraag: waarom verdedigen wij de waarheden van den Chriſtelijken Godsdienst? iisdem in Commentationibus, anno 1816.

Oratio, de Guilielmo Emmerio a Perponcher. In *Annalibus Academiae Rheno-Traiectinae, anni* 1819—1820.



PETRI HOFSTEDE DE GROOT,

IN ACADEMIA GRONINGANA,

THEOLOGIAE CANDIDATI,

DISPUTATIO,

QUA

RESPONDETUR AD QUAESTIONEM,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

AB ORDINE THEOLOGICO

PROPOSITAM:

„ *Cum tredecim illis, quas constat esse Pau-*
„ *linas, epistolis ita comparetur epistola ad*
„ *Hebraeos, ut, quaenam, et dictionis et*
„ *argumenti, similitudo huic cum illis inter-*
„ *cedat, singillatim et per partes ostenda-*
„ *tur.*"

QUAE PRAEMIUM REPORTAVIT,

DIE XXV M. MARTII A. CIↃIↃCCCXXV.

Χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν,
Εἴ τις γ', ὑφ' ἥβης σπλάγχνον ἔντονον φέρων,
Μάταια βάζει.

EURIPIDES.

Duae inprimis ſunt rationes, Viri Clarisſimi! ob quas quaestionem a Vobis propoſitam mihi ſumſi ſolvendam. Altera, quia res ipſa inquiſitione est dignisſima: altera, quia ad quaestionem rite tractandam lectitandae erant Pauli epistolae. Quae lectio, quam fuerit mihi ad hanc quaestionem accedenti necesſaria, et quantam habeat Theologiae ſtudioſo utilitatem, in omnium oculos incurrit. Neque prioris cauſae gravitatem quisquam facile neget. *Primum* enim ea est epistolae ad Hebraeos praestantia ac pondus, ut quis tandem eam ſcripſerit, omnes Theologi ſcire cupiant. *Deinde* certa, de Divinâ hujus ſcripti auctoritate, perſuaſio magnam partem a quaestione pendet, quis illius auctor ſit. Si Paulus fuerit, de eâ auctoritate nullum est dubium: ſin alius, disquiſitio de hoc argumento est in-

ſtituenda, non omni difficultate carens. *Porro* multi quidem, de dictionis et argumenti ſive ſimilitudine ſive diverſitate, quae hanc inter epistolam et tredecim Pauli epistolas intercedat, ſententiam dixerunt: pauci vero in eam inquiſiverunt, iique ipſi minus accurate in hoc argumento verſati ſunt. *Denique* ideo quoque quaestio vestra, Viri Clarisſimi! ſolutu dignisſima videbatur, quia aliter de ea judicaverant alii, iique viri doctisſimi. Inter eos autem, qui Paulinam esſe hanc epistolam negabant, haud ſcio, an nulli magis me moverint, quam Grotius, interpretum omnium optimus, et Valckenarius, literarum Graecarum fortasſe ante omnes princeps; quorum auctoritas eo majorem in me vim habebat, quoniam videbam, eos, fere ſolis argumentis internis, ex epistolae dictione ac ſtilo petitis, ſuam ſententiam defendisſe (1). Verum id, quod

(1) His addidisſem forte virum, etſi a Grotio et Valckenario immenſo distantem ſpatio, tamen in Pauli epistolis interpretandis ita egregium, ut illo glorietur patria nostra, P. Bosveld, qui operi: *Tijdmeter der gewijde Geſchiedenis*, T. IV. p. 283—394. inſeruit disſertationem *over den Schrijver en den Brief aan de Hebreen*, quae eandem ſententiam tuetur. Omiſi vero hunc virum doctisſimum, quia in Pauli epistolis, contra Nostratium morem agens, magis orationem contextam reſpicit, quam verba, quin haec negligit; unde di-

quod primum me afflixit, idem deinde maxime erexit: putabam enim, profecto operae pretium esse illum facturum, qui ostenderet, tantos homines forsitan minus considerate sententiam dixisse. Quodsi vero ideo hoc argumento gaudeam, quod fieri possit, ut materiam praebeat fortasse, maculae cujusdam his viris inurendae; sane non dignus sim, qui dicar Belga, cujus populi hi Duumviri sunt ornamenta in paucissimis splendidissima; non dignus sim, qui vel unum legam Graecorum ipsiusque N. F. librum; quos quidem libros jam facili opera intelligi a nobis posse, illorum etiam labori indefesso prae reliquis VV. DD. debetur. Sed ita existimo, quo major sit horum virorum auctoritas, eo magis arduum esse opus nostrum, atqui ardua solere esse pulchra.

In hujus autem epistolae cum tredecim Paulinis similitudine describenda, inprimis duo spectavi: primum, ut ne ea dicerem *Paulina*, quae essent pluribus istius aevi scriptoribus propria, unde multa ab aliis, praesertim a Bauero, cum in *Philologia Thucydideo-Paullina*, tum inprimis in *Rhetorica Paullina* et in *Logi-*

dictioni Paulinae dijudicandae minus idoneus esse censendus est. — Schulzii librum, deinde laudandum, non legi, nisi post conscriptam hanc disputationem.

gica Paullina, notata, ſciens volensque omiſi: alterum, ut, quod neminem credo feciſſe, et tamen utilisſimum videtur, quam plurima posſem, ex indole Pauli explicarem.

Ac jam ipſam qualemcumque disputationem meam lecturos, Vos, Viri Clarisſimi! etiam atque etiam rogo, ut qua estis ſemper humanitate et benevolentia; iisdem hunc quoque libellum excipiatis, nihil exſpectantes vestra eruditione dignum, ſed opusculum juvenile, tironem redolens.



EPI-

EPISTOLAE AD HEBRAEOS

CAPUT PRIMUM.

Col. 1.

Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως.] Non videntur ſubtiliter diſtinguendae eſſe hae voces, ſed ſynonymice junctae. Quo modo cum alii ſcriptores ſaepe loquuntur, tum inprimis Paulus. Difficilius autem eſt, multa adverbiorum ſynonymice conjunctorum exempla afferre: ſolet enim Paulus more Hebraico *ſubſtantivis* uti, ubi bene Graeci *adverbiis* utuntur; v. c. ἐν δικαιοσύνῃ pro δικαίως. Tamen ita dicit, 1 *Theſſ.* 2: 10. ſe vixiſſe ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως: item, *Tit.* 2: 12. Christianis eſſe vivendum σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς. Aliorum vocabulorum multa exempla deinceps nobis occurrent.

Λαλήσας — ἐν τοῖς προφήταις.] Pro ἐν frequentius διὰ hoc ſenſu dicitur: ſed de eadem re etiam Paulus dixit ἐν, cum λαλεῖν conjunctum,

2 *Cor.*

2 *Cor.* 12: 3. τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. Verbum hoc de eadem re, cum in reliquo N. F., tum apud Paulum, ſaepe legitur.

Τοῖς πατράσιν] Non additur ἡμῶν. Ita ſimpliciter ſcribere etiam ſolet Paulus; *Rom.* 9: 5. 11: 28. 15: 8. Sic etiam, in inſcriptione poſterioris ad *Tim.* et ad *Tit.* ſcribit ἀγαπητῷ et γνησίῳ τέκνῳ; omiſſo pronomine μου. Τοὺς πατέρας, omiſſo ἡμῶν, etiam dixit Paulus; *Act.* 13: 33. Ex Pauli autem orationibus, quas Lucas Actis Apoſtolicis inſeruit, ſtili et doctrinae Paulinae exempla duci poſſe mihi videntur; quippe cui, eas e ſcriptis monumentis ductas et vere *Paulinas* eſſe, perſuaſit Ven. J. C. Riehm, *Diſſ. de Fontibus Act. Apoſt.* (*Traj.* 1821) p. 81—100. Cujus viri doctiſſimi argumentis, quibus illud probat, etiam hoc ipſum addi poſſit, ſtilum et doctrinam earum orationum et epiſtolarum Paulinarum eſſe eandem.

Επ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων] Intelliguntur ex uſu Hebraico tempora N. F., quae 2 *Tim.* 3: 1. etiam ſimpliciter ἐσχάται ἡμέραι vocantur. Τούτων, ex conſtanti Pauli uſu, ſubſtantivo postponitur. (1)

'Ελά-

(1) Illius uſus exempla vide ap. Ven. C. G. Gersdorf, *Beyträge zur Sprach-Characteriſtik der Schriftſteller des N. T.* Tom. I. (*Lipſ.* 1816) p. 442 ſeqq.

Ἐλάλησεν.] Ad dictionis concinnitatem, addendum fuisset ἅπαξ vel ἁπλῶς; quale adverbium opponendum fuisset vocibus πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως. Sic *Rom.* 4: 9. omittitur μόνον, quod respondeat voci καί. Idem adv. deest post ἐμὲ; 2 *Cor.* 2: 5. Ita *Rom.* 6: 10. deest ἀεὶ, ad verba ζῇ τῷ Θεῷ, quod opponatur vocabulo praecedenti ἐφάπαξ. 1 *Cor.* 3: 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα: adde ἐσίτισα. *Phil.* 4: 10. addendum πάλαι, quod respondeat voci ἤδη. Inprimis autem in ep. ad *Rom.* saepe legitur: *primum Judaeus et Gentilis*, pro *et deinde Gentilis.*



Observa, omnia hoc colo sibi esse opposita, primum πάλαι et ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων; deinde τοῖς πατράσιν et ἡμῖν; denique ἐν τοῖς προφήταις et ἐν υἱῷ. Apud Paulum, antithesium amantissimum, multa inveniuntur tot antithesium conjunctarum exempla. V. *Rom.* 2: 7-10, 12. 5: 18. 10: 10. 11: 30, 31. 1 *Cor.* 1: 23, 24. 2 *Cor.* 4: 16-18. 5: 1. 8: 2. 11: 14, alibi.

Hujus autem coli gravissimus est sensus: nam sententiae de religione Mosaica et Christiana, hîc indicatae, innititur tota Auctoris argumentatio. Continet enim haec epistola compa-

parationem accuratam religionis Christianae cum Mosaica, illiusque prae hac praestantiam demonstrat. Jam vero rationem istam putabat Auctor esse inter hanc et illam, ut utraque esset arcte inter se conjuncta ac proprie una, ab uno Deo iisdem hominibus data; hoc vero discrimen adesse, quod prior ejusdem illius uniusque religionis initia ac rudimenta contineret, posterior perfectionem atque absolutionem; utriusque enim consilium fuisse, ut pax Deum inter hominesque restitueretur; sed priorem sua vi id prorsus perficere non potuisse, adeoque quod conatus esset cultus Mosaicus, sed non plane perfecisset, id demum ab omni parte esse perfectum per religionem Christianam. Haec est hujus Auctoris de religionis Mosaicae et Christianae ratione sententia, cujus hic partem indicat, nempe, *unam* esse religionem utramque, a Deo datam.

Universa autem haec sententia plane eadem est, quae apud Paulum invenitur: non quidem toties ac semper tam manifeste, uti in hac epistola: nam nullae Pauli literae, sicuti nostrae, ad solos Hebraeos sunt scriptae. Neque opus erat utriusque religionis rationem accurate definire, in usum Christianorum e Gentilibus, ad quos altera parum pertineret. Sed, licet non toties, nec semper tam manifeste inveniatur, tamen inveni-

tur

tur non raro eadem ſententia. Sic epiſtolae ad *Galatas* magnâ parte demonſtratio continetur, abrogatam esſe legem Moſaicam; atque ejus Cap. 3: 19–4: 11. dicit Paulus, illam ſemper ſpectasſe ad religionem Christianam, ac ſub lege fuisſe Israëlitas tantum eo usque, dum nova doctrina apparitura esſet; illius autem hunc uſum fuisſe, ut ipſos ad meliorem vitam efformaret, eo quidem conſilio, ut doctrinae Christianae eo lubentius ac facilius fidem haberent; fuisſe autem Israëlitas revera pueros, rationi rudiori atque imperfectiori ſervientes, ſed nunc adesſe rationem perfectiorem adultisque magis convenientem, quam inſtituerit Dei Filius.

Plura hac de re dicentur infra, ad 4: 2. 7: 18.

Ceterum Auctor ſtatim Hebraeorum benevolentiam captat, mentione injicienda librorum istorum, quibus valde ſuperbiebant Judaei. Inter innumeros modos, quibus Paulus uſus est ad homines ſibi benevolos reddendos, etiam hic recenſeri debet, quo ſe ſcientem vel et ſtudioſum profitetur rerum auditoribus lectoribusve adamatarum. *Athenienſibus* narrat, *Act.* 17: 23, 28, ſe ipſorum templa, praecipua Athenarum ornamenta, contemplatum esſe, citatque apud eos Arati dicta: — *Judaeis* Hieroſolymitanis, *Act.* 22: 3. ſe Judaeum esſe, in ipſorum urbe educatum, a doctore ipſis acceptisſimo eruditum, inſti-

ſtitutum lege ipſorum avitâ, ipſis omni parte fuisſe ſimilem. Christiani, qui *Romae* erant, quum olim ſuisſent fere omnes Judaei, in epiſtolâ, ſibi a Paulo inſcripta, ingentem legebant numerum locorum e V. T. citatorum. Qui erant *Corinthi*, quum olim ſuisſent fere omnes Gentiles, non oracula Judaica legebant, ſed crebras alluſiones, comparationes, metaphoras deſumtas ex ludis Isthmicis, prope ſuam urbem celebrari ſolitis. — Placent autem talia, per illum, quo quisque trahitur, ſuarum rerum amorem.

COL. 2.

Ὃν ἔθηκε κληρονόμον.] *Τίθημι*, *facio*, *conſtituo*, de illo, *qui aliquem muneri admovet*, ab aliis etiam dicitur, inprimis autem a Paulo. V. *Act.* 20: 28. 1 *Cor.* 12: 28. 1 *Tim.* 2: 7. 2 *Tim.* 1: 11. Quibus omnibus locis eâdem, qua hic, conſtructione dicitur: *τίθημί τινά τι.*

κληρονόμον] Est vox a Paulo amata, adeo ut haec, cum derivatis *κληρονομέω* et *κληρονομία*, in illius ſcriptis ſaepius legatur, quam in omni reliquo N. F. Vide Concordantias N. F. Etiam de *Christo* hoc nomen occurrit, *Rom.* 8: 17, ubi Christiani dicuntur *συγκληρονόμοι Χριστου*

i.

i. e. *cum Christo bonorum Divinorum κληρονόμοι.* Ergo etiam *Christus κληρονόμος.*

Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν.] Οἱ αἰῶνες significant *universum*, et hic et infra 11: 3. ad imitationem Hebr. עולמים. Voce hac, et in singulari et in plurali numero, notione eâdem usus est Paulus 1 *Cor.* 2: 7. et 2 *Cor.* 4: 4. coll. *Jo.* 12: 31. Quibus locis non addendus est locus *Eph.* 6: 12, ubi haec vox ejicienda videtur. Apud reliquos N. T. auctores hac significatione non reperitur. (1)

Dictio tota convenit cum verbis *Col.* 1: 16. τὰ πάντα δι' αὐτοῦ (I. X.) ἔκτισται, cui loco itidem non addendus locus, *Eph.* 3: 9. nam et ibi vocabula διὰ I. X. spuria videntur: sed 1 *Cor.* 8: 6. *Nobis unus est Dominus J. C.* δι' οὗ τὰ πάντα. Ex quibus locis patet, Pauli etiam doctrinae convenire, ut J. C. dicatur is, qui *mundum creaverit.*

Col. 3.

Ὅς.] Colon 2 *primo* adjunxerat Auctor per articulum ὅν, cui nunc hoc colon connectit per eundem articulum, sed alio casu positum. — Tri-

(1) Vid. J. B. Koppe, *Excurs. I. ad Galat.* p. 103—105.

Triplex est Paulo conjungendarum periodorum consuetudo; *vel* per participia; *vel* per particulas ὡς, ὅτι, cet.; *vel* per articulos aut pronomina relativa. Moris postremi exempla permulta sunt: eodem autem, quo hoc colo, modo, nempe, bis quidem, sed casu diverso, articulum vel pronomen ponens, scripsit *Rom.* 9: 4, 5. *Gal.* 2: 4, 5. *Eph.* 1: 13, 14. *Col.* 3: 6, 7. *Tit.* 1: 11. alibi.

Ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ] Simili modo unus Paulus Dei Filium descripsit, 2 *Cor.* 4: 4. *εἰκὼν τοῦ Θεοῦ.* *Col.* 1: 15. *εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου.* Item *Phil.* 2: 6. *ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἶσα Θεῷ.* Locus ex epistola nostra magis convenit vel cum 2 *Cor.* 4: 4. et *Col.* 1: 15. vel cum *Phil.* 2: 6. quam haec Pauli loca inter se conveniant.

Φέρων τε τὰ πάντα.] Etiam *Eph.* 4: 10. *Col.* 1: 16, 17. dicuntur *τὰ πάντα* esse Jesu Christo subjecta. Dictio autem haec *τὰ πάντα*, significatione *universi*, apud reliquos N. F. auctores non invenitur. Cf. item 1 *Cor.* 8: 6., ubi itidem, per *τὰ πάντα*, *rerum universitas* intelligitur. Etiam apud bene Graecos *τὰ πάντα* idem significat. Vide Platonis *Sophist.* p. 233. D E.

Δι' ἑαυτοῦ.] Haec vocabula abesse poterant: sed, quo major sit vis dictorum, addita sunt. Quae

Quae pronominis abundantia, quam *Platonicam* recte appelles, (Plato enim saepissime eâ utitur), etiam non raro apud Paulum invenias. Act. 17: 22. *τοῦτον*. 24. *οὗτος*. *Rom.* 2: 14. *οὗτοι*. 7: 10. *αὕτη*. 11. *δι᾽ αὐτῆς*. 15: 16, 19, 20. *τοῦτο*. 1 *Cor.* 5: 5. *τὸν τοιοῦτον*. 7: 20. *ἐν ταύτῃ*. 2 *Cor.* 1: 12. *αὕτη*. 9: 5. *ταύτην*. 12: 2. *τὸν τοιοῦτον*. *Gal.* 2: 20. *τοῦτο*. 5: 17. *ταῦτα*. *Phil.* 1: 22. *τοῦτο*. 3: 7. *ταῦτα*. Atque ita saepe alibi. — Quod autem ad doctrinam ipsam attinet: Jesum sponte se pro nobis morti dedisse, Paulus etiam saepius docet. V. *Eph* 2: 16. 5: 25. *Phil.* 2: 7, 8. *Col.* 1: 21, 22. 1 *Tim*. 2: 5, 6. Cf. infra ad 7: 27.

Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ.] A Paulo eadem res iisdem prope verbis memoratur, *Rom.* 8: 34. *Col.* 3: 1. *Eph.* 1: 20.

Sententia hujus coli etiam legitur, 2 *Cor.* 8: 9. in primis vero *Phil.* 2: 6-9. — Cum tota sententia cf. *Rom.* 11: 33. *Eph.* 1: 20, 21. inp. 2 *Thess.* 1: 10. 2: 8.

Col. 1—3.

In Col. 2 et 3. *primum* animadverte inexspectatam rerum non admodum dissimilium recensionem, qualem in Pauli epistolis saepius inveniri, deinceps plus semel erit monendi opportunitas. Vide ad 7: 26, 27. — *Deinde* observan-

vandum est, Paulum etiam ſolere eadem orationis gravitate uti, quum de J. C. mentionem facit. Hujus enim amore tanto flagrabat, ut, ubi forte in illum Pauli ſermo delabitur, ibi ſe non contineat, quin plura de illo addat. Sic quum Epheſiis, ſive quibuscunque ista epistola ſcripta ſit, ſummae Dei potentiae exhibere velit exemplum, laudat, quae Deus Jeſu post reditum e mortuis fecerat: verum occaſionem tam aptam Jeſu majestatis deſcribendae quî praetermittat? Igitur ſplendide et vivide eam depingit, *Eph.* 1: 21-23. Sic, factâ mentione de gratiâ Divinâ, miſſo J. C. nobis oblatâ, de Jeſu omnia Coloſſenſibus narrat, quae ſcribentis menti ſeſe offerrent, *Col.* 1: 14-20. Vid. etiam *Gal.* 2: 20. *Epheſ.* 5: 25-27. *Phil.* 2: 5-11. Quin, uti hic ſtatim initio, ſic jam in exordio epistolae ad *Rom.* et ad *Gal.* talis de Jeſu invenitur excurſus. Nam ita Jeſum amabat Paulus, ut ſaepe neſcire videatur, quo tandem modo Jeſu excellentiam digne deſcribere poſſit. Ad quam deſcriptionem etſi, cum tenerrima animi affectione, omni orationis vi uſus erat, tamen profitetur ſe prorſus non poſſe talem rem rite deſcribere, cujus *latitudo, et longitudo, et profunditas, et ſublimitas* intelligi nobis plane non poſſint; *Eph.* 3: 18.

Denique addendum, his tribus colis totius epistolae argumentum contineri: nam de ſumma Je-

Jesu dignitate ejusque expiandi munere semper loquitur Auctor, etsi excursus hic illic inserens. Ita Paulus, post praemissum prologum, *Rom.* 1: 16, 17, hoc epistolae argumentum proponit, „ omnes homines, sive Judaeos sive Gentiles, sola fide Jesu habita, servari posse;" quod argumentum per totam deinceps epistolam tractat, variis intermixtis quaestionibus aliis (1). Clare 1 *Cor.* 1: 10 sqq. indicat *quare*, adeoque *quid* hac in epistola scripturus sit. Item facit, *Gal.* 1: 6 sqq. *Tit.* 1: 5. *Philem.* 10. Reliquarum epistolarum argumentum magis varium est; unde in exordio explicari non poterat.

Κρείττων.] Non mirum hanc vocem et omnes, quae ad comparandam rem alteram cum altera pertinent, in hac epistola longe saepius legi, quam in Paulinis: nam haec una argumentum continet, comparandi voces tantopere requirens; cum nempe Jesum Jesuque rationem cum ratione Veteris Foederis conferat.

Col. 4.

Hoc colo argumentum, tribus praecedentibus indicatum, explicare incipit Auctor. Incipit au-

(1) Vide ad illum locum Ven. P. Bosveld, *Verklaring van Paulus Brief aan de Romeinen* [illegible]

autem ita, ut structura adeo conjuncta sint argumenti et *propositio* et *explicatio*, ut una eademque res esse utraque videatur. Plane eodem modo egit Paulus, *Rom.* 1: 17 sqq.

Τοσούτῳ - ὅσῳ.] Antitheses amare cum Auctorem ad *Hebraeos*, tum Paulum, et jam vidimus, et saepe etiam videbimus. Cum exemplo praesenti cf. ὡς - οὕτω, *Rom.* 5: 15, 18. ὥσπερ - οὕτω, *Rom.* 5: 19. ὅσοι - οὗτοι, *Rom.* 8: 14. *Gal.* 6: 12. ὅσοι - αὐτοί, *Gal.* 6: 16, cet.

Γενόμενος.] Conjungendum est cum ἐκάθισεν col. 3., quae per hypallagen ponuntur pro καθίσας - ἐγένετο. Talis hypallage invenitur *Rom.* 4: 20. 2 *Cor.* 7: 7. *Eph.* 6: 13. 1 *Tim.* 1: 2. infra 2: 18, 7: 3. al. (1)

Διαφορώτερον παρ' αὐτούς.] Παρὰ adjectivis comparativis saepius adjunxit Scriptor ad *Hebr.*, numquam Paulus (2). Ita autem fit, ut bis indicetur comparativus, et adjectivo et praepositione. Paulus, qua semper est verborum gravissimorum copia, etiam interdum bis comparativum expressit. Sic 2 *Cor.* 7: 13. πε-

(1) Haec loca citavit C. L. Bauer, *Philologia Thucydideo Paullina* (*Halae* 1773) p. 104 sq.

(2) Quod primus observavit L. Bos in J. Alberti *Glossar. N. T.* p. 167. et dein late explicuit L. C. Valckenaer, *Schol.* ad 1 *Cor.* 3: 11. T. II. p. 147—155.

περισσοτέρως μᾶλλον — 12: 13 ἡττάομαι ὑπέρ. *Phil.* 1: 23. μᾶλλον κρεῖσσον. Cf. *Eph.* 3: 8., ubi se vocat ἐλαχιστότερον πάντων, comparativo ex superlativo ἐλάχιστος formato. Praep. παρὰ significat *supra*, *magis quam*, *prae*, et h. l. et *Rom.* 1: 25. 14: 5; quae notio, Paulo alibi non usitata, frequens est apud Graecos. Confer, quae supra ad vocem κρείττων dixi.

Διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα.] Paulus, *Eph.* 1: 21. Deum dicit Christum induisse gloriâ ὑπεράνω παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Magis etiam convenit *Phil.* 2: 9. ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.

Hoc colo incipit Auctor Jesu prae Angelis majestatem praedicare. Idem agit Paulus, *Eph.* 1: 20, 21.

Col. 5.

Υἱός μου εἶ σὺ cet.] Eundem hunc *Ps.* 2: 7. locum, quo Jesu dignitatem sublimem demonstraret, laudavit Paulus, *Act.* 13: 33.

Πάλιν.] Indicat haec particula, iterum V. F. locum sequi. Vid. ad colon seq. — Hic autem monendum videtur, ne illum cum multis interpretibus errorem commitamus, quo loca e V. F.

F. secundum versionem Alexandrinam citata usui dicendi Paulino declarando adhibeantur. Si igitur, ad quaedam hujus epistolae loca, invenitis, Viri Clarissimi! dicta plane eadem ex Pauli epistolis ab interpretibus citata, a me vero omissa; videatis, num talia, vel in hac epistola vel in Pauli epistolis dicta, e V. F. desumta sint, nec ne. Porro animadvertere hic liceat, quanto partium studio homines plerique ducantur. Nam Valckenarius, cujus immensam doctrinam quis non stupeat? Valckenarius etiam (pudet juveni de viro tanto haec esse dicenda) *Schol.* ad h. l. T. II. p. 387, quo discrimen inter stilum Pauli et Scriptoris ad *Hebr.* ostendat, observat, structuram ἔσομαι εἰς πατέρα, esse male Graecam, in hac epistola etiam 8: 10. obviam, sed pro qua Paulus in eadem sententia dixerit, 2 *Cor.* 6: 16. ἔσομαι Θεός. At Paulus, eodem illo loco col. 18. etiam dixit ἔσομαι εἰς πατέρα; quod Valckenarium quomodo potuerit latere, non intelligo. Nec tamen memoravit. Nondum dixi, haec omnia e V. F. versione Alexandrina insuper esse desumta.

Col. 6.

Πάλιν.] Id est *alio V. F. loco* sive *iterum*, quo vocabulo plane eodem modo utuntur, cum alii,

alii, tum Cyprianus. Ratione eâdem particula haec apud Paulum, plures e V. F. locos citantem, ter legitur, *Rom.* 15: 10-12; semel 1 *Cor.* 3: 10.

Τὸν πρωτότοκον.] De J. C. hoc nomen nulli dixerunt, nisi Joannes, *Apoc.* 1: 5. et Paulus, *Rom.* 8: 29. *Col.* 1: 15, 18.

Λέγει.] Deest ἡ γραφὴ, quae vox, in hac similive laudandi formula, a Paulo, locum e V. F. citante, eoque fere uno, saepissime omittitur. Ita λέγει, *Rom.* 15: 10. *Eph.* 4: 8. 5: 6. 10: 5. φησί, 1 *Cor.* 6: 16. ἐῤῥήθη (ubi deest ἐν τῇ γραφῇ) *Rom.* 9: 12. Passim autem apud Paulum sic invenias γέγραπται.

Ceterum Auctor in citando h. l sequitur versionem Alexandrinam, in quâ solâ, non in exemplo Hebraico, haec verba inveniuntur. Multis autem, cum hujus epistolae, tum epistolarum Paulinarum locis, inveniri dicta V. F. secundum Alexandrinos, non secundum verba Hebraea, allata, docet Koppe, *Excurs. I. ad Rom.* p. 354 sq. 369 sqq. *ed. Ammon.* 3ae.

Col. 7.

Πρός.] *Quod ad, de.* Praepositio haec, si minus aliis Pauli locis, hac significatione occurrit saltem, *Rom.* 10: 21. πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει.

Qui

Qui sequitur locus, desumtus est e *Ps.* 104: 4. secundum versionem Alexandrinam. Pro πυρὸς φλόγα autem, legitur ibi πῦρ φλέγον: cujus diversitatis causa fortasse est, quod memoriter citaverit locum. Talis diversitas, in citandis V. F. locis, etiam apud Paulum aliquando invenitur; v. c. *Rom.* 9: 13. 14: 11. 1 *Cor.* 2: 9. 14: 21. 2 *Cor.* 6: 17. alibi.

COL. 8, 9.

Putat V. Cl. Schulz, (1) interpres pluribus nominibus excellens, qui hanc epistolam a Paulo multis argumentis abjudicat, hunc locum, et 1: 2, 12, 13. 7: 24, 25, 26. 9: 14. pugnare cum 1 *Cor.* 15: 24 sqq. Sensum locorum posteriorum cum Pauli doctrina non pugnare, ex dicendis ad 7: 24, 25. satis constabit. Quod ad hujus cap. loca attinet; hic mihi cum plerisque interpretibus agi videtur de Jesu natura Divina; 1 *Cor.* 15: 24 sqq. de Jesu Messia; quae non inter se sunt confundenda.

(1) *Der Brief an die Hebräer* (*Breslau* 1818) p. 116.

COL.

Col. 13.

Jesum sedere ad dextram Dei, demonstrat Auctor ex *Ps.* 110: 1. cujus oraculi verba, ad eandem rem declarandam, citavit Paulus, 1 *Cor.* 15: 25.

Col. 5—13.

Constant haec cola continuâ locorum e V. F. citatorum serie, qua usus est Scriptor, ne alienos a se redderet Judaeo-Christianorum animos. Saepius quoque plures V. F. locos sibi junctos in Pauli epistolis invenias, v. c. 2 *Cor.* 6: 16-18. 9: 9, 10. inprimis in epistola ad *Romanos*, fere omnes e Judaeis factos Christianos. Vide 3: 10-18. 9: 25-29. 11: 26, 27. 15: 9-12., quorum locorum plerisque, uti h. l., nullius V. F. scriptoris nomen laudatur.

Plurima autem oracula hic citata proprie agunt vel de Salomone, vel de Deo, sed improprie ac symbolice etiam ad Messiam applicantur. Vide inprimis Grotium ad h. l. Ejusdem explicandi V. F. moris exempla multa nobis dein-

deinceps occurrent. (1) Hic monuisse sufficiat, saepissime talia legi in epistolis Pauli, qui loca, proprie de aliis rebus agentia, de J. C. interpretatus est; v. c. *Rom.* 9: 33. 11: 26. 15: 3, 12, 21. *Eph.* 4: 8, ad quae loca in hanc rem cf. Grotium. Alia omitto deinceps citanda.

Porro sunt haec loca omnia, vel verbotenus, vel levi tantum mutatione factâ, citata secundum versionem Alexandrinam, quod etiam facere Paulum fere solere, vide apud Koppium, *Excurs. ad Rom.* I. p. 348.

Denique ad epistolae introïtum est dicendum, Auctori in more esse positum, ut quae profe-

rat

(1) Quam ob rem ne vituperetur Auctor. Est enim ejus „*Zweck im mindesten nicht das A. T. zu erklären, oder zu disputiren, oder zu zeigen, wo im A. T. von Jesu die Rede sey, und es wird immer widersinnig gegen sich und den Zusammenhang, wenn man so etwas voraussetzet. Aber preisen, die Herrlichkeit des Sohns verkündigen, mit allem, was er Groses finden und Sagen konnte, das will er. Er kämpst mit Bildern, allen Vorstellungsarten des Hellenismus, um Jesus als den Einigen, jedem Engel und Erzengel Unvergleichbaren, als den Gott der ganzen Geisterwelt zu zeigen. Alle Dinge trägt er mit seinem mächtigen Wort! Also ist er nicht das Wort, als Werkzeug, als Mittelursache; Urkraft ist er.*" J. G. von Herder, *Erläuterungen zum N. T. aus einer neueröfneten morgenländischen Quelle* S. 37, 38. Cujus loci partem ultimam adscripsi, quia facit ad totum Caput I. intelligendum.

rat, saepissime e V. F. demonstret: quod itidem esse methodum Paulinam, quis nescit?

Col. 14.

Praecessit colo 13 interrogatio, cui per interrogationem hoc colo respondet Auctor. Adamatae sunt Paulo crebrae interrogationes; quas eadem, qua h. l., ratione propositas lege, 1 *Cor.* 1: 20. 3: 4. 5: 12. 2 *Cor.* 1: 17. 3: 1. alibi, inprimis in epistolis ad *Corinthios*, servide scriptis.

Λειτουργικά.] Haec vox, cum cognatis *λειτουργέω*, *λειτουργία*, *λειτουργός*, bis tantum in reliquo N. F. legitur, sed saepius cum in hac epistola, tum in Paulinis. Vide *Concordantias* in vocibus.

Μέλλοντες κληρονομεῖν τὴν σωτηρίαν.] Vere Christianos etiam *κληρονόμους Θεοῦ* (i. e. *bonorum Divinorum*) vocat Paulus, *Rom.* 8: 17. *Gal.* 4: 7. — *Σωτηρία* saepe in hac epistola de *felicitate Christiana* dicitur, sed saepe etiam apud Paulum; v. c. *Rom.* 13: 11. *Phil.* 1: 19, 28. 1 *Thess.* 5: 8, 9. alibi.

Col. 4—14.

Haec cola, comparatione inter Angelos et Mes-

Messiam institutâ, *hujus* prae *illis* majestatem declarant. Comparando rem vel illustrare vel demonstrare, saepius conatur etiam Paulus. Ex locis, quae multo numero adduxit C. L. Bauer, in *Logica Paullina* (*Halae* 1774) p. 275 sqq. 406 sqq, inprimis cf. 2 *Cor*. 3: 6 - 11. ubi cum lege Mosaicâ comparat Euangelium, et *Rom*. 5: 12—21. ubi Adamum cum Christo. Praeterea vide 1 *Cor*. 10: 1 - 10. 15: 36 - 44. *Gal*. 4: 1 - 8. et loca, ubi Jesu fata cum hominum fatis comparat, citanda ad 2: 10. al.

Est autem, ad hanc Auctoris nostri cum Pauli methodo convenientiam, probe hic attendendum: quum et tota haec epistola fere constet talibus comparationibus; et semel h. l. de iis monuisse nobis sufficiat.



CAPUT SECUNDUM.

Col. 1.

Περισσοτέρως.] Forma haec comparativa, si unum locum *Marc.* 15: 14. exceperis, in N. F. non est obvia, nisi in hac epistola et in Pauli scriptis.

Προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι.] Dictio haec rarius invenitur: legitur autem infra 7: 13. et 1 *Tim.* 1: 4. 3: 8. 4: 13. *Tit.* 1: 14. Num saepius occurrat in N. F., haud scio.

Col. 2.

Ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος.] Etiam *Gal.* 3: 19. lex Mosaica lata dicitur *Angelorum ministerio.* Quam opinionem, Judaeis quidem familiarem (1), nullus tamen scriptor N. F. protulit, praeter Paulum, Auctorem epistolae ad *Hebr.*, et Stepha-

(1) Vide Koppe, ad *Gal.* 3: 19. et Wetstenium ad l. l. p. 224.

phanum, *Act.* 7: 53. — Paulus autem ſaepe Angelorum mentionem facit, interdum etiam ubi nobis mirum videatur, 1 *Cor.* 10: 10. 11: 10. 13: 1. 2 *Cor.* 11: 14. 12: 7. *Gal.* 1: 8. 4: 14. *Col.* 2: 18. 1 *Tim.* 5: 21.

Πᾶσα παράβασις καὶ παρακοή.] Nomina ſynonymice juncta pasſim, apud Paulum quoque, invenias. Sic ſubſtantiva duo, *Rom.* 14: 13. 16: 18. 1 *Cor.* 1: 5, 10. 2: 4. 2 *Cor.* 7: 15. *Phil.* 4: 6. cet. Magis etiam cum h. l. convenit 1 *Cor.* 14: 3. ubi junguntur παράκλησις et παραμυθία. Sunt autem παράβασις et παρακοὴ voces in N. F. non alibi lectae, niſi in hac epiſtola et apud Paulum. — Porro πᾶσα, quod his ſubſtantivis additur, ſaepisſime talibus nominibus virtutum, vitiorum, ſimilium jungitur a Paulo. Vide *Rom.* 1: 18, 29. 7: 8. 15: 13, 14. 2 *Cor.* 12: 12. *Eph.* 1: 3, 8. *Phil.* 1: 20. cet. Πᾶσα παρακοὴ dicitur, 2 *Cor.* 10: 6. — Denique de paronomaſiâ prorſus Paulinâ, quae his vocibus ineſt, dicetur ad 5: 8.

Μισθαποδοσίαν.] Haec vox et μισθαποδότης nusquam, neque apud pure Graecos, neque apud Hellenistas, legitur, niſi in hac epistola. Multa ſunt etiam apud Paulum vocabula, quae ipſe finxisſe videtur, v. c. καταναρκάω, προσαναπληρόω, προσευαγγελίζομαι, ψευδάδελφος, ψευδαπόστολος, cet.

COL.

Col. 3.

Coli praecedentis prior hujus coli pars antithesin continet. Inter innumeras in Pauli scriptis obvias antitheses, cum praesenti formâ conveniunt *Rom.* 11: 12, 15, 24. cet., Sed et formâ et materiâ maxime conveniunt 2 *Cor.* 3: 7, 8. εἰ δὲ — *si ministerium Mosaicum fuit gloriosum; πῶς οὐχὶ μᾶλλον — quanto magis ministerium Euangelii? Gal.* 4: 8, 9. *Tunc quidem, Deum ignorantes, idolis serviebatis; nunc vero Deum cognoscentes,* πῶς — *qui tandem rursus rudimentis inutilibus operam datis?*

Vide mox ad hujus Cap. col. 2-4.

ἥτις ἀρχήν cet.] Verba haec omnibus, Paulum esse scriptorem hujus epistolae negantibus, magnum continere videntur sententiae suae praesidium. Quis enim credat, inquiunt, Paulum, dignitatis suae Apostolicae vindicem acerrimum, Paulum semper affirmantem, sibi ἀποκαλύψεσι Divinis, non ab hominibus, doctrinam Euangelicam esse traditam, Paulum, si quod religionis caput esset defendendum, ad suam provocantem auctoritatem; hunc igitur Paulum, ut Divinam doctrinae Euangelicae originem ostenderet, scripsisse, *illam doctrinam ab auritis testibus ad sese esse perlatam?* Profecto candide fatendum est, magnam huic argumento videri inesse

esſe probabilitatem. Sed et adverſarii confiteantur oportet, hoc argumentum non ſufficere, quo demonſtrent, Paulum non esſe ſcriptorem hujus epistolae. Tria enim animadvertenda; *primo*, non ſemper ad auctoritatem ſuam provocasſe Paulum; *ſecundo*, ſi Auctor hujus epistolae Paulus ſit, hîc quidem illum non potuisſe ad ſuam provocare auctoritatem; *tertio* dicendi modum ex uſu Paulino esſe explicandum.

Quod ad *primum*, quo dicebatur, Paulum non ſemper ad auctoritatem ſuam provocasſe; non negamus illum, in epistolis ad *Corinthios*, *Galatas*, *Epheſios*, hoc fecisſe: nam negabant multi earum eccleſiarum ſocii illam auctoritatem Pauli Apostolicam, qua tamen ſolâ doctrinae, iis ab ipſo traditae, veritas innitebatur. Paulo igitur necesſitas imponebatur jus ſuum Apostolicum vindicandi. Reliquarum vero epistolarum lectoribus vel ſumit perſuaſum esſe de hac ſua auctoritate, v. c. Thesſalonicenſibus; vel iis, justis adducendis ratiociniis, doctrinam, a ſe traditam, veram esſe probat, v. c. Romanis. Atque hoc modo ſemper agit Auctor ad *Hebraeos*.

Deinde Paulus, ſi esſe hujus epistolae ſcriptor cenſeatur, hic quidem auctoritate ſua Apostolica non potuit uti. Fingas enim Paulum esſe auctorem hujus ſcripti, quare dicas eum in epistolae initio tacuisſe nomen? Aut nullam dabis rationem,

nem, aut hanc, eum fecisſe eo conſilio, ut lectoribus, ſcribendi initium faciens, ignotus esſet. Nam tanto Pauli odio ardebant Judaei omnes, ut non lecturi fuisſent epistolam Pauli nomen praeferentem. Eam vero ſi jam perlegisſent, non erat, quare amplius nescire deberent auctorem; adeo ut nihil Paulum impediret, quo minus in epistolae fine talia diceret, quae non certo quidem, ſed ſatis tamen clare indicarent, ſe esſe auctorem: ſed in ſcriptionis principio ista cavere debuit (1). Quodſi igitur ignotus esſet, quî auctoritate *ſua* uteretur? Ergo uti in epistola ad *Rom.*, ita in hac quo-

(1) Hoc argumentum ridet hodierna Germanorum critica altior. Verum nonne experientia nostra quotidiana nos docet, homines religioni deditos animi minus liberalis nolle legere, quae putant ab homine haeretico esſe ſcripta? Nonne Judaei erant animo minime liberali, qui nollent adeo populares doctrina Gentilium inſtitui? Nonne Paulus Christianis Judaicis haereticus fuit? „ At, inquit Critica, ſi in ſcriptionis principio, Auctoris nomen non inveniebant lectores, in fine illud quaeſituri erant, ac ſecundum tuam ſententiam ſatis certo Paulum invenisſent." Ne ex tuis moribus antiquitatem judica. Nos epistolam accipientes, quam qui ſcripſerit ignoramus, ſtatim finem inſpicimus, ibi certo ſperantes Auctoris nomen nos inventuros esſe; Orientales atque omnino Veteres non item: hi enim ſemper epistolae principio nomen inſcribebant, numquam fini. Qua ratione itaque Hebraei eo loco quaerere poterant Auctoris nomen, ubi numquam ſcribebatur?

quoque, ratiociniis aliorumque testimoniis tantum utitur.

Denique addendum est, dicendi modum ex usu Paulino esse explicandum. Nam *εἰς ἡμᾶς* non necessario significat *ad nos*, i. e. *ad me:* sed significare potest *ad aequales nostros*, quin *ad eos, ad quos scribo:* qua ratione saepius prima persona pro altera usus est Paulus, cum alibi, tum in priore ad *Corinthios* epistola; nam multa, quae in Corinthiis erant reprehendenda longe minus acerbe iis dici poterat, si Paulus, prima utens persona, se quasi una cum iis istorum vitiorum reum faciebat. Exempla quaedam notavit Glassius p. 17, ex quibus illustriora nonnulla hîc afferam. Notum est, et a pluribus interpretibus agnitum, quae Paulus habet, *Rom.* 7: 7-25, non de se eum dicere, licet *primâ pers. sing.* utatur, sed potius de omnibus omnino hominibus, ipso Paulo quidem non excepto, attamen tali, in quem dicta omnium minime conveniant: nam col. 14. dicit se esse ita *σαρκικὸν, ut mancipatus esset peccato* sive *vitiositati:* quum tamen, Cap. 6 et 7: 4-6. demonstrasset, se cum Christianis, Romae degentibus, per J. C. servitio legis et peccatorum liberatum esse; quod idem de se etiam profitetur deinde 8: 2. Haec itaque pugnent, nisi per *ἐγὼ* 7: 7-25. non Paulus intelligatur, sed in genere *homines.*

Quod

Qualia si quis non admittit, sed historice dicta postulat; en historica: nam eadem ratione dicit, *Rom.* 9: 24, de Deo: *Vocavit* nos *non modo ex Judaeis, sed etiam ex Gentilibus.* Ita 1 *Thess.* 3: 4.: *Quum eramus apud vos, praediximus vobis*, nos *esse vexandos, uti et factum est.* Tota orationis series docet, praedixisse Paulum Thessalonicensibus, non *se*, sed *ipsos* opprimendos esse. Praeterea illud tanquam futuri quid praedici non poterat de Paulo, tunc jam homine vexatissimo. Si plura velis, cf. *Rom.* 10: 18, 19. 11: 1. 1 *Cor.* 10: 29, 30. 13: 1-3. 15: 52. *Gal.* 2: 18; quibus omnibus locis primâ perf., vel pro secundâ vel pro tertiâ, usus est Paulus. — Praeterea hoc loco etiam apte Auctorem hoc dicendi modo, quem *κοίνωσιν* vocant, potuisse uti, inde patet, quia col. 1. eo jam usus erat: in ipsum enim, virum sanctum, non cadebat suspicio, fore, ut Jesum, quem tantopere amaret, relinqueret. — Tandem *εἰς ἡμᾶς* etiam posse significare, *ad tempora nostra*, certissimum est. Quid enim frequentius dictionibus, *ante me factum est, ad me usque continuatum est?* Sic *Gal.* 3: 24. *Lex paedagogus fuit εἰς Χριστόν, ad Christi tempora.*

Quae omnia quum ita sese habeant, nos quidem putemus, si alia sint argumenta, quibus probabile fiat, Paulum hanc epistolam non scri-

psisse, hunc locum forte aliter esse explicandum: sin alia sat gravia argumenta desint, hunc locum non esse talem, quo uti nobis liceat, ad hanc epistolam a Paulo abjudicandam; cum hujus dicti facilem ac prorsus bonam, uti nobis videtur, interpretationem attulerimus.

Col. 4.

Uti h. c. dicitur, Euangelium esse confirmatum *σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι*; sic se miracula fecisse declarat Paulus, his iisdem verbis, ita synonymice positis, 2 *Cor.* 12: 12. Itidem, sed alio ordine, haec verba leguntur, 2 *Thess.* 2: 9.

Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς.] Nemo Apostolorum toties de Spiritu S. locutus est, quoties Paulus: nec quisquam, credo, hujus Spiritus S. dona argumentum adduxit, quo efficeretur veram esse doctrinam Christianam, praeter Auctorem nostrum et Paulum, 1 *Cor.* 14: 22. — Μερίζειν de his donis dicitur, *Rom.* 12: 3. 1 *Cor.* 7: 17, annotante Grotio; et *διαιρεῖν*, 1 *Cor.* 12: 11; quod verbum non multum ab altero differt.

Κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν.] Id quidem soli Paulo proprium est, affirmare, Deum aliis alia dare Spiritus S. dona, secundum voluntatem suam;

Rom. 12: 3, 6. *Eph.* 4: 7. inprimis 1 *Cor.* 12: 4, 7-11, 28.

Interpres hujus epistolae nuperrimus Schulz, p. 146 sqq. annotavit, nomina fem. in σις admodum multa in hac epistolâ legi, pro quibus Paulus infinitivo fere utatur cum articulo τό. Quod vir cl. omnino verissime dicere mihi videtur. Ne autem stili haec diversitas tanta videatur, ut propterea Paulus hujus epistolae auctor esse non possit, haec teneantur. *Primum*, nomina in σις, a cl. Schulzio recensita, item alia, quae in epistolâ ad *Hebraeos* leguntur, non prorsus deësse in epp. Paulinis: nam ἀπόλαυσις et ἔκβασις in his leguntur *semel*; ἐπίθεσις, ἀνάμνησις, ἄφεσις, ὑπόστασις *bis*; περιποίησις *ter*; βεβαίωσις et παράβασις *quinquies*; πρόθεσις *sexies*; ἀπολύτρωσις *septies*; κλῆσις *novem locis*; δέησις *duodecim*; παράκλησις *undeviginti*; συνείδησις *viginti et uno locis*. *Deinde*, usum illum infinitivi cum articulo, pro nomine substantivo, in hac quoquo epistolâ minime esse rarum. Sic v. c. infinitivus, praecedente εἰς τό, legitur 2: 17. 7: 25. 8 3. 9: 14, 28. 11: 3. 12 10. 13: 21. Hoc exemplum affero, quia εἰς τό, sequente infinitivo, structura est Paulina. Vide ad 8: 3. *Tertio* notandum, infinitivi usum illum saepe esse male Graecum, substantiva illa in σις non item; quare hic usus

pertinet ad dictionem hujus epistolae melius Graecam, quam Pauli epistolarum: de quo argumento agemus in iis, quae, post epistolae tractationem absolutam, generatim dicemus.

Col. 2 – 4.

A minori ad majus concludit Auctor: *si lex ab* Angelis *lata* cet.; *quanto magis salus a* Dei Filio *oblata* cet. Est haec argumentandi methodus Paulo admodum familiaris; ex quâ quum tota haec epistola pendere videatur, in qua nimirum praestantia salutis a J. C. partae, prae piaculis Leviticis, ostenditur argumentis a minori ad majus ductis: necesse est, ut hic nonnulla hujus methodi Paulinae exempla adducantur. Quaedam jam vide ad col. 3. — Alia haec sunt: *Rom.* 5: 10. „ Si nos inimici reconciliati sumus Deo per *mortem* ejus Filii; multo magis reconciliati servabimur per illius vitam." 11: 12, 15. „ Si *jactura* Judaeorum salus Gentilium, quanto magis *admissio* Judaeorum." 11: 24. „ Si Gentiles tanquam rami *oleastri* sunt insiti *olivae*, quanto magis Judaei, naturales *olivae* rami, illi inserentur." Vid. porro 1 *Cor.* 6: 18. 9: 9, 10, 24, 25. 11: 15. 1 *Tim.* 3: 5. al.

Col.

COL. 1—4.

His colis cohortatio continetur, mediae disputationi interposita. Solet etiam Paulus, etsi demonstrando totus videatur occupatus, saepe ex abrupto intermiscere monita tenerrima. Nimirum hominum salutis promovendae ardore ita flagrabat, ut animi impetui saepe resistere non posset, quominus affectu paterno lectores admoneret, uti ne salutem suam ipsi negligerent. Exempla vide, ad 10: 19.

COL. 5.

Post hoc colon intellige: *sed Christo.* Pergit autem ratiocinari Auctor, ac si haec verba dixisset. Tales ellipses, ex scribendi ardore ortas, apud Paulum saepe invenias. Ita *Rom.* 4: 9. rogat, „ num salus illa Euangelii, ex fide profecta, ad solos pertineat Judaeos, an vero etiam ad Gentiles?" ubi deest responsum *ad utrosque.* Quod tamen ac si scripsisset, pergit ad illius doctrinae veritatem demonstrandam. *Rom.* 8: 12. *Non prave nobis vivendum est;* ubi adde, *sed sancte*, quod seq. col. postulat. *Rom.* 15: 3. *Nec enim Christus quaesivit sibi grata. sed, sicut scriptum est*, cet.; ubi post *sed*, intelligendum, *aliorum causa vixit.* Post locum 1 *Cor.* 10: 9. item supplendum est: *sed*

sed non faciam. Alia exempla deinde videbimus, ad 3: 15. alibi. Alius generis est ellipsis, de qua mox, ad 2: 15.

Col. 6. - 8. (Usque ad verba: *τῶν ποδῶν αὐτοῦ.*)

Est hoc vaticinium desumtum e *Ps.* 8., ubi quod de *homine* dicitur generatim, id hic in *Messiam* transfertur: quale quid saepius agere cum Paulum, tum Auctorem ad Hebr., jam diximus, ad 1: 5 - 13.

Hic addendum, insigne convenientiae, inter utrumque scriptorem intercedentis, exemplum esse, quod hunc eundem Psalmi locum, de Messia itidem interpretatus sit Paulus, 1 *Cor.* 15: 27. *Eph.* 1: 22.

Col. 8.

Vocabula τὰ πάντα ὑποτάσσεσθαι, ex loco V. F. citato retinet, iisque bis hoc colo utitur, ac praeterea voce cognata ἀνυπότακτον. Quod esse moris Paulini, vide ad col. 14 et 10: 39. Idem autem hoc verbum ὑποτάσσεσθαι, ex eodem Psalmi loco retinuit saepiusque repetiit Paulus, 1 *Cor.* 15: 27, 28. Porro quum Paulus locum V. F. laudat, illum post rem demonstratam non addit, novi argumenti instar, uti alii fere so-

solent, sed ex eo ipso loco argumentatur. Ita fit etiam h. l. Nam vocabulis τὰ πάντα, e Psalmo assumtis, omnis argumentatio innititur. Saepius in hanc rem vocabulum aliquod oraculi citati ita urget Paulus, uti fit h. l.; v. c. *Rom.* 10: 11-13. ubi idem hoc πᾶς; ibidem 16, 17. ubi πίστις et ἀκοή attendatur. 2 *Cor.* 6: 1, 2. *Deus ait: exaudio tempore grato et die salutari. En nunc tempus est gratum: en nunc dies salutaris;* ubi conclusio: *ergo nunc, N. F. tempore, nos audiet*, omittitur. *Gal.* 3: 16. vocem τὸ σπέρμα urget, ubi tamen V. F. respicit potius, quam citat cet. In universum autem e vocabuli unius sensu saepe argumentatur Paulus. Cujusmodi sunt πιστεύειν, *Rom.* 4: 4. πίστις, *Gal.* 3: 2. κληρονόμοι, 4: 1 sqq. ἀναβαίνειν, *Eph.* 4: 8 sqq.

Col. 9.

In hoc colo explicando, mirum est, quomodo se torqueant interpretes. Et tamen simpliciter admodum Jesus dici videtur propter mortem, quam passus est, gloriam esse adeptus: quae sententia nescio, an alibi in N. F. inveniatur, praeter *Phil.* 2: 9 et infra 12: 2.; quo posteriori loco adeo certa reddi videtur haec interpretatio, ut aliquid addere non opus sit. Patet autem, hanc ideam soli Paulo et Auctori nostro esse

esse propriam; nisi forte Joanni etiam. V. *Joann.* 5: 27. Quorum omnium locorum explicatio proposita eximie confirmatur, per locum *Jes.* 53: 10-12.

Col. 10.

Δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα.] Tali ratione Deum describit quoque Paulus, *Rom.* 11: 36. *ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* 1 *Cor.* 8: 6. *ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν.*

Πόλλους υἱούς.] Saepe, uti apud Lucam et Paulum, ita in hac epistola, *πολύς* postponitur substantivo; quod etiam fere fit apud reliquos N. F. auctores: longe saepius autem, uti h. l. apud Lucam et Paulum, praeponitur. (1)

Δόξα] *felicitas aeterna.* Haec hujus vocis notio Paulo, aut soli aut certe prae ceteris, frequentatur. V. *Rom.* 8: 2. 1 *Cor.* 2: 8. 2 *Cor.* 4: 17. 2 *Tim.* 2: 10.



Continet hoc colon sententiam, Paulo maxime propriam. Nulli enim Apostolorum usitatum fuit,

(1) Vide Gersdorf, *Sprach-Characteristik*, T. I. p. 402 sqq.

fuit, uti Paulo, cum Jesu fatis ita comparare fata Christianorum, ut utraque prorsus similia videantur. Paulus autem, quâ ratione h. l. Auctor noster, eâdem saepe id agit. Vide *Rom.* 8: 17. 1 *Cor.* 15: 47-49. 2 *Tim.* 2: 11-13. Alia vide infra, ad 11: 26. 12: 2. Forte haec Pauli ratio etiam in causa fuit, unde oriretur Christianorum primorum studium ardentissimum, saepe ridiculum, martyrum necem comparandi cum Jesu morte, ac levissimam quamque utriusque convenientiam diligenter observandi. Cujus studii exempla in martyrologiis veteribus abunde occurrunt.

Col. 11.

Οὐκ ἐπαισχύνεται.] Simile dicendi genus vide, *Rom.* 1: 16. 2 *Tim.* 1: 8.

Cum sententia hujus coli, cf. *Rom.* 8: 29; ubi etiam, ob similitudinem inter homines et J. C., hic illorum *frater* dicitur, his verbis: *Quos dudum amat* (1) Deus, *hos etiam vult similes*

(1) Sic verto οὓς προέγνω. Cf. cum alii loca, tum *Rom.* 11: 2. οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. Quam interpretationem non recte nonnulli incertam dicunt: nam ידע idem significat, Ps. 144: 3. Amos 3: 2. et forte alibi. Eam probavit etiam interpres excellentis-

les esse exemplo Filii sui, ut hic sit primogenitus in multis fratribus. Itaque utroque loco idem Christianis datur nomen ob eandem causam.

COL. 12.

Λέγων] Hic *Dei Filius* dicitur loqui in V. F. Ita *Deus*, *Rom.* 9: 15, 25. 2 *Cor.* 6: 2, 16. *Gal.* 3: 8.

COL. 12, 13.

Locus uterque citatus sec. versionem Alexandrinam; eo tamen discrimine, quod ibi legatur *διηγήσομαι*, hic *ἀπαγγελῶ*, et ibi *πεποιθὼς ἔσομαι*, hic *ἐγὼ ἔσομαι πεποιθώς*. Tale discrimen saepius apud Paulum inveniri, jam dictum ad 1: 7. — De voce *πάλιν*, Paulo in citandis pluribus e V. F. locis usitata, vide ad 1: 6.; et de oraculis V. F. de Messia non agentibus, de J. C. tamen interpretandis, ad 1: 5 - 13.

COL. 14.

Τὰ *παιδία*.] Haec vocabula ex oraculo retinet iis-

tissimus J. A. Turrettinus ad h. l. *Opp.* T. II. p. 371, sq.

iisque argumentum superstruit Auctor, more Paulino. Vid. ad col. 8 notata.

Κοινωνέω h. l. cum *genitivo* construitur. Paulus semper aliâ hoc verbum posuit structurâ, unde, judice summo Valckenario, hanc si scripsisset Paulus epistolam, hîc etiam probabiliter more suo posuisset, *σαρκὶ καὶ αἵματι*. Sed Paulus rem grammaticam fere negligit: nam verbum hoc, quod ter *dativo* junxit, *Rom.* 12: 13. 15: 27 1 *Tim.* 5: 22; semel construxit cum *accusativo*, *Gal.* 6: 6; item semel cum *praepositione εἰς*, *Phil.* 4: 15.: unde etiam semel cum *genitivo* h. l. construere potuit. Ceterum in reliquo N. F., exceptis scriptis Paulinis, fere non legitur hoc verbum.

Σὰρξ καὶ αἷμα] hîc tale significant *corpus debile*, quale hac in terrâ habemus. Eaedem voces idem significant, 1 *Cor.* 15: 50. *Eph.* 6: 12; item *Gal.* 1: 16., de quo loco mox quaedam dicemus. Cf. et ad 5: 7. Est dictio Hebraizans: nam בשר ודם, *caro et sanguis*, semper *debile* et *vile* quid significant.

Καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν.] Deus Filium suum, imbecilli nostrâ naturâ humanâ praeditum, misit. Eandem rem attentione inprimis dignam judicavit Paulus; *Gal.* 4: 4. scribens a Deo illum fuisse legatum, *γε-*

νό-

νόμενον ἐκ γυναικός (1). — Παραπλησίως neque ipsum, neque adjectivum, unde derivatur, in N. F. saepius legitur, nisi *παραπλήσιον* adverbialiter, *Phil.* 2: 27; neque *μετέχω*, nisi in hac epistolâ ter, et quinquies in priore ad *Corinthios* epistolâ.

Καταργήσῃ.] Est hoc verbum Paulo ita privum, ut saepius quam vicies apud eum legatur, semel in reliquo N. F., rarissime vel apud Alexandrinos, vel apud bene Graecos. Vide Lexica.

Τοῦτ' ἔστι.] Vel hac phrasi, vel formulâ ὅ ἐστι, saepius sua ipsius verba Paulus etiam interpretatur; *Rom.* 1: 12. 7: 18. 9: 8. 10: 6, 7, 8. *Gal.* 3: 16. *Philem.* 12. Idem fit in hac epistolâ, infra 7: 5. 9. 11. 10: 20. al.

'Ο διάβολος.] Hîc absque dubio intelligitur *Satanas*. Quod nomen etsi, in Pauli epistolis, saepe dubium sit, num *calumniatorem* quemvis, an *Daemonum malorum principem* significet, tamen certissime posteriore hac notione oc-

(1) Hoc observavit Cl. G. C. Storr, in *Prolusione de consensu epistolarum Pauli ad Hebraeos et Galatas* (in *Commentt. Theoll. ed.* a Velthusen, Kuinoel *et* Ruperti, Vol. II. p. 417. sq.) qui tamen vir doctissimus, in notando harum epistolarum consensu, mihi longe saepissime nimius videtur. Locum autem ut ita explices, cogitare debes, in quantillo honore apud Orientales essent mulieres.

occurrit, *Eph.* 6: 11. 2 *Tim.* 2: 26. Quae Diaboli h. l. occurrit descriptio, illi nimirum esse imperium mortis; hanc ex theologiâ Judaicâ esse petitam putarunt Grotius, Wetstenius, Valckenarius, alii: cujus opinionis vestigia etiam apud Paulum inveniri a nonnullis putantur; inpr. *Rom.* 8: 2. 2 *Tim.* 1: 10. Quibus locis Jesus dicitur id effecisse, ut morte nos liberaret. Loci posterioris dictio etiam cum h. l. convenit; legimus enim de Jesu *τοῦ καταργήσαντος τὸν θάνατον.* Uti autem hic rex mortis a J. C. victus declaratur; ita mors ipsa, 1 *Cor.* 15: 54, 55, 57 *Mors victa et absorpta est: ubi o Mors! stimulus tuus? Ubi o Orce! victoria? — Victoria est nobis per Dominum nostrum J. C. concessa.*

Uti h. l. describitur Diabolus, ita saepius Paulus res, de quibus scribit, ex ea quasi parte spectat, atque ea depingit peculiari ratione, quae ad consilium praesens accommodata sit. Quod animadvertendum, ut constet, quamobrem hic de Satana dicatur. Sic *Rom.* 4: 17. summa Dei aliquid praedicentis veracitas oratorie describitur (1), quo ratio reddatur fidei Abrahami, qui sola Dei vera-

(1) Vid. ad illum l. Cl. Koppe et J. C. Doederlein, *Instit. Theol. Christ.* §. 81. *Obs.* 1.

racitate confisus crediderat, sibi seni decrepito naturum esse filium. *Rom.* 8: 11. scribit de Spiritu Dei, *τοῦ ἐγείραντος Ιησοῦν ἐκ νεκρῶν*, quibus verbis indicat, hunc nos quoque in vitam esse revocaturum. 2 *Cor.* 7: 6. vocatur Deus is, *qui consolatur afflictos*, ut caussa indicetur, quare Paulum consolatus esset. *Gal.* 1: 1. se Apostolum dicit, non ab hominibus, sed a Deo constitutum, quo pateat Galatarum esse, ipsi credere. Quo eodem consilio brevi post subjicit col. 16, se non esse edoctum ab Apostolis, quos *αἷμα* et *σάρκα* vocat, quo eorum conditionem Deo, ipsius doctore, longe inferiorem clare ostendat. 1 *Tim.* 2: 5. et *Rom* 3: 30, Deum dicit *unum*, quo doceat hunc omnes omnino homines, et Judaeos et Gentiles, salvos esse velle. 1 *Tim.* 6: 13, Jesum vocat eum, qui bonum coram Pilato testimonium ediderit, quo Timotheum ad similem in profitenda religione constantiam cohortetur. Plura exempla facile invenias.

COL. 15.

Ἀπαλλάξῃ τούτους] scilicet *φόβου θανάτου*, quod ex sequentibus supplendum relinquitur. Ita *Rom.* 5: 16 ad formulam *ἐξ ἑνός* intelligendum *παραπτώματος*, ex seq. *ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων* supplendum. *Rom.* 15: 3. post *ἀλλά* adde *τοῖς*

ἄλ-

ἄλλοις, vel tale quid ex ſeqq. — 1 *Cor.* 7: 5. monet Paulus Corinthios: μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, ubi ex oratione contexta intelligendum: *isto jure nuptiali.* 1 *Cor.* 9: 4. *Nonne nobis licet edere et bibere?* ſcil. *vestro ſumtu*, ex orationis ſerie ſupplendum. Magis etiam cum h. l. convenit *Rom* 5: 10. εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ; ubi ad ἐχθροί ſupple τοῦ Θεοῦ, ex ſeq. τῷ Θεῷ. Diverſi generis ſunt exempla, ad 2: 5. laudata.

Δουλείας.] Ex col. 16 apparet, hoc nomine indicari conditionem Hebraeorum, vigente lege Moſaica. Si vero mavis per τούτους intelligere *omnes homines*, quia *omnes* metu mortis erant ſervi, non repugno. Sed ſic inter *omnes* homines recenſeas etiam oportet *Judaeos*. Itaque hos etiam lex Moſaica ſervitute mortis non liberaverat, eorumque conditio, vigente hac lege, manſerat ſervilis; unde vel ſic vera ſint, quae dicemus. Sed, ob colon 16, nos quidem priorem praeferimus rationem. Jam vero nullus est N. F. ſcriptor, qui hac legis Moſaicae appellatione uſus ſit, praeter Paulum, qui ſaepius ita dixit. *Rom* 8: 15. *Neque enim accepistis iterum* πνεῦμα δουλείας εἰς φόβον, *ſed accepistis* πνεῦμα υἱοθεσίας: quo loco praeterea conjungitur φόβος cum isto *ſpiritu ſervitii*, plane uti h. l. Porro allegoria notiſſima, *Gal.*

4:

4: 22-31. ſervam Hagar comparat cum oeconomia Moſaica ſervili, ingenuam Saram cum liberalioris indolis Euangelio. Item vide *Gal.* 5: 1, 13. al. — Dictionem h. l. ἔνοχοι ἦσαν δούλειας egregie illustrat locus *Gal.* 5 1., ubi Paulus, *in isthac*, inquit, *ſtate libertate a Christo nobis vindicata et ne iterum ſervitutis jugo conſtringamini:* μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε; quae phraſis plane convenit cum nostra ἔνοχον εἶναι δουλείας.

Ceterum de religionis Moſaica indole ſervili, de industria non multa dicere videtur Auctor, ne lectores Hebraeos irritet, ideoque etiam potius tacite indicare, quam diſerte ſignificare, ſe, per δουλείαν, *ſacra Moſaica* intelligere. Vide quam prudenter, quam urbane agat Auctor. Ita agere amat Paulus, cujus ſumma urbanitas non vanis verborum lenociniis cernebatur, ſed animo tenero, culto, amoris pleno, dura moleſtaque quantumpote reticente. Is animus fecit, ut Paulus, ad Chriſtianos ſcribens, Romae degentes, inter quos etiam quidem erant e Gentilibus, cum peſſimam notaret, qua gentiles isti infecti esſent, morum corruptelam, (*Rom.* 1: 26 32) urbem tamen Romam non vocaret, licet illa istius contagionis ſedes et quaſi caput esſet. Hinc non dixit Corinthiis, ipſis deëſſe charitatem, quam ſummis laudibus effert, 1 *Cor.* 13; nec quis ſit

iste

iste incesti reus, 2 *Cor.* 2: 5., neque qui sint obtrectatores, contra quos virtutem suam defendit, 1 *Cor.* 2: 1, 4. 2 *Cor.* 1: 12. Multa talia facile inveniuntur. Cf. ad 13: 19.

Col. 16.

Posterior hujus coli pars indicat, *ad Abrahamidas pertinere salutem a J. C. paratam.* Quae quidem sententia pugnare videri possit cum doctrina Pauli, semper affirmantis, Gentiles non minus quam Judaeos salutis N. F. participes fore. Nec pugnat tamen: nam vir Divinus semper memor erat, ad quos scriberet, aut diceret. Sicut igitur ille in oratione Areopagiticâ ad Athenienses, qui Gentiles erant, ita loquebatur, ac si ad hos modo missus esset: ita hujus epistolae Auctor ad solos Hebraeos scribens, de salute Gentilium prorsus tacuit. Qui agendi modus, ex prudenti urbanitate explicandus, jam observatus est ad col. praecedens. Inprimis autem cum h. l. cf. *Act.* 13: 26; ubi Paulus in synagogâ Antiochiae, Pisidiae urbis, verba faciens: „ Fratres," inquit, „ Abrahamidae, ac qui colitis Deum, ad *vos* doctrina salutis missa est." Vide et ad 13: 19.

Si ita loqueris, vim habes in hominum animos:

mos. Quam tamen rationem quum improbent aliqui viri docti, testimonium hac de re afferam J. G. Herderi, in opere: *Briefe, das Studium der Theologie betreffend*, T. IV. Ep. 42. p. 36, 37. „*Mögen Sie über eine Lehre oder eine Pflicht predigen, — die allgemeine Lehre und Pflicht kann nur im Besondern, im Einzelnen* existiren: *aller zu ferne und feine Dunst hilft nichts. Auf dieses Besondre müssen Sie also dringen, die Philosophie und Dogmatik so sehr vom Himmel herabrufen, dass sie jetzt nur in* diesem *Kreise wohne, und keinen andern Raum zu haben, zu begehren scheine. Ist ihre Predigt so ganz und eigen für ihre Versammlung, dass sie nirgend anders, als* hier *gehalten werden kann: behandelt sie so wohl Lehre als Pflicht nur als Interesse und Situation* dieser *Menschen, entwickelt die Hindernisse, die beide hier finden, lehret diese Zuhörer und Niemand in der Welt sonst, berathschlagt mit ihnen, muntert sie auf, treibet sie an, desto besser ist die Lehr- die Pflichtenpredigt, und die beste ist die, die im Allgemeinen, Umbestimmten gar nicht umhertaumelt.*" Causa huius rei est partim, quod animus humanus debilior est, quam ut nimis generalia capiat iisque moveatur; unde fit, ut v. c. unius Hannibalis miseria nos magis moveat, quam totius Carthaginis

his ruina: partim quod ita placemus hominum φιλαυτίᾳ.

Col. 17.

De similitudine cum hominibus, qua sese J. C. horum caussa induit, saepius etiam Paulus loquitur, veluti *Rom.* 8: 3. *Gal.* 4: 4, *Phil.* 2: 7. Paululum diversa sunt exempla, ad 2: 14. allata. De nomine ἀδελφῶν, ideo hominibus dato, vide ad 2: 11.

'Αρχιερεύς] Metaphora haec desumta est ex rebus Hebraicis, uti fere omnes, in hac epistolâ, quippe ad Hebraeos scriptâ, et metaphorae et comparationes. Tales enim lectoribus cum notissimae, tum gratissimae erant. Easdem Paulus, ad *Romanos* scribens, desumsit e rebus Romano notis gratisque; v. c. ex Romanorum dominorum et servorum conditione, 6: 16-22; ex obsoniis militum 6: 23; ex praeliis 7: 23. Literae vero ad *Corinthios* datae abundant metaphoris comparationibusque, ex Graecorum rebus desumtis. Ita Paulus, 1 *Cor.* 4: 13. se comparat homini qui, ex peculiari Graecorum more, ad urbes expiandas interficeretur (1). Brevi post c. 15. de pae-

(1) V. L. Bos, *Exercitat. Philol.* in h. l. p. 125. sqq.

paedagogis et patribus fermo est, prouti horum illorumque erat apud Graecos conditio. Inprimis autem ex ludis, quales ad Corinthum celebrabantur, plures easque longas defumfit allegorias, comparationesque, 1 *Cor* 9: 24 - 27. (1)

Quo modo discrimen lectorum hac in re obfervârit Paulus, clare apparet etiam ex diverfa comparatione, qua rem eandem et *Romanis* et *Corinthiis* explicuit. Nam vitae fuae, morti fimilis, miferiam quum *illis*, qui fere omnes erant Judaei, defcribere vellet, oraculum V. F. citat, imaginem continens, e facris Mofaicis petitam, *Rom* 8: 36. *Nam ob te*, Deus! *necamur totum diem: aestimamur velut oves facrificandae.* Quam eandem rem Corinthiis, qui fere omnes Gentiles erant, explicaturus, metaphora utitur, e ludis Graecis defumta, 1 *Cor* 4: 9. *Deus voluit nos esfe quafi morti coram populo obeundae destinatos, quia theatrum facti fumus mundo et angelis et hominibus.* (2)

Τὰ πρὸς τὸν Θεόν.] Eadem phrafis bene Graeca et infra 5: 1. legitur, et *Rom.* 15: 17.

Εἰς

(1) Paulum multas comparationes ex rebus Corinthiacis defumfisfe, ad easque faepe allufisfe, explicuit cl. H. J. Royaards, *Disp. de altera Pauli ad Corinthios Epistola* (Traj. 1818.) p. 105 fq.

(2) V. Krebfium, *Obferv. Flavian.* in h. l. p 289. et Glasfii *Philol.* p. 859.

Εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι] Εἰς τό, fequente infinitivo, faepisfime apud Paulum et in hac epistola legitur. Vide infra ad 8: 3.

Ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας.] *Rom.* 3: 25. J. C. dicitur *ἱλαστήριον*, quo fiat ἡ πάρεσις τῶν ἁμαρτημάτων: ubi ἱλαστήριον, five fit *operculum arcae foederis*, five *victima piacularis* (1), certe cum h. l. convenit.

Ἐν ᾧ] fignificat *fiquidem*, uti *Rom* 8: 3. Ita quoque ἐφ' ᾧ, *Rom.* 5: 12. 1 *Cor.* 5: 4. *Phil.* 3: 12.

Πέπονθεν πειρασθείς] pro ἐπειράσθη πεπονθώς, per *hypallagen*, quam Paulo esfe ufitatam, vide ad 1: 4.

Δύναται] *vult*; quam notionem Paulo familiarem esfe, ostendetur infra ad 5: 2.

(1) Cf. citatos a cl. H. Muntinghe, *Comp. Theologiae Christ.* ed. alterius §. 227. Tom. I. p. 207. — Mihi interpretatio de victima piaculari verior videtur, et ob verbum προτίθεσθαι, quod de ea rectius dicitur, quam de arcae operculo, et inprimis ob factam mentionem τοῦ αἵματος αὐτοῦ i. e., fecundum explicationem longe faciliorem, ἱλαστηρίου: atqui de *operculi fanguine* vix loqui posfumus.



CA-

CAPUT TERTIUM.

Col. I.

"Οθεν] consequentiam quidem quodammodo indicat, non vero eam, quam premere debeas. Ita apud Ciceronem saepe formulae: *quae cum ita sint*, *itaque*, aliae. Tales particulae, quae potius copulant, quam consectarium indicant, apud Paulum quoque hîc illîc inveniuntur; v. c. διὰ τοῦτο, *Rom.* 5: 12. 2 *Cor* 4: 1. διό, *Rom.* 2: 1. 1 *Cor.* 12: 3.

"Αγιοι.] Interdum in reliquo N. F. Christiani omnes vocantur ἅγιοι; quos Paulus ubique hoc nomine appellat. Vide sis Concordantias.

Κλῆσις] concise dicitur pro εὐδαιμονία, εἰς ἣν ἐκλήθημεν. Talia concisius dicta apud Paulum saepe invenias, v. c. *Rom.* 8: 19. 1 *Cor.* 1: 7. ἀποκάλυψις pro εὐδαιμονία ἀποκαλυφθησομένη. Vide etiam infra ad 10: 36. Est autem κλῆσις hac in re vox Paulo propria, quippe quae apud illum saepissime legitur, apud caeteros N. F. auctores numquam, nisi semel apud Petrum. —

Cf.

Cf *Phil.* 3: 14. ubi de τῇ ἄνω κλήσει sermo est, uti hic de κλήσει ἐπουρανίῳ.

Ἐπουράνιος] est vox, quae in reliquo N. F. bis, sed cum in hac, tum in Pauli epistolis saepissime legitur, quod hîc semel dixisse sufficiat.

Μέτοχοι] huic inprimis Auctori propria vox est. Quod non patet ex 1: 9, ubi legitur locus V. F. sed ex 3: 1, 14. 6: 4. 12: 8. Sic μετέχω etiam. Verum Paulo non prorsus incognita haec sunt: nam μετέχω invenitur, 1 *Cor.* 9: 10, 12. 10: 17, 21, 30. μετοχή, 2 *Cor.* 6: 14. Unde patet non recte dici, apud Paulum numquam fere haec legi. Itidem falso contenditur, κοινωνέω cum cognatis in epistolis Paulinis pro hac dictione fere inveniri, numquam in ep. ad *Hebr.* Nam κοινόω hic legitur, 9: 13. κοινωνέω, 2: 14. κοινωνία, 13: 16. κοινωνός, 10: 33.

Κατανοήσατε.] Κατανοεῖν *diligenter attendere, rationem magnam habere*, actum permanentem significat, uti ait Grotius ad *Rom.* 4: 19, quo loco haec vox eâdem legitur notione, qua rarius invenitur.

Ἀπόστολον.] Etsi a Judaeis, inter cetera nomina, etiam nomen שליח, ἀπόστολος, Messiae indereretur (1); numquam tamen in N. F. ita ap-

(1) Vide Wetsten. ad *Joann.* 9: 7. Item Pontifici Maximo illud tribuitur. Vide Schoettgen. *Hor. Hebr. et Talm.* p. T. I. p 936 sq., quod hic non negligendum.

appellatus est J. C.; ſicuti Auctor noster in Judaeo-Christianorum gratiam eum nominasſe videtur. — Qui autem ob ejusmodi quoque vocabulum, in hac epistola lectum, in Pauli vero ſcriptis non obvium, hanc epistolam Paulo abjudicant; ii primum quidem nobis dicant, quo tandem jure impediant ſcriptorem, quominus aliquando vocabulis utatur, quibus alibi non uſus ſit. Deinde legant *Gal.* 4: 4, ubi eundem, quem hic Auctor vocat ἀπόστολον, Paulus eum esſe dicit, quem ἐξαπέστειλεν ὁ Θεός. „ At tam diverſa Jeſu nomina leguntur apud Paulum: ſi igitur hoc quoque *Apostoli* nomen Mesſiae tribuere voluisſet, in hac illave ejus epistola certo legeretur." Nihil haec ad rem: nam v. c. nulla fere est Pauli epistola, in qua non multi inveniantur maxime diverſi doctorum euangelicorum tituli, quos tamen ſemel tantum ποιμένας vocat, *Eph.* 4: 11. Ergo hoc etiam uno loco Jeſum ἀπόστολον dicere potuit.

Appellatur autem Jeſus hîc et *Apostolus* et *Pontifex Maximus*, ut ſignificetur, ipſum ſolum cum Moſis, tum Aaronis vices explere: nam hîc levius indicantur ea, quae deinde uberius explicantur: Moſi enim et Aaroni comparabitur Jeſus. Talia in epistolis Paulinis multa inveniuntur. Ita v. c. *Gal.* 1: 1. continuo indicat, ſe jure ſummo ſe ipſum habere Apostolum, quia munus ſuum Apostolicum istâ epistolâ defenſurus erat

erat. Epistolas ad *Thesſall.* quum ideo inprimis ſcriberet, ut rectas fo.verent Christiani de Jeſu *reditu* opiniones, continuo in illarum initio ſubobſcure hoc indicat; 1 *Theſſ.* 1: 10. 2 *Theſſ.* 1: 7-10. Cf. ſupra ad 1: 3.

Τῆς ὁμολογίας] *quem profitemur.* Vox haec in N F. non legitur, niſi in hac epiſtola et apud Paulum, 2 *Cor.* 9: 13. 2 *Tim.* 6: 12, 13, ſenſu fere eodem.

Col. 2.

Reſpicit Auctor ad *Num.* 12: 7, ex eoque loco verba deſumit. Quod ſaepisſime facere Paulum, dicetur ad 7: 14. Legitur autem *Num.* l. l. Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι. Auctor vero noster vocem πιστός praepoſuit reliquis verbis: nam praedicatum praeponere conſtanter ſolet. Nihil magis cum ſtilo Paulino convenit. Inprimis autem hoc ipſum adjectivum πιστός praeponere ſolet Paulus; (V. 1 *Cor.* 4: 2. *Eph.* 6: 21 *Col.* 1: 7.) praeſertim in totius ſententiae initio. Ita πιστὸς ὁ λόγος, 1 *Tim.* 1: 15. 3: 1. 4: 9. 2 *Tim.* 2: 11. *Tit.* 3: 8. πιστὸς ὁ Θεός, 1 *Cor.* 10 13, de qua dictione vide ad 10: 23, al. (1) Πλείο-

(1) Paulum praedicatum praeponere ſolere, etiam obſervarunt cl. Royaards, *Disput. de 2 Cor.* p. 133. et inprimis Gersdorf, *Sprach-Charact.* p. 334 ſqq.

Col. 3.

Πλείονος.] Πλείων non de *numero* majore, ſed de rei *modo* majore etiam dicitur, 2 *Tim.* 2: 16. 3: 9; unde patet a Pauli conſuetudine hanc notionem non esſe alienam, uti nonnulli fingunt.

Ἠξίωται.] Verbum in N. F. a ſolis Luca et Paulo uſurpatum, ab hoc pasſive etiam, 1 *Tim.* 5: 17.

Col. 2—6. (Usque ad *αὐτοῦ.*)

Sacri Scriptoris dicendi vis hic rurſus elucet. Nam quum Hebraei, ad quos ſcribebat, quid de Christo ſentiendum esſet, neſcivisſe videantur, Moſen vero virum Divinum haberent; Scriptor, ut ostendat, Christum Moſe longe esſe excellentiorem, animos legentium primum ſibi conciliat. Laudat enim Moſen, ejusque ſidelitatem, in rebus Divinis curandis, cum Christi fidelitate comparat: ſed mox, quo Christum extollat, deprimit Moſen. Utrumque dicit in munere obeundo fidelem fuisſe, ſed hunc fidelem *ministrum*, illum fidelem *Filium.* (1) Etiam Paulum res Judaicas cum Christianis ſaepe contulisſe, ad ſequentia ostendi poterit, quum tota haec epistola ferme con-ſtet

(1) Ita fere Valckenar. ad 3: 2.

ſtet allegoriis ac rerum ſacrarum explicationibus Judaicis, quae veram esſe doctrinam Christianam demonſtrent. In praeſentia videantur *Rom* 5: 12-21, ubi Adamus confertur cum Christo; 1 *Cor*. 5: 7, 8, ubi Paſcha cum Christi morte; 1 *Cor*. 15: 22, 45-50, ubi iterum Adamus cum Christo; 2 *Cor*. 3: 7-18, ubi religio Moſaica cum Christiana comparatur. Talibus autem ſcriptori conciliari lectoris animum, cujus φιλαυτίᾳ ista mirifice placeant, jam dictum ad 1: 1.

Col. 6.

Οὗ οἶκος cet.] Ex demonſtrando hic iterum ad monendum Scriptor transgreditur. Saepe ita agere etiam Paulum, cujus animus, ſervandorum hominum cupidisſimus, non ferebat, ut multa ſcriberet ſine precibus monitisque intermixtis, notatum est ad 2: 1-4. — Paulum etiam ſaepe, per pronomina et articulos relativos, periodos periodis jungere, jam dictum ad 1: 3. Vide *Act*. 13: 31. 14: 15, 16. *Rom*. 1: 2, 5, 6. *Gal*. 1: 7. 3: 1. *Eph*. 1: 7, 8, 11, 13. 2: 2, 3. 3: 7. 4: 19. *Col*. 1: 13, 14, 27-29. 2 *Theſſ*. 1: 12. 2: 9. 2 *Tim*. 1: 11-13. al.

Est haec comparatio, qua ſive res Christianae univerſae, ſive ſinguli Christiani cum domo templove conferuntur, Paulo admodum fami-

miliaris. Cf. modo 1 *Cor.* 3: 10, 16, 19. 2 *Cor.* 6: 16. *Gal.* 6: 10. *Eph.* 2: 19-22. 1 *Tim.* 3: 15. Ideo autem hac comparatione usus est Auctor, quia de Mose, fideli ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ Θεοῦ, locutus erat: ita, per vocis alicujus opportunitatem, saepe comparationem sermoni innectit Paulus. Sic *Rom.* 14: 4, quum voce οἰκέτης usus esset, hinc 7-9. comparatio Christianorum cum servis. Sic ex voce οἰκοδομή, 1 *Cor.* 3: 9. sequitur Christianorum cum domo collatio, 10-17. Vide etiam 1 *Cor.* 5: 7, 8. 2 *Cor.* 2: 14-17. 6: 16. 10: 4-6. 11: 2. *Eph.* 2: 19-22. 4: 12-16. 2 *Tim.* 2: 3-5. (1)

Τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος.] Vocabula καυχάομαι, καύχημα, καύχησις in reliquo N. F. non leguntur, nisi ter apud Jacobum, sed apud Paulum saepius quam quinquagies. Cum h. l. maxi-

(1) Postquam haec scripseram, vidi hanc observationem occupatam esse a W. Paley, in *Horis Paulinis*, N°. 3, ubi de ep. ad Eph. agit, vers. Belg. p. 203 sqq., qui partim alia exempla citavit, nempe 2 *Cor.* 3: 1-5, 12-18. 4: 1. *Eph.* 4: 8-11. 5: 12-16. Idem autem vir doctissimus monuit, per vocis alicujus opportunitatem, non tantum *comparationibus* uti Paulum, sed *digressionibus* quibuscunque, quod ex allatis exemplis etiam patet. Porro monet vir doct., hanc stili proprietatem esse ejusmodi indolis, ut, ubicunque inveniatur, certo ostendat, a Paulo profectam scriptionem.

maxime convenit *Rom.* 5: 2. καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, et cum sententia totius coli *Col.* 1: 21 - 23. „ Christus vos expiavit morte sua — *modo fidei firmi ac certi adhaereatis, nec spe Euangelii dejiciamini.*

Μέχρι τέλους.] Et hîc et col. 14. adduntur haec, quae esse premenda ex col. 12 sqq. satis apparet. Ea addidit Auctor, quia Christiani multi vexationum metu non manebant ad finem usque constantes. Atqui licet jam eo tempore, quo scripta est haec epistola, uti ex ea patet, vexarentur Christiani Palaestinenses (nam ad hos datas esse has literas credimus): multo tamen majora iis erant perferenda, cum brevi post everteretur respublica Judaïca. Quod periculum imminere quum e Jesu vaticiniis sciret Auctor, metuit, ne forte, instanti periculo animum despondentes, religionem Christianam relinquerent. Sic ad privatam lectorum conditionem etiam Paulus saepe tacite respicit, eaque monet, de quibus singularum epistolarum lectores maxime erant monendi. Jam vidimus ad 3: 1, Paulum, *Gal.* 1: 1. ideo continuo affirmasse, se non ab hominibus, sed a Deo, Apostoli munere ornatum esse, quia Galatarum multi ea de re dubitarent. Thessalonicenses mercatores hortatur ne fraude utantur, 1 *Thess.* 4: 6., eosdemque acriter vexatos commonet, ut nihilominus gaudeant,

5:

5: 16, 18. Hinc 1 *Cor.* 6: 9, 10. ea tantum recenset vitia, quae apud Corinthios, cum pessimae Veneri deditissimos, tum mercaturâ florentes, viguisse notum est. Plura alibi.

COL. 7.

Διό] etiam *Rom.* 2: 1. copulandae orationi potius, quam ejus consequentiae notandae inservit. Sin vero nobiscum parenthesin mox legi credas, hic etiam consequens notat.

Καθὼς] solennem esse Paulo in citando V. F. particulam, vix opus est, ut notem.

Hoc colo et 13, 15., item 4: 7., monentur Christiani, ne virtutis studium differant, cum hodie agendum sit; idque praeceptum, laudato V. F. loco, magis etiam urgetur. Plane eodem modo Paulus, 2 *Cor.* 6: 1, 2. Inde quod tempus opportunum brevi praeterlabatur, saepe virtutis commendandae ansam desumsit Apostolus. Vid. *Rom.* 13: 11. 1 *Cor.* 7: 29. *Gal.* 6: 10. (1) *Phil.* 4: 5.

Col.

(1) „ ὡς καιρὸν ἔχομεν" , *dum opportunitate gaudemus.* Aliter hunc locum explicat Koppe. Equidem cum Grotio faciam, ὡς sumente pro ἕως, quod cum aliis similis significationis particulis, notare posse *quamdiu, quoad*, docet Glassius, *Phil.* p. 382, sqq.

Col. 8.

Κατά] notione hic ſumitur Paulo non incognita. V. v. c. 2. *Tim.* 4: 1.

De ſimilitudine, quam hic invenimus, inter conditionem Judaeorum, in Palaeſtinam iter facientium, et inter res Chriſtianorum, in coelum veniendi ſtudioſorum, quaedam dicentur ad 4: 11.

Col. 7—11.

Continent haec cola parentheſin, post διό col. 7. incipientem, uti monuit Grotius. Pauli epiſtolas parentheſibus abundare, quis tandem neſcit? Sed peculiaris istius parentheſium formae, qua iis includantur loca e V. F. citata, etiam apud illum ſunt exempla, *Rom.* 8: 36. 2 *Cor.* 9: 9, 10.

Col. 12.

Βλέπετε] *cavete*, *curate*. Verbo hoc imperative in talibus uti amat Paulus. Vid. *Act.* 13: 40. 1 *Cor.* 8: 9. 10: 12. 16: 10. *Gal.* 5: 15. *Eph.* 5: 15. *Col.* 2: 8.

῎Εσται] Indicativus pro Conjunctivo, quem postulat μήποτε: ſed rem grammaticam ſaepe non

non curat Auctor. Sic etiam Paulus habet φείσεται, *Rom.* 11: 21, praecedente μήπως. (1). Item Indicativo utitur post μήπως, *Gal.* 2: 2. 4: 11; post μή, *Col.* 2: 8.

Col. 13.

"Αχρις οὗ.] Cf. dicta ad col. 7; inprimis ibi citatum locum *Gal.* 6: 10.

'Απάτη τῆς ἁμαρτίας.] Opportune ad h. l. citant Abreschius, Valckenarius aliique *Eph.* 4: 22, ubi *dolosae peccati illecebrae* vocantur αἱ ἐπιθυμίαι τῆς ἀπάτης; et 2 *Thess.* 2: 10, ubi *fraudes impiae* dicuntur ἡ ἀπάτη τῆς ἀδικίας. Quibus adde, *Thess.* 2: 5, ubi *avaritia dissimulata* appellatur πρόφασις πλεονεξίας. (2) Duorum horum substantivorum prius pro adjectivo est positum, uti ait Vorstius *de Hebraismis N. T.* c. 10. p. 269 sqq.: qui tamen non habuit, quae ex toto N. F. citaret hujus usus exempla, nisi forte *Matth.* 13; 5. et haec e Pauli epistolis loca: *Rom.* 5: 17. 6; 4. 1 *Cor.*

(1) Ibi φείσηται quidem legunt, cum exemplo vulgari, et alii et nuperrimus editor cl. J. A. H. Tittmannus: sed φείσεται, ex Codicum auctoritate, restituerunt Koppe, Griesbach, alii.

(2) De eo loco cf. Dorville *ad Charit.* p. 196. Alia vide ap. Abresch ad h. l. p. 224, sq.

1 *Cor.* 1: 17, 21. 2: 1, 4: 13. 2 *Cor.* 4: 7. *Gal.* 3: 2, 14. *Eph.* 6: 5. 1 *Tim.* 6: 17.

Col. 15.

'Εν τῷ λέγεσθαι.] Quo referenda haec fint, dubitant interpretes, qui omnes confentiunt, duriorem hîc esfe ellipfin; quam quo modo alii aliter fuppleant, recenfere nihil attinet. In Pauli fcriptis, fimiles ellipfes duriores cf. *Rom.* 4: 8-10. 9: 10, 12. aliasque in illa epiftola; 1 *Cor.* 9: 4. 14: 32. 2 *Cor.* 8: 3, 4. 10: 9. *Gal.* 2: 10. *Phil.* 2: 13. al. Cf. fupra ad 2: 5, infra ad 4: 3. et 10: 15.



Hoc colon, cum praecedentibus quibusdam, infigne continet exemplum monitorum, in fumma gravitate, fuavium tamen atque amorem redolentium. Ita fcribere inprimis Paulus folebat, qui, cum animo esfet hominum falutis amantisfimo, femper lectores ad bona quaevis ardentisfime hortabatur, idque ita comiter, ita urbane, ut fuavius quid dici non posfet. V. 2 *Cor.* 5: 20. *Christi fumus legati, ut Deo per nos adhortante: precamur Christi nomine, Deo*

reconciliemini. Vide Capp. 8 et 9 tota, 10: 1. (1) *Eph.* 3: 1, 13. Cf. inprimis oratio ad Presbyteros Ephesiacos, *Act.* 20: 22 sqq. (2)

Col. 14.

Ὑπόστασις] hîc et 11: 1. significat *fundamentum* persuasionis. Alio sensu legitur 1: 3. sed fere eodem 2 *Cor.* 9: 4. 11: 17; ubi *persuasionem*, *fiduciam* notat. Saepius non exstat in N. F.

Col. 16.

Ἀλλ' οὐ] *sane*, *utique.* Illud οὐ additur ob interrogationem, quae hoc loco vehementer affirmat: qui dicendi modus omnibus linguis communis est. Ἀλλά vero, in periodo, ubi non est interrogatio, sine οὐ positum, significat *sane*, *utique*; *Rom.* 6: 5. 1 *Cor.* 4: 15. 9: 2. 2 *Cor.* 7: 11. *Phil.* 1: 18. (3)

Col.

(1) Cf. cl. Royaards, *Disp. de alterâ ad Corinth. epistola*, p. 126.

(2) De qua oratione neminem poenitebit legisse, quae habet Ven. Riehm, *Diss. de Fontt. Act. Apost.* p. 92, sq.

(3) Ἀλλά hoc sensu frequens est apud optime Graecos (Cf. Abresch ad h. l. p. 231, sq.) inprimis si ge-

COL. 17.

Ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ.] Paulus, 1 *Cor.* 10: 5. *κατεστρώθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ.*

COL. 16—18.

Multis iisque brevibus interrogationibus utens Auctor, insignem prodit eloquentiae vim. Saepe interrogationes cumulatae, his similes, apud Paulum leguntur; v. c. *Rom.* 8: 31-35. 9: 19-21. 1 *Cor.* 3: 3-5. 6: 1-5. 9: 1-13. 2 *Cor.* 6: 14-16, alibi. Inprimis hoc obtinet in epistolis ad *Corinthios*, animo valde concitato conscriptis. Nisi enim quis vehementius affectus sit, interrogatione tali non utitur. — Porro haec cola cum sequenti, Grotii explicationem si probes, parenthesin continent satis longam et abruptam: sed tales parentheses saepius apud Paulum etiam leguntur; *Rom.* 1: 2-6. 2: 13-15. et forte 5: 13-17. 1 *Cor.* 15: 20-28. *Eph.* 3: 2-13. *Col.* 2: 16-23. — Denique ab iisdem Israëlitis, ex Aegypto exeuntibus, exemplum quoque desumsit Paulus, 1 *Cor.* 10: 1-12, quo Corinthios ad pietatem excitaret.

COL.

geminetur. Vid. Wyttenbach, *ad Platonis Phaedon.* p. 142. et *Philomath.* L. III. p. 87. Cf. etiam Viger., *de Idiott.* p. 432, sq.

Col. 19.

Ex multis colis praecedentibus hoc jam colon deducit: ſive potius demonſtrata in prioribus, argumento nunc omni explicato, in hoc colon contrahit. Quem morem, Paulo in reliquis epiſtolis non frequentem, ſaepe in literis ad Romanos obſerves; quippe quae generis ſunt demonſtrativi. V. *Rom.* 1: 30. 3: 20. 5: 21. 7: 11. 11: 32. al.: item 1 *Cor.* 7: 24. 11: 33, 34. Vide et infra ad 4: 9.



CA-

CAPUT QUARTUM.

Col. 1.

Δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν (1) ὑστερηκέναι.] Dictio haec profecta est ex Auctoris animo, hominibus placendi ſtudioſisſimo. Potuisſet enim illud δοκῇ, *videatur*, omittere; et ſimpliciter ὑστερῇ dicere. Sed durius dictum emollit, adjiciendo hoc δοκεῖν. Praeterea dicit τις, *aliquis*; pro quo etiam ſcribere potuisſet, *multi*: ſed id quoque durius diceretur. — Non facile quemquam invenias (niſi qui animi moroſitate deceptus genus humanum oderit), quin eo modo agentem laudet. Nam urbanâ tali benevolentiâ, qualis monitorum reprehenſionumque acerbitatem emollit, ita ſolent

(1) Licet minor adſit Codicum auctoritas, legere tamen malim ἡμῶν; *et* ob conſtantem hujus Auctoris morem, in talibus primâ utentis perſonâ; *et* ob primam perſonam, in φοβηθῶμεν et in ſequentibus. Est autem mutatio levis; nam in Codd. toties confunduntur ἡμεῖς et ὑμεῖς, ut „ ne Codices fideliores quidem in his ſibi inveniantur conſtantes," uti ait Dorvillius *ad Chariton*. p. 604.

lent affici bonorum omnium animi, ut prompti reddantur, ad ea omnia agenda, quae ipsis monitor praecipiat; qui reprehensor quidem est, sed urbanus, sed benevolus, sed ipsos magni aestimans, nec culpans, ut culpet, verum ut ipsorum saluti consulat. Talis reprehensor erat Paulus. Hic enim, ubi dicere potuisset, *vehementer mihi haec res displicet*, potius scribit, 1 *Cor.* 11: 17, 22: *non laudo.* Quum acriter eos reprehendisset, qui annuntiatam ab ipso doctrinam rejecerant, eosque iterum Euangelio suo instituisset, *se* comparat matri, *illos* filiolis, quos iterum parturiat, *Gal.* 4: 19. Lectores vitiorum accusans, se eorumdem quasi reum proponit, dicens, *nos peccavimus*, pro *vos peccastis.* Vide loca citata ad 2: 3. Quae de paucis hominibus dicere poterat laudabilia, ea omnibus tribuit, *Rom.* 14; 3, 4, 6. 1 *Cor.* 4: 5. 6: 11. *Gal.* 5: 10. alibi. Quae vero plerisque objici poterant vitia, ea paucorum esse affirmat. V. *Rom.* 3: 3. 11: 17, 25. 1 *Cor.* 10: 10. 11: 18. 15: 12, 22. al. Vide etiam infra ad 6: 9. (1)

COL. 2.

Ἐσμεν εὐηγγελισμένοι.] Verbi passivi ea perso-

(1) Cf. W. Paley, *Hor. Paul.* ubi de ep. ad Philem. agit, Vers. Belg. p. 319 sqq.

ſona utitur Auctor, quae, in *dativo* poſita, verbo addenda fuisſet; ut hîc diceretur: *ἡμῖν εὐηγγέλιζετο*. Cum apud bene Graecos, tum apud Paulum, hanc conſtructionem ſaepe invenias. Ex hujus epistolis vide *Rom.* 1: 10. 3: 2. 6: 17. 1 *Cor.* 9: 17. 16: 2. *Gal.* 2: 7. 1 *Theſſ.* 2: 4. 1 *Tim.* 1: 11. *Tit.* 1: 3. De verbi notione mox quaedam dicentur.

Ὁ *λόγος τῆς ἀκοῆς.*] Eaedem voces ita junctae reperiuntur, 1 *Theſſ.* 2: 13. Pleonastice duo ſubſtantiva jungere amat Paulus. V. *Rom.* 1: 23. *ὁμοίωμα εἰκόνος*; 2 *Cor.* 5: 1. *οἰκία τοῦ σκήνους*; *Gal.* 3: 2, 5. (et ſaepius alibi) *ἔργα νόμου*; ibidem *ἀκοὴ πίστεως*; 5: 3. *ἐλπὶς δικαιοσύνης*; *Eph.* 1: 19. *κράτος τῆς ἰσχύος*; 2: 2. *ὁ αἰὼν τοῦ κόσμου*; 4: 23. *τὸ πνεῦμα τοῦ νοός*; *Col.* 3: 12. *σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ*; 2 *Theſſ.* 1: 8. *πῦρ φλόγός*; 11. *ἔργον πίστεως*.

Συγκεκραμένος.] Voce hac numquam uſi ſunt LXX; numquam N. F. auctores, praeter Paulum, 1 *Cor.* 12: 24.

Εὐηγγελισμένοι - τῇ πίστει.] Qua ratione, ipſis priva, et Auctor noster et Paulus voce *πίστεως* uſi ſint, infra videbimus ad 10: 38. — Uti autem Auctor hoc loco voces, e rebus Christianis ſumtas, transfert in res Hebraeas; ita Paulus ſaepe cum illud agit, tum vocabula, V. F. oeconomiae propria, in N. F. transferre amat.

Ita

Ita nimirum effecit, ut Judaeis videretur una esse religio Patriarchalis et Mosaica cum Christianâ. Cf. quae supra diximus ad 1: 1. Hinc Paulus *πίστιν* tribuit Abrahamo, aliisque, qui diu ante Christum vixerant, *Rom.* 1: 17. 4: 1-22. Item quum *νόμον* vocaret religionem Mosaicam; *νόμον* etiam dixit de Euangelio, Cap. 7, 8. Hinc de *sacrificiis* Christianis loquitur: vide loca citanda ad 13: 15. Hinc denique Baptismum Coenamque Christianorum sacram transfert in Hebraeos, per nebulam et mare Rubrum transeuntes, manna edentes, e rupe bibentes, 1 *Cor.* 9: 2-4. cet.

Col. 3.

'Η *καταβολὴ τοῦ κόσμου*] dicendi modus est, apud quosdam N. F. auctores obvius, apud Paulum etiam, *Eph.* 1: 4.

Interpretum labores docent, quam dure elliptica sit hujus coli dictio. De qua stili, etiam Paulini, proprietate dictum ad 3: 15.

Col. 4.

Εἴρηκε.] Scilicet ἡ γραφή, quod more Paulino omissum. Vide ad 1: 6.

Col.

Col. 6.

'Ἀπολείπεται.] Recte mihi docere videntur viri docti hoc verbum, uti et καταλείπομαι, in hac epistola significare *reliquum esse*, *restare*, in Paulinis *relinqui:* ita in his sexies leguntur, in illa quinquies. Sed utraque notio fere eadem est. Quare mihi quidem casu factum videtur, ut in reliquis epistolis semper haec, in nostra vero inveniatur altera notio, quae non minus raro apud Graecos est obvia.

Col. 7.

Τινά] hîc substantivo praeponitur, uti fere solet cum Auctore nostro Paulus. (1)

'Εν Δαβὶδ λέγων.] Plerumque Paulus non nominat auctorem, cujus oraculum citat: facit tamen interdum; *Rom.* 4: 6. 7: 7. 9: 25, 27, 29. 10: 5, 16, 20. 11: 9; ac 9: 25 quidem dicit ἐν τῷ 'Ωσηὲ λέγει. Sic etiam semel tantum in hac epistolâ auctoris citati nomen additur.



Quisque videt loca col. 4 et hoc 7 citata in

(1) Vide Gersdorf, *Sprach-Charact.* p. 451, sqq.

in contextâ V. F. oratione proprie aliud quid ſignificare. Paulum etiam eadem ratione uti V. F. dictis, jam vidimus ad 1: 5-13. Adde *Rom.* 1: 17. 3: 4 9: 25. 2 *Cor.* 13: 1. *Gal.* 3: 11.

COL. 9.

Ἄρα.] Particula est Paulo, ex praecedenti demonſtratione inprimis longiori concluſionem facienti, uſitatisſima. Cf. *Rom.* 5: 18. 7: 21, 25. 8: 1, alibi: vide Concordd. Unde patet, methodum ex praecedenti demonſtratione aliquid concludendi, etiam ipſam ſaepe apud Paulum inveniri. Vide et ſupra ad 3: 19.

Σαββατισμός] et *κατάπαυσις*, quae vox posterior ſaepe legitur, 3: 11. — 4: 11, proprie ſignificant *quietem tranquillam, omni cura et labore liberam*, ſed indicare debent *felicitatem longe maximam:* quo tropo, ad Orientalium, otii amantisſimorum, genium accommodatisſimo, ſaepe utuntur Arabes, Hebraei, alii. In N. F. hac metaphora ſoli uſi ſunt Joannes, *Apoc.* 14: 11, 13. Paulus, 2 *Cor.* 8: 13. 2 *Theſſ.* 1: 7, et Auctor noster.

COL. 11.

Σπουδάσωμεν εἰσελθεῖν.] Et ſtructura Paulo uſi-

usitata, et voces. Etenim σπούδασον ἐλθεῖν legitur, 2 *Tim.* 4: 9. *Tit.* 3: 12.

Cap. III. col. 11. — Cap. IV. col. 11.

His colis Auctor undecies repetiit vel καταπαύω vel κατάπαυσις, eaque diverso sensu. Nam ita ejus procedit argumentatio: „ Quod Davides de Domini requiete loquitur, necesse est, ut aut de Sabbatho dicat, in quo quieverit Deus; aut de quiete, quam adepti sint Israëlitae in Cananaeam ingressi; aut de alia quadam quiete, quae adhuc sit futura. Atqui de prioribus illis rebus loqui non potest, quum altera jam a principio conditi mundi fuerit, altera multis seculis ante Davidem. Necesse igitur est, ut de futura quiete dicat." (1) De triplici igitur quiete loquens, una voce indefinite utitur. Hujus dicendi rationis, Paulus, si quis alius, est amantissimus (2). Quibus autem h. l. usus est Auctor vo-

(1) Sunt verba S. Castalionis in h. l. p. 190.
(2) Ex illius scriptis largam exemplorum vim collegerunt Bauerus, *Logica Paull.* p. 2. sqq. Glassius, *Phil.* p. 1343. sqq. Cf. Grotium *ad Rom.* 7: 23. Vide Koppium, *Excurs.* III. *ad Ep. ad Gal. de sensu vocis* νόμος *apud Paullum* p. 109, *Excurs.* IV. *de vocibus* δικαιοσύνη et δικαιοῦσθαι *apud Paullum* p. 113, *Excurs.* V. *de sen.*

vocibus, eas ex oraculo citato repetiit, quod etiam Paulum saepe facere, vidimus ad 2: 8. Praeterea easdem cognatasque voces saepissime repetere, itidem in more Paulino est positum. Vid. v. c. *Rom.* 14: 4-9. κύριος et κυριεύω; 1 *Cor.* 1: 17-27. σοφία et μωρία; 11: 29-32. κρίνω cum derivatis; 2 *Cor.* 3: 7-11. δόξα et δοξάζω; 7-18 item καταργέω et καλύπτω cum derivatis; 13: 5-7. δόκιμος cum derivatis.

Col. 12.

Ζῶν.] Verbum ζῆν h. l. significat *durare*, *non deficere*, uti saepius in hac epistola et apud Paulum. V. *Rom.* 9: 26. 12: 1. 2 *Cor.* 3: 3. 6: 16. 13: 4. *Gal.* 2: 20. 1 *Thess.* 1: 9. 1 *Tim.* 3: 15. 4: 10. 6: 17. Unde patet hanc notionem non plane a stilo Paulino abhorrere.

Ὁ λόγος.] Sunt qui explicent de Jesu, qui more Alexandrino λόγος dicatur. Ita etiam nuper vir eruditione celeberrimus L. Bertholdt, in libro: *Historisch-Kritische Einleitung in sämmtliche Schriften des alten und neuen Testaments*, T. VI. p. 2941, sq. Huic enim

sensu vocum πνεῦμα, πνευματικόν et s. p. apud Paullum. p. 117. Quae omnes voces apud Paulum saepe, eàdem orationis serie sensu maxime diverso, ponuntur.

enim vulgaris explicatio, de verbo mandatisque Divinis hanc vocem intelligens, non videtur admittenda, quia longe nimia sit hyperbole: quo ex tripode dicto, suâ interpretatione vindicatâ, ex hoc etiam loco probare conatur, Auctorem hujus Epistolae non Paulum esse, sed Alexandrinum quendam. Sed *primum* tenendum est, non tantam hanc esse prosopopoeiam, si per *λόγος verbum* Divinum intelligatur, quanta non saepius inveniatur, *vel* in universo Codice V. et N. F. (Vide Glassium p. 1006-1029.) *vel* in hac epistola, in qua et multa audacius dicta alia inveniuntur, et, 10: 20. via adeo in sanctuarium *ζῶσα* vocatur; *vel* apud Paulum. Vide 1 *Cor.* 9: 24-27. 2 *Cor.* 3: 2, 3. 5: 1-4. *Eph.* 6: 13-17. 1 *Thess.* 5: 8, ubi *metaphorae* tantum audaces inveniuntur. Quid autem dicam quoties *mortem*, *peccatum*, *legem* personas fingat? Vide et infra ad 6: 7, 8. (1). — *Deinde* illa pars hujus prosopopoeiae, qua verbum Divinum dicitur penetrantius quovis gladio ancipiti, scriptoribus Judaicis est admodum familiaris, uti mox ad voces *μάχαιραν δίστομον* videbimus. — *Praeterea* observa *et* totam hanc epistolam age-

(1) Cf. cl. Royaards, *de 2 Cor.* p. 112. sqq. et T. Hemsterhuis, *Oratio de Paulo Apostolo*, in Hemsterh. et Valcken. *Oratt.* p. 31.

agere de J. C., ſed numquam ibi hunc dici τὸν λόγον: *et* ſaepisſime in illa inveniri vocem λόγον, nec raro de verbo Divino; 2: 2. 4: 2. 7: 28. 13: 7. — *Denique*, quod maximum est, longe melius cum oratione contexta convenit, ut λόγον h. l. de verbo Divino intelligamus: nam in praecedentibus non de J. C. ſermo est, ſed de promisſis Divinis in V. F. factis. Quae quum ita ſint, longe plures melioresque interpretes vocem ita intellexerunt, ii etiam, qui a Paulo hanc epiſtolam abjudicabant, Grotius, Valckenarius, alii.

Τομώτερος ὑπέρ.] Ὑπέρ post verbum comparativum etiam invenitur, 2 *Cor.* 12: 13. ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς ἐκκλησίας. Ceterum post comparativum non legitur in N. F. niſi *Luc.* 16:8.

Μάχαιραν δίστομον.] Cum hac dictione *verbum Dei melius ſecare omni gladio ancipiti*, valde convenit locus Pauli, *Eph.* 6: 17., ubi loquitur *de gladio ſpiritus*, *quod ſit verbum Divinum*. Doctores Judaei ſaepius verbum aut legem Divinam cum gladio comparant; quod duxisſe videntur, e *Pſ.* 149: 6., uti patere videtur ex locis apud Schoettgenium, *Hor.* T. I. p. 945, ſq. ad h. l. Vide etiam *Jeſ.* 49: 2. *Apoc.* 1: 16. 2: 22. Item cf. *Jeſ.* 11: 4.

Ψυχῆς τε καὶ πνεύματος.] Hoc quidem loco non ſubtiliter diſtinguam has voces. Sed tamen ani-

animadvertendum est, Paulum utroque isto partis hominis sublimioris nomine uti, 1 *Thess.* 5: 23. Ac praeterea etiam reperitur duplex haec appellatio in Mariae carmine, *Luc.* 1: 45, 46. ubi ex parallelismo Hebraeo hae voces sibi opponuntur. Paulus etiam hominem distinxit ψυχικόν et πνευματικόν (1).

Ψυχῆς et πνεύματος — ἁρμῶν et μυελῶν — ἐνθυμήσεων et ἐννοιῶν synonymice junguntur, more Paulino. Vide ad 2: 2.

Col. 13.

Οὐ κτίσις] *nihil*, uti solo loco *Rom.* 8: 39.



Inest his duobus colis 12, 13. orationis elegantia et flumen numerosum, quod cum oratorum Graecorum numero oratorio fere convenit. Talia grandius dicta, cum numero Graecorum oratorio conferenda, apud Paulum etiam saepius invenias; v. c. *Rom.* 2: 21, 22. 8: 30. 11: 33, 34. 1 *Cor.* 15: 55, 56. 2 *Cor.* 11: 4, 29. *Phil.* 3: 19. 1 *Thess.* 1: 3, 5. 5: 14. al.

Col.

(1) Qua de re et alii egerunt et Valckenar. ad 1 *Cor.* 2: 14. *Schol.* T. II. p. 137, sqq.

COL. 14.

Loquitur Auctor de Mesſia, qui transierit coelos. Scilicet ea erat Judaeorum opinio in ſuperiore paradiſo coelesti esſe locum, quem nemo praeter Mesſiam ingrediatur (1). Jam igitur cum Pontifice Maximo, templi et atrium et ſanctum et adytum transeunti, Auctor comparat Jeſum Christum tres coelos transgresſum. Uti noster Auctor Hebraeis placet, ad eorum res perpetuo reſpiciens, ita Paulum etiam ſemper ſe hac parte illi ſimilem ostendere, monitum ad 2: 17. Conf. ad 3: 2-6. 4: 2.

Τῆς ὁμολογίας.] Hanc vocem in ſola hac epiſtola et ſcriptis Paulinis inveniri, dictum ad 3: 1.

COL. 15.

Μὴ δυνάμενον] *Nolentem*, ex uſu Paulino. Vide ad 5: 2.

Ἀσθένειαι.] Sunt hic et infra 5: 2. 11: 34, *res adverſae*, quae Christianos premunt. Quae ſignificatio haud ſcio, an apud alios N. F. auctores inveniatur; Paulo autem eam esſe familiarem

(1) Vide *Sohar Exod.* Fol. 3. col. 12, obſervante Schoettgenio ad h. l. p. 947.

rem vel ex Grotii nota in h. l. videmus. Cf. *Rom.* 8: 26. 1 *Cor.* 2: 3. 2 *Cor.* 11: 30. 12: 5, 9. 13: 4. *Gal.* 4: 13. Eadem notione dicitur *ἀσθενεῖν*, 2 *Cor.* 11: 29. 12: 10. 13: 4, 9; item in Pauli oratione, *Act.* 20: 35; itidem *ἀσθενής*, *Rom* 5: 6.

Πεπειρασμένον cet.] Supra ad 2: 10. monuimus, usitatisſimum fuisſe Paulo, eodem modo, quo ibi fecit Auctor, Christianorum fata, vitam, mortem, ſalutem futuram, cet. comparare cum Jeſu fatis; atque ibidem ad col. 11 vidimus, Jeſu conditionem cum conditione hominum e contrario ab utroque collatam. Posterius etiam h. l. facit Auctor; item Paulus, *Rom.* 8: 3. 2 *Cor.* 5: 21. *Gal.* 3: 13. 4: 4, 5. *Phil.* 2: 7, 8. al.

Χωρίς.] In hac epistola decies et ter legitur: neque apud Paulum plerumque deëst, nam decies et quater in hujus epp. invenitur.

COL. 16.

Μετὰ παῤῥησίας.] Interdum et noster Auctor et Paulus monent, *μετὰ παῤῥησίας*, *cum fiducia*, Deum esſe adeundum a Christianis. Vide Pauli loca, *Eph.* 3: 12. 1 *Tim.* 3: 13. Apud Joannem etiam hoc invenias.

Ἵνα λάβωμεν ἔλεον καὶ χάριν εὕρωμεν.] Saepius jam adfuerunt dicta, ad parallelis-

 mum

mum poëtarum Hebraeorum accedentia, inprimis ubi oratione elatiore Auctor utitur; v. c. 1: 2, 3. 4: 12, 13. Non est quod miremur parallelismos tales saepe in graviter scriptis Pauli epistolis inveniri. V. *Rom.* 1: 21, 22. 2: 19. 4: 25. 10: 9, 10. 11: 12, 33. *Gal.* 5: 1. *Phil.* 2: 6, 7. 2 *Thess.* 1: 10. 2: 8. al.

Εὔκαιρον.] Monet Valckenarius apud bene Graecos fere dici *καιρός* simpliciter, illo *εὐ* omisso; nam *καιρός* absolute significare *tempus opportunum.* Licet igitur non opus esset, tamen *εὐ* additum est; quod omnino ingenio Scriptoris nostri convenit, qui consuevit gravem vocabulorum significationem hoc illove additamento magis etiam intendere. Quem etiam esse morem Paulinum jam vidimus, exemplo comparativi bis expressi, ad 1: 4. Hinc apud Paulum talia composita, qualia sunt *ὑπερεκπερισσοῦ*, *ὑπερεκτείνω*, *ὑπερεντυγχάνω*, alia (1). Item *εὐάρεστος* soli Paulo et Auctori nostro proprium, in qua voce etiam *εὐ* abundat, uti in voce *εὔκαιρος*. Praeterea etiam alia multa composita per *εὐ* a Paulo, aut solo, aut saltem saepius quam ab aliis, usurpantur. Jam dixi de voce *εὔκαιρος*. Eodem pertinent *εὐμετάδοτος*, *εὐπρόσδεκτος*, *εὐπρόσεδρος*, *εὐπροσωπέω*, *εὔσημος*, *εὔσπλαγ-*

(1) Vide Grotium *ad* 1 *Thess.* 2: 17.

σπλαγχνος, εὐσχήμων cum derivatis, εὐτραπελία, al. Quod hîc monuisse juvabit, quando in seqq. etiam talia cum εὐ composita, alibi rarius invenienda, nobis obvia erunt.

CAPUT QUINTUM.

Col. 1.

Τὰ πρὸς τὸν Θεόν.] Eandem phrasin etiam legi *Rom.* 15: 17, dictum ad 2: 7.

Δῶρα τε καὶ θυσίας.] synonymice junguntur, qua ratione saepe apud Paulum legi duo substantiva, notatum ad 2: 2.

Col. 2.

Μετριοπαθεῖν] fere significat *moderari affectiones* iis ratione subjiciendis: sed Auctor noster notionem huic verbo indit, *sensu malorum alterius afficiendi convenienter suae personae* (1): quae notio, etsi non uni Auctori nostro propria est tamen rarissime alibi inveniatur (2). Paulus, rem grammaticam non curans, multa etiam nova finxit vocabula; vide ad 2: 2.

Δυ-

(1) V. Valcken. in. h. l.

(2) Quaedam exempla citarunt Wetstenius, Carpzovius, Abreschius in h. l.

Δυνάμενος.] Hic non adeo *potentiam* respicit, quam *voluntatem*, ut ſupra 2: 18. 4: 15. Quae hujus verbi notio Paulo frequens est; *Rom.* 16: 25. *Eph.* 3: 2. Idem obtinet in formula *δυνατὸς γὰρ Θεός*, quae ubi apud illum occurrat, vide infra ad 11: 19.

Τοῖς ἀγνοοῦσι] *peccantibus.* Sic infra 9: 7 *ἀγνόημα*, et *Eph.* 4: 18. *ἄγνοια* (1) *peccatum* ſignificat; quo ſenſu haec interdum apud Alexandrinos leguntur, raro apud bene Graecos.

Περίκειται ἀσθένειαν] *indutus est infirmitate.* Tropus a vestibus induendis est deſumtus, quales multi ſunt apud Paulum; *Rom.* 13: 14. *ἐνδύεσθαι τὸν Κύριον*; 1 *Cor.* 15: 53, 54. *ἀφθαρσίαν* et *ἀθανασίαν.* 2 *Cor.* 5: 3. *οἰκητήριον*; *Gal.* 3: 27. *Χριστόν*: item *Eph.* 4: 24. *Col.* 3: 10, 12. Sic *ἐπενδύεσθαι* 2 *Cor.* 5: 2, 4. *ἐκδύεσθαι*, 2 *Cor.* 5: 4., cet. — Dictio loci nostri ſemel in reliquo N. F. legitur, idque apud Paulum, *Act.* 28: 20. *τὴν ἅλωσιν ταύτην περίκειμαι*, *his vinculis indutus ſum.*

COL. 3.

Καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ.] Hujusmodi oppoſitiones ſtilum Paulinum prorſus ſpirant;

(1) Vide in illum l. Koppium.

rant: apud Apostolum enim tales saepissime legimus. V. *Rom.* 5: 19. 6: 4. 11: 30, 31. 12: 4. 1 *Cor.* 12: 12. 2 *Cor.* 1: 5. 11: 3. *Col.* 3. 13. 1 *Thess.* 2: 6, 7. al.

Περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.] Περί et ὑπέρ uni verbo junguntur. Saepe hac ratione duas vel tres praepositiones ad unum verbum invenias apud Paulum; *Rom.* 3: 30. 5: 21. 1 *Cor.* 11: 12. 12: 8, 9. 2 *Cor.* 7: 12. *Col.* 1: 16. 1 *Thess.* 1: 5. 3: 6. 4: 7. alibi.

Col. 5.

Ἐδόξασε γενηθῆναι.] *sibi gloriam sumsit, ut fieret.* Tales infinitivi plures apud Paulum leguntur; *Act.* 17: 26, 27. 26: 16, 18. *Rom.* 14: 2. 1 *Cor.* 7: 25, 39. *Gal.* 3: 1. *Eph.* 1: 10. *Col.* 4: 6. 1 *Thess.* 2: 4. In hac epistola ita 6: 10, 18. 11: 8.

Eundem hunc e *Ps.* 2. locum a Paulo ad eandem rem declarandam citatum fuisse, *Act.* 13: 33, dictum ad 1: 5.

Col. 6.

Τάξιν.] Si vel vera esset cl. Schulzii p. 150 observatio τάξιν in hac epistola significare *seriem*, in Paulinis (in quibus bis legitur) *ordinem*; tamen nihil inde efficere posses de stili diversitate: nam in hac epistola non invenitur haec

haec vox, nisi in hac nostra formula, ex V. F. laudata et simili 7: 11. inde efformata.

Col. 7.

Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ] *in hac vita, eaque infirma multisque malis obnoxia.* Supra ad 2: 14. vidimus et hunc Scriptorem et Paulum per voces αἷμα et σάρξ intellexisse *debile corpus humanum.* Σάρξ, ad imitationem Hebr. בשר, saepe hac notione apud Paulum legitur; v. c. 2 *Cor.* 10: 3 ubi se dicit ἐν σαρκὶ περιπατεῖν, οὐ κατὰ σάρκα στρατεύεσθαι, i. e. *se magna quidem laborare infirmitate, nec tamen impiis consiliis adductum munus suum obire.* Item *Gal.* 4: 13. de τῇ ἀσθενείᾳ loquitur et de τῷ πειρασμῷ, quem ἐν τῇ σαρκί, *in infirma hac conditione*, patiatur. Cf. 2 *Cor.* 4: 11.

Δεήσεις.] Nomen hoc saepe apud Paulum invenitur; raro in reliquo N. F.

Τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου.] Ad consilium praesens accommodatissime Deus describitur, tanquam qui possit servare e morte: qua ratione fere solet uti Paulus. Vide ad 2: 14.

Εὐλαβείας.] Hic legitur et 12: 28. item εὐλαβηθείς, 11: 7; quae voces, uti in universo N. F. sunt rarissimae, ita neque apud Paulum leguntur. Sed negamus pro iis stilum Paulinum postulare εὐσεβεία et εὐσεβέω: nam haec in

in *solis* epp. ad Timotheum et Titum inveniuntur, adeoque in decem Pauli epistolis desunt.

Col. 8.

Ἔμαθεν — ἔπαθεν.] Est paronomasia, qua delectatur Auctor noster. Vide supra 2: 2. *παράβασις καὶ παρακοή*; 2: 10. *δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα*; infra 14. *καλοῦ τε καὶ κακοῦ*; 3: 7. *ἀπάτωρ, ἀμήτωρ*; 9: 10. *βρώμασι καὶ πόμασι* al. Hoc paronomasiarum studio etiam Paulum quam maxime fuisse ductum, notissimum est. Supra ad 2: 2. jam unum alterumque exemplum adductum est (1). Ita jungit *Rom.* 1: 28. *ἐδοκίμασαν — ἀδόκιμος*; 29. *πορνείᾳ — πονηρίᾳ* (hìc tamen lectio incerta est) *φθόνου — φόνου*; 31. *ἀσυνέτους — ἀσυνθέτους*; 2 *Cor.* 5: 2, 3. *ἐπενδύσασθαι — ἐνδύσασθαι*; 4. *ἐκδύσασθαι — ἐπ-*

(1) Alia laudarunt et alii et Glassius p. 1335—1342, ex quibus patet poëtis Hebraeis et Paulo paronomasiam valde fuisse amatam. Ex Paulinis epistolis et hac nostra exempla collegerunt Gatakerus, *Advers. Miscell.* cap. 44. p. m. 450. sq. et C. L. Bauer, *Rhetoricae Paulinae* (Halae 1782.) Tom. II. p. 582. sq. Nondum vidi, quem de hoc argumento edidit librum J. F. Böttcher, *de paronomasia finitimisque ei figuris Paulo Apostolo frequentatis.* (*Lips.* 1824.)

ἐπενδύεσθαι; 8. ἐκδημῆσαι — ἐνδημῆσαι. Quae omnia exempla ex duobus tantum capitibus sunt citata.

Observavit vir acutissimus cl. Schulzius, p. 145, in hac epistola longe saepius παθεῖν legi, in Paulinis πάσχειν. Quod etsi recte monet, minus bene tamen existimat, hinc etiam stili diversitatem posse effici. Etenim Paulus saepe lectoribus malorum *praesentium* solatium praebebat, de quibus subeundis si loquebatur, necesse erat ut verbo praesenti uteretur; hujus epist. Auctor saepe de Jesu morte et calamitatibus *praeteritis* loquebatur, adeoque praesenti uti non poterat. Aoristo tamen hoc eodem usus etiam est Paulus, *Gal.* 3: 4. 1 *Thess.* 2: 14.— Quae autem vir cl. ibidem addidit de verbis μετέχω, κατέχω, προσέχω, non video quid valeant. Quid mirum eundem Auctorem iis non semper eodem modo temporeque esse usum?

Τὴν ὑπακοήν.] Soli Paulo et Auctori nostro proprium est, supplicium, quod J. C. subiit, *obedientiam* vocare; *Rom.* 5: 19. *Phil.* 2: 5.

Col. 11.

Λόγος] hîc significat *doctrinam*, uti et col. 13. 6: 1. 13: 7, 22; *verbum mandatumque Divinum*, 2: 2. 4: 2: 12. 7, 28. 12: 19; *rationem*

nem, 4: 13. 13: 17; nec ſaepius legitur in hac epiſtola. In ep. ad Rom. quinquies legitur, ſi citata ex V. F. excipis, ter notione *verbi mandatique Divini*, 9. 6, 9; 13: 9. In ep. ad *Gal.* bis occurrit, idque eadem notione, 5: 14. 6: 6. unde patet hanc notionem Paulo ſatis eſſe familiarem. Exempla autem citavi ex epp. ad *Rom.* et *Gal.*, quia hae itidem ad Chriſtianos Judaicos ſunt ſcriptae.

Col. 12.

Τὰ στοιχεῖα.] *inſtitutionis rudimenta.* Legitur eodem ſenſu, *Gal.* 4: 3, 9. *Col.* 2: 8. et longe alio, 2 *Petr.* 3: 10, 12. Saepius non invenitur in N. F.

Τῶν λογών τοῦ Θεοῦ.] Eadem formula, *Rom.* 3: 2, quae plane eadem non ſaepius legitur in N. F.

Γάλακτος.] Eadem ſignificatione metaphorica haec vox obvia eſt, 1 *Cor.* 3: 2.

Col. 13.

Δικαιοσύνη] vox eſt, quae Paulo prae reliquis N. F. auctoribus eſt in uſu, inprimis ubi de venia peccatorum ſermo eſt: qua ſignificatione utrum vox hîc ſumatur, incertum; tamen mihi quidem ita videtur, ob ea, quae dicentur ad 6: 1, 2.

Νήπιος.] Paulus ſolet, hominem Chriſtiani

nâ doctrinâ minus provectum conferre cum infante, provectiorem cum viro. Ita *νήπιος* legitur, *Rom.* 2: 20. 1 *Cor.* 13: 11. *Gal.* 4: 3. *Eph.* 4: 14; sed omnium maxime cum h. l., quo Hebraei dicuntur opus habere *lacte, non cibo solido, esse enim eos infantes*, convenit 1 *Cor.* 3: 1, 2, ubi Corinthios vocat *infantes*, *νηπίους, quos lacte, non cibo aluerit.*

Col. 14.

Τελείων.] Graecis *ἀνὴρ τέλειος* is est, *qui ad aetatem virilem pervenit* (1). Hinc cum alii N. F. auctores, tum praesertim Paulus eo nomine dixerunt illum, qui virtute ac scientiâ vere Christianâ esset praeditus. Vide inprimis 1 Cor. 14: 20. *ἀδελφοὶ, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρέσίν· ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τελέιοι γίνεσθε*; *Eph.* 4: 13, 14. optat, *ut adolescant Christiani εἰς ἄνδρα τέλειον, et ad eum aetatis modum, qui plenus est Christi, ne sint amplius νήπιοι*. Plurima autem sunt loca, quibus Paulus vel solos Christianos *νηπίους* memorat, vel solos *τελείους*, quae dabunt lexica.

Αἰσθητήρια] de animo dicitur. Sic *αἴσθησις* a corpore ad animum transfertur, *Phil.* 1: 9. Neutra vox saepius legitur in N. F.

Γε-

(1) Vide Wetsten. ad h. l. et Abresch. p. 348, sq. item Valcken. ad 2: 10. p. 435, sq.

Γεγυμνασμένα.] De exercitanda animi facultate etiam Paulus hanc vocem dixit, *Tim.* 4: 7. Saepius non legitur in N. F., nisi et infra et 2 *Petr.* 2: 14.

Διάκρισιν.] Haec vox non legitur in N. F. nisi *Rom.* 14: 1. 1 *Cor.* 12: 10. — Ceterum de distinguendo bono maloque, tanquam re homini Christiano utilissima, saepius loquitur Paulus. V. *Rom.* 2: 18. 2 *Cor.* 12: 10. *Phil.* 1. 10.

Com. 11—14.

Christianos, quos saepe jam leniter monuerat Auctor, hîc acrius reprehendit. Incusat autem eorum torporem in inquirenda religione. Orientales niminum semper ab auctoritate sapientum priscorum pendent; ac Judaei quidem nefas putabant, Rabbinorum Veterum dictis quidquam vel addere vel demere; imo postea anathemate dignos judicabant, qui religionem accuratius perquirerent. Qualis torpor, quoniam impediebat, quominus veram religionis Christianae rationem intelligerent, reprehensione erat dignissimus. Paulus plerumque quidem longiori amoris lenitatisque viâ lectores hortatur, interdum vero severitate majore increpat. Exemplo sit, qua ratione egerit cum Corinthiis et Galatis. V. 1 *Cor.* 4: 8, 21. 5: 6. *Gal.* 3: 1. Uti autem hic ex epistola ad Hebraeos unicus est locus, quo

se-

ſeverius in eos invehat Auctor, qui ſermone leni multo magis delectatur; ita etiam in epiſtolis Pauli talia acrius dicta quaeri debent, gratioſa et blanda ubique exſtant. Agit enim uti prudens medicus, qui ustum et ſectum non venit, niſi quum ἤπια φάρμακα non amplius reperiuntur.

Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus
Enſe recîdendum, ne pars ſincera trahatur.



CA-

CAPUT SEXTUM.

Col. 1.

Tὸν τῆς ἀρχῆς — λόγον.] Talis articulorum appositio, reliquis N. F. auctoribus maxime infrequens, apud Paulum et Petrum et in hac epistola saepe invenitur; v. c. ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός, 2 *Cor.* 1: 19. (1).

Τοῦ Χριστοῦ.] *Christus* hîc *doctrinam de Christo* significat, quod soli Paulo proprium est. Vide ad 13: 8.

Τελειότης] in N. F. non saepius legitur nisi *Col.* 3: 14.

Θεμέλιον — μετανοίας.] Θεμέλιον de doctrinae Christianae fundamentis etiam Paulus dixit, 1 *Cor.* 3: 10, 11. *Eph.* 2: 20. Θεμέλιον μετανοίας ceterique genitivi significant: *id est*, *ita ut sit fundamentum poenitentia* cet. Sic etiam Paulus saepe. *Rom.* 5: 17. ἡ δωρεὰ τῆς δικαιοσύνης, *donum positum in justitia. Col.* 1: 22. τὸ σῶ-

(1) Vide Gersdorfii *Sprach-Charakt.* T. I. p. 303.

σῶμα τῆς σαρκός, *corpus id est caro imbecillis.* (Cf. ad 5: 7.). Vide praeterea 1 *Cor.* 1: 17. 5: 8. 2 *Cor.* 4: 6. *Eph.* 1: 18. 6: 14. *Phil.* 3: 14. *Col.* 1: 18. 2: 11. (1)

Col. 2.

Ἀναστάσεως νεκρῶν.] Reliqui fere dicunt *ἐκ νεκρῶν*: Paulus semper *ἐκ* omittit. *Act.* 23: 6. 24: 15, 21. 26: 23. *Rom.* 1. 4. 1 *Cor.* 15: 12, 13, 21, 42. *Phil.* 3: 11.

Col. 1, 2.

Est hic locus unus gravissimus ex iis, ob quos diu maximeque dubitaverim, num Paulus hanc epistolam scribere potuerit. Quid enim? Num Paulus, qui *μετανοίαν*, *πίστιν*, rel. semper primaria ac praecipua habuit religionis Christianae dogmata, semper haec accurate explicuit, num Paulus jam haec habeat puerilia, negligenda, mutanda cum scientia altiori ac praestantiori, quae religionis Christianae caput sit? Quid tandem sit caput illud? Allegoriae? Igitur allegoriae sunt sectandae, tenuis illa ac sim-

(1) Loca haec attulit Bauerus, *Philol. Thucyd. Paul.* p. 29, sq.

ſimplex religionis doctrina (quam tamen conſtat esſe unice veram) relinquenda! Scilicet talia ſcripſisſet Paulus? — Ita rogabam cum Ven. P. Bosveld, *Tijdmeter*, Tom. IV. p. 339, ſqq. Verum diu diuque hunc locum animo volventi, tandem mihi viſus est vir venerandus non ſatis recte conſtituisſe ſignificationem vocum *ἀρχή* et *τελειότης*. Ἀρχή enim doctrinae Christi, non est ejus pars *minus primaria*, ſed quae *prima atque ante reliquas* est docenda, *fundamentum* doctrinae religionis Christianae. Nam qui hanc ἀρχήν cognoverint, vere eos Christianos esſe praedicat Auctor. Nimirum ita procedit ratiocinium Col. 1-6. „Non amplius initia religionis Christianae explicabo; nam vos, qui initia illa ſatis docti estis, ſi ſecundum ea vivere nolitis, iis repetendis non emendabo." Igitur qui τὴν ἀρχήν religionis Christianae didicerant, eos col. 4 et 5 deſcribit tanquam „qui gustasſent donum coeleste, participes facti esſent Spiritus Sancti, intellexisſent bonum Dei verbum, ſcivisſent virtutes regni Mesſiani." Unde clarisſime patet, haec *initia* religionis Chriſtianae ſignificare *prima* quidem, ſed et *primaria* illius dogmata.

Deinde *τελειότης* neque doctrinam ſignificat, quae est *caput* religionis Chriſtianae (*hoofdzaak*, ait Bosveldius) neque *allegorias*, ſed doctrinam,

quae

quae *adultioribus hominibus convenit.* Locutus enim erat Auctor, duobus colis praecedentibus, de Christianis *et* pueris *et* adultis, atque de diverſâ utrisque tradendâ doctrinâ, quibus dictis jam addit: *verum accedamus ad doctrinam adultioribus convenientem*, i. e. *ſublimiorem*, *intellectu difficiliorem*, non *magis necesſariam* ac *praeſtantiorem.* Ita hanc vocem esſe ſumendam, non tantum ex oratione contextâ patet, ſed etiam ex conſtanti N. F. uſu. Vide ſupra ad 5: 14. inpr. *Eph.* 4: 13. *Col.* 1: 28. Praeterea haec doctrina, *adultioribus conveniens*, non est allegoriarum ſcientia. Nam ex 5: 12 - 14. patet, „ puerorum cibum esſe lac, non cibum ſolidum, non λόγον δικαιοσύνης; hunc enim cibum adultis convenire." Igitur λόγος δικαιοσύνης pertinet ad cibum ſolidum, quae est illa nostra τελειότης. Jam vero λόγον δικαιοσύνης vel τελειότητα non indicare *allegoriarum ſcientiam*, ex ſeqq. patet. Neque enim continuo merae ſequuntur allegoriae, ſed ſequitur disſertatio de δικαιώσει nostra per Jeſum Christum, quae δικαίωσις cum aliunde, tum allegoriis illustratur. Quam disputationem legenti palam erit, eam recte vocari *ſubtiliorem* atque *intellectu difficiliorem adultisque ſolis convenientem:* id enim voce λόγος indicatur;

G nam

nam λόγος δικαιοσύνης est *subtilior de venia peccatorum disputatio* (1).

Quae cum ita ſint, patet his colis nihil inveniri, aut quovis ſcriptore divino aut Paulo indignum. Verumtamen hoc omnino disſentienbus concedimus (quidni enim aequi ſimus?), esſe eam vocum ἀρχή et τελειότης ſignificationem, quae faciat, ut, ſi oratio contexta non conſulatur, praeferas forte rationem Bosveldii. Videtur enim Auctor paulo minus accurate hîc ſcripſisſe. Quae tamen minor ἀκρίβεια vitium non habet, niſi, ex accurata nostri aevi ac philoſophica ſcribendi ratione, hujus loci dictionem dijudices. Sed iniquum ſit, Orientales, libere et indefinite vocibus utentes et ideas enunciantes, ad aevi nostri rationem exigere.

COL. 3.

Ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεός.] Sic 1 *Cor*. 16: 7. ἐὰν ὁ κύριος ἐπιτρέπῃ.

COL.

(1) Postquam haec ſcripſeram, vidi hanc loci hujus difficilis interpretationem ex parte jam esſe propoſitam a cl. J. D. Michaëlis, *Erklärung des Briefes an die Hebräer*, ad h. l. p. 201, ſqq. Cf. et Keuchenii *Annot. in N. T.* ad *Col.* 1: 18. et *Hebr.* 5: 12.

Col. 4.

Γάρ] hic ponitur pro δέ, quod toties fit in Pauli epistolis, ut exempla ubique invenias. Cf. ad 7: 19.

Φωτισθέντας.] Φωτίζειν h. l. de *illuminando* et *doctrinam Euangelii docendo* dicitur, uti *Eph.* 1: 18. 3: 9. et φωτισμός, 2 *Cor.* 4: 4, 6.

Col. 5.

Θεοῦ ῥῆμα] *Euangelium*, quod *Rom.* 10: 8. vocatur ῥῆμα πίστεως, et eodem nomine ῥῆμα Θεοῦ, *Rom.* 10: 17. *Eph.* 6: 17. Vulgo, et apud reliquos N. F. ſcriptores et apud Paulum, genitivus Θεοῦ ponitur post nomen, unde pendet: ſed ſaepe etiam Paulus, uti et Auctor noſter, Θεοῦ ante illud ponit, uti h. l. V. *Rom.* 3: 5. 13: 4. alibi (1).

Col. 1—5.

Colis his duplex continetur recenſio, altera rerum, quas didicerant Christiani, altera bonorum, quae inde ad eos redundârant. Saepe tamen

(1) Alia vide apud Gersdorfium, *Sprach-Charact.* T. I. p 299.

lem in hac epistolâ legimus coacervationem rerum non admodum diversarum; saepe item in Pauli epistolis. Exempla vide ad 7: 27.

Col. 6.

Παραπεσόντας.] Itaque illi etiam, qui plurimum profecerant, a religione Christiana deficere poterant. Idem docet Paulus, 2 *Cor.* 9: 27: „ Ne aliis Euangelium annuncians, ipse sim improbandus."

Ἀνασταυροῦντας cet.] Sensus est, approbare hos homines, Christum esse cruci affixum, idemque in eum facturos fuisse, si potuissent. Et sententia et dictio insolita est: cum utrâque tamen mire consentit Pauli dictum, 1 *Cor.* 10: 27. eum, qui indignus utatur coenâ sacrâ, esse ἔνοχον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου, *reum esse corporis et sanguinis*, i. e. necis, *Domini.*

Παραδειγματίζοντας] Ita *Col.* 2: 15: *Jesus principes et potestates* ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, *contumeliae palam exposuit.* Neutrum verbum alibi in N. F. legitur, nisi quod prius invenitur, *Matth.* 1: 19.

Ceterum participium hoc ultimum est illorum, quibus solis fere constant col. 4 - 6. Saepe jam observare potuimus, scriptorem ad He-

Hebraeos libenter periodos periodis jungere per participia, Nondum autem tot habuimus juxta se posita, quot h. l. Quod a stilo Paulino minime est alienum. V. *Act.* 22: 3, 4. *Rom.* 1: 27. 12: 9-13. 2 *Cor.* 4: 8-10. 6: 9, 10. 10: 5, 6, 14, 15. 1 *Thess.* 1: 3, 4. 2: 6, 11, 12: 2 *Tim.* 1: 8-10. (1).

Sunt in hoc colo duo verba ab ἀνά incipientia, ἀνακαινίζειν et ἀνασταυροῦν, quae saepius in N. F. non leguntur. Sunt in hac epistola plura talia vocabula ab ἀνά incipientia, quae in universum apud Graecos et Hellenistas raro inveniuntur, quod quam maxime cum stilo Paulino convenit. Sic in N. F. apud solum Paulum leguntur, ἀναζωπυρέω, ἀναθάλλω, ἀνακαινόω, ἀνακαίνωσις, ἀνακαλύπτω, ἀνακεφαλαίουμαι, ἀνακόπτω, ἀναλογία, ἀνάλυσις, ἀναμένω, ἀνανιόω, ἀνανήφω, ἀνατρέπω, ἀναψύχω.

Col. 8.

Ἀδόκιμος] inprimis de *nummo adulterino* dicitur: sed a Paulo, apud quem et Auctorem nostrum

(1) Cf. omnia loca, quae numero multa ex epistolis ad Ephesios et Colossenses laudavit ven. A. van Bemmelen, *Diss. de Epp. Pauli ad Eph. et Coll. inter se collatis*, (*L. B.* 1803) p. 20..

trum solos haec vox in N. F. reperitur, saepissime usurpatur de omni re, quae *reprobatur*, *rejicitur*. V. *Rom* 1: 28. 2 *Cor*. 13: 5, ad quae loca vide Grotium: reliqua in Lexicis. Oppositum est δόκιμος, quod etiam saepissime apud Paulum legitur.

Col. 7, 8.

Comparationem his colis contentam ad homines transferam, qui, quum uti ager omnia, ad fruges proferendas necessaria, accepissent, tamen nihil proferunt. Eam proponens incipit a γάρ, ac si argumentum prolaturus sit rem profligans: quod omnino convenit cum usu Pauli, qui exempla et comparationes saepe a γάρ incipit; *Rom*. 7: 2. 8: 19. 9: 17. 1 *Tim*. 2: 13. al. Porro ab agro colendo etiam Paulus imaginem transtulit in res Euangelicas, 1 *Cor*. 3: 6, 9.

Deinde per prosopopoeiam hic fingitur terra *bibens*, *pariens*, *benedicta*, *partum ejiciens*; quarum figurarum audacia in poeta nobis non nimia videatur, sed quam in media pedestri oratione non exspectemus. Verum id Orientalibus proprium est, ut Europaeis in figuris omnibus usurpandis longe sint audaciores, inprimis etiam hac parte, quod seriores quoque eorum scriptores mu-

mutam inanimemque naturam fingant esse hominem cogitantem, agentem, volentem (1); imo hinc interdum exempla ducant, quibus ad virtutem incitent, a vitiis deterreant (2). Talis etiam est locus, quem tractamus; quem qui scripsit, aeque ac Paulum, prae omnibus aliis, saepissime audacissimis uti prosopopoeiis, dictum ad 4: 12. Cum h. l. autem inprimis cf. *Rom.* 8: 19 - 22, qui locus nostrum audacia etiam superat. Mundus enim ibi dicitur *exspectare spe vehementi* futuram filiorum Dei felicitatem, fragilitati quidem subjectus esse *nolens*, sed a Deo ita constitutus; quam felicitatem futuram ideo *sperare* mundum, quia ipse etiam tum *liberabitur* conditione servili et misera, et erit *faustus* et *perfectus*; nunc autem illum *gemere* et *parturire*.

Col-

(1) Propiores enim erant iis temporibus, *da man die Natur, vielleicht im kleinerem Umfange, aber levendig kannte, sie mit dem geschärftem Auge der Empfindung und der Menschenanalogie ansah, und meistens anstaunte.* J. G. von Herder, *Vom Geist der Ebräischen Poësie*, Th. I. f. 108. Cf. H. Blair, *Lectures on Rhetoric and Belles Lettres*, Sect. 14. p 343.

(2) Poetis Arabibus hoc esse usitatissimum, etiam nuper monuit doct. L. G. Pareau, *Spec. de Tograji Carmine*, *p.* 39, 126.

Cum dictione poetica in universum cf. *Rom.* 11: 16-24. 1 *Cor.* 3: 16, 17. 12: 14-27.

Col. 9.

Quae scripserat monita gravissima, facile duriora videri poterant: ideo, ne alienos a se redderet lectorum animos, blanda haec subjicit Auctor (1). Qua in re Scriptoris indolem videmus Paulinae simillimam. Paulus enim, quo attentius se audiant lectores, eos fere laudat, neque ulla est illius epistola, quin aut ab iis laudandis incipiat, aut deinde etiam tale quid proferat. Sed de benevolâ hac Pauli in reprehendendo urbanitate, jam dictum ad 4: 1. Verum alia addenda. Praeter epistolarum omnium atque orationis Areopagiticae, *Act* 17: 12. initia, vide *Rom.* 6: 22; quo loco, quum antea multa graviter monuisset, dicit Romanos liberos esse peccato et servire Deo, unde sint sancti. Itaque quoque dicit, 1 *Cor.* 11: 2: *Laudo vos, Fratres! quod in omnibus mei sitis memores, et quam vobis tradidi doctrinam, tenea-*

(1) Jam Chrysostomus in h. l. *Hom.* 10. *Opp.* Tom. XII. p. 104, 105 et *Hom.* 8. p. 85. monuit, „esse prudentiae Paulinae (hunc enim credit esse Auctorem ad Hebraeos) τὰ ἐντραχέα τοῖς χρηστοῖς ἀναμιγνύναι." Exemplo citat *Gal.* 3: 4. 5: 7, 10.

neatis. Quae prior ad Corinthios inprimis hac in re memorabilis est, quippe qua ſaepius laudantur lectores in univerſum minime laudandi. V. 1: 4. 10: 15. 15: 1, 31. — Quo incitet Corinthios ad liberalitatem, hortatur, 2 *Cor.* 8: 7, ut hanc virtutem reliquis ſuis virtutibus aequalem faciant: ipſos enim excellere fide, doctrinâ, cognitione, ſtudio, charitate; quare excellant etiam liberalitate. Sed tota haec epistola hac in re memorari meretur (1). Quos gravius reprehendit quam Galatas? Sed, ne eorum benevolentia ſibi pereat, quam prudenter cavet, testans, 4: 12 - 15, debilem ſe ab illis fuisſe exceptum, ut Angelum Dei, ut J. C., adeo ut in ipſius gratiam Galatae ſuos ſibi oculos etiam effosſuri fuisſent. Quodſi ita loquitur Paulus ad eos, quos gravisſime reprehendit, quo amore ſcribet ad eos, quos leviter tantum moneri necesſe ſit? Lege quoque totas ad Philippenſes, Thesſalonicenſes, Philemonem epistolas.

Ex eodem placendi ſtudio explicandum est, quod, hoc uno hujus epistolae loco, vocet Auctor Hebraeos *ἀγαπήτους*, quo nomine non ſaepe utitur Paulus, ſed tamen hic illic, inprimis in epistolis ad Philippenſes et Colosſenſes.

COL.

(1) Vide cl. Royaards, *de* 2 *Cor.* p. 123, ſqq.

Col. 10.

Ἐπιλαθέσθαι.] De hoc infinitivo vide ad 5: 5.

Τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης.] Eadem verba eodem modo juncta lege 1 *Thess.* 1: 3. Forte tamen melius cum Griesbachio ex h. l. τοῦ κόπου ejicias.

Τοῦ ἔργου — τῆς ἀγάπης] synonymice junguntur, more Paulino: vide ad 2: 2. Ἔργον enim hic non *molestiam* significare videtur, sed *munificentiam*, uti 2 *Cor.* 9: 8. 1 *Tim.* 6: 18. al.

Ἐνεδείξασθε.] Verbum hoc non legitur in N. F. nisi in hac epistola et apud Paulum. Phrasis ἀγάπην αναδείκνυσθαι etiam legitur, 2 *Cor.* 8: 24.

Διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες.] A Paulo longe saepius Christianos vocari ἁγίους, quam a reliquis N. F. scriptoribus, dictum ad 3: 1. Deinde solenne est illi prae ceteris, διακονέω de eleëmosynis dandis intelligere, 2 *Cor.* 8: 19, 20. 2 *Tim.* 1: 18. quin ipsum dictum διακονεῖν τοῖς ἁγίοις legitur, *Rom.* 15: 25. item ἡ διακονία εἰς τοὺς ἁγίους, 2 *Cor.* 8: 4. 9: 1. coll. *Rom.* 15: 31. Praeterea tanquam Christianorum officium, unum omnium maxime necessarium, hoc loco commendatur liberalitas in fratres egenos. Eadem virtus semper in eodem ho-

no-

nore fuit apud Paulum; quod, cum jam videas ex locis citatis, tum ex *Act.* 24: 17. 1 *Cor.* 16: 1. aliis. Quae loca ostendunt, alte illam virtutem Pauli menti fuisse infixam. Fuit etiam Auctori nostro: nam, etsi de illius praestantia non data opera agebat, eam tamen in virtutum Christianorum principio posuit.

Cum coli totius et verbis et sententia multum convenit 1 *Thess.* 1: 3.

Sententia, quae hic invenitur, Deum impediturum esse, quominus caderent Hebraei, quia tantam *virtutem* ostendissent; ne haec indigna videatur, quae a viro Sancto proferretur. Cogites esse sensum totius loci (col 9, 10): „Sed confidimus, vos non esse lapsuros: nam virtus et charitas vestra mihi persuadent, vos ex animo adhaerere religioni nostrae in eâque fore constantes." Cujus constantiae causa quod jam Deo tribuitur; ecquis nescit cogitandi modum Hebraeorum, qui omnes rerum causas et effectus Deo tribuerent? Neque nimia bonorum operum aestimatio huic loco inest. Nam prouti scriptores sacri, minime illi philosophi, pro diversa scribendi opportunitate, Jesum mortem subiisse docent, modo ut salutem aeternam nobis pararet, modo, ut peccata expiaret, modo ut exemplum quod sequeremur relinqueret; sic etiam de salu-

te

te aeterna agentes, quae a nobis a religione Christianâ non desciscentibus comparetur, modo illam Jesu morti tribuunt, modo vel fidei, vel virtuti nostrae. Neque enim Christianus verae *virtuti* studere potest, nisi *fidem* habeat, peccata sua ob *Jesu mortem* esse expiata. Unde hae res ita secum invicem connexae sunt, ut perinde sit e mente Apostolorum, quaenam earum potissimum nominetur.

Nondum dixi, *ἄδικος* non significare *injustum*, verum *non benignum*; quam *benignitatis* notionem voci *δίκαιος* cum cognatis in N. F. tribui, nemo est qui nesciat. Atqui notissimum est, Deum bona opera nostra, quae dicuntur, non ex eorum meritis, sed ex benignitate suâ, remunerari velle.

Quae omnia ostendunt, hujus loci doctrinam non pugnare, quod nonnulli volunt, cum doctrinâ Paulinâ.

Col. 11.

Πληροφορία] hic et 10: 22. de *pleniore rei confirmatione et persuasione* dicitur, uti apud Paulum, *Col.* 2: 2. 1 *Thess.* 1: 5. Verbum πληροφορέω eodem sensu legitur, *Luc.* 1: 1. *Rom.* 4: 21. 14: 5. 2 *Tim.* 4: 17. et notione paullulum diversa, 2 *Tim.* 4: 5. Saepius neutra vox in N. F. legitur.

Col.

Μακροθυμία] raro in reliquo N. F., saepe apud Paulum invenitur. Sed apud hunc fere alio sensu. Nam hîc, uti col. 15. μακροθυμέω significat *patientiam in re aliqua exspectanda*, qua rariore notione apud Paulum non legitur, nisi *Col.* 1: 11. De patientia autem ista in epistolis Paulinis ὑπομονή atque ὑπομένω dicitur, quae tamen utraque vox etiam saepe in hac epistolâ legitur; 10: 32, 36. 12: 1, 2, 3, 7.

Coli praecedentis et hujus sensum expressit Paulus, 1 *Cor.* 15: 58.

Col. 13.

Ἐπαγγειλάμενος.] Participium hic periodum prorsus novam praecedenti jungit; qua ratione etiam Paulum saepissime jungere periodos, vidimus ad 6: 6. Sed cum h. l. conveniunt etiam alia exempla. *Rom.* 5: 1, 9, 11. 6: 9, 18, 22. (ergo duobus capp sexies ita ponitur participium) 2 *Cor.* 5: 6. 6: 1. 9: 11. al. — Omnino autem hoc caput aptissimum est, ad quod talis fiat annotatio: nam per participia junguntur col. 1, 4-6, 8, 13, 15, 17.

Μείζονος] *praestantior*, uti col. 16. 9: 11. Haec noto, ob Schulzii observationem p. 151.

Denuo autem hîc *exemplum* affert Scriptor, cui

cui haec etiam conſtans eſt cum Paulo conſuetudo, ut per exempla ſimilitudinesque dicta legentis animo alte imprimat. Idem Abrahami exemplum attulit etiam Paulus, *Rom.* 4: 12-22. *Gal.* 3: 16. 18. idque ita, ut cum h. l. maxime conveniat uterque locus.

Col. 16.

De digresſione, quae hîc incipit, vide ad 3: 6. In his colis Auctor, prae ſcribendi fervore, naturalem dicendi ordinem paululum confudit. Nam ſic procedit argumentatio: „ Patienter exſpectetis promisſa perficienda; uti Abrahamus patienter exſpectavit, quum Deus, jurejurando adhibito, prolem copioſam ipſi promisisſet." Sic etiam Paulus ſcribere ſolet. Nam *Rom.* 14: 9. dicit inverſo ordine, Christum et *reſurrexisſe* et *revixisſe;* ſed hujus loci lectio incerta est. 2 *Cor.* 11: 22. *Suntne Hebraei? Et ego. Israëlitae? Et ego. Gens Abrahami? Et ego.* Quo loco duo priora ſunt ſynonyma; postremum autem praeponendum fuisſet prioribus, verum iis includitur. Sic etiam, 2 *Theſſ.* 1: 11. *Philem.* 5. fidem postponit fidei fructibus. Cf. 1 *Cor.* 1: 30. 6: 11. 1 *Tim.* 1: 5. Prorſus convenit *Rom.* 5: 6-8, ubi ſic ratiocinatur Paulus; „ Amor Dei in nos probatur inde, quod Chris-

Christus pro nobis peccatoribus et debilibus mortuus sit." Quod ita effert, ut ratiocinium prorsus invertat: nam secundum naturae ordinem, colon 8. colo 5 jungendum fuisset.

Ceterum facile intelligitur, quomodo haec scribendi ratio ei conveniat, qui praedicatum subjecto praeponere amet. Vide ad 3: 2.

Col. 17.

Τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς] *immutabile consilii*, pro *immutabilitas consilii*. Si quid aliud, hoc certe stilum Paulinum spirat: nam innumera apud illum talia inveniuntur. Sic *Rom.* 1: 18. τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, pro ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ. 2: 4. τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ. 8: 3. τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου. 9: 22. τὸ δυνατὸν αὐτοῦ. Vide etiam 1 *Cor.* 1: 25. 7: 35. 13: 10. 2 *Cor.* 4: 2, 17. 5: 4. 8: 8. *Eph.* 6: 12. *Phil.* 4: 5. al. Quod etiam cum optime Graecis habet commune. Cf. v. c. Heindorfium ad *Platonis Theaetet.* p. 394, 29.

Col. 18.

Ἐλπίς] hic illic apud Paulum de re sperata dicitur, i. e. de futura felicitate. V. *Gal.* 5: 5. *Col.* 1 5.

Col.

COL. 19.

'Ασφαλῆ τε καὶ βεβαίαν] synonymice junguntur. Substantiva plura ita jungere solere Paulum, jam saepius vidimus. Adjectiva tali modo connexa reperias, *Rom.* 12: 1, 2. *Eph.* 3: 6. 4: 32. 5: 27. *Col.* 1: 22, 23. al.

Dictio hujus coli audacior est: nam primum loquitur Auctor de ancora, quam dicit firmam et stabilem; deinde vel eam ancoram dicit intrare in interius aulaeum, vel (quod malim) subitâ structurae mutatione, conjungit cum εἰσερχομένην ἣν, supple ἐλπίδα. Vix excogitare possis structuram ita duram, ut non inveniatur in Pauli epistolis. Sic dura personae mutatio legitur, *Rom.* 13: 13, 14. temporum, 2 *Cor.* 11: 4. modorum, *Eph.* 5: 27. casuum, *Rom.* 2: 7-10. Plane mutatur dictionis forma, *Rom.* 5: 17. 2 *Cor.* 3: 9. 8: 23. Notae sunt durissimae Pauli ellipses, de quibus ad 3: 15. Sed omnes sciunt, Paulum ita rebus, quas tractabat, fuisse occupatum, ut verba negligeret.

CA-

CAPUT SEPTIMUM.

Col. 1.

Hic incipiunt allegoriae istae, quibus peculiaris cernitur hujus fcripti indoles. Erat autem allegoriarum e V. F. ductarum ftudium apud istius aevi Judaeos plane acerrimum. Ut enim cum philofophia Graeca religionem avitam conciliarent, omnem impendebant operam; cui confilio asfequendo nihil, cum aliis tum inprimis Philoni Alexandrino, aptius videbatur, quam ut religionem fuam allegorice explicarent. Itaque ad horum rationem fefe accommodans Auctor noster, eidem ftudio ipfe indulfit. Nec tamen huic epistolae allegoriae ita privae funt, ut in reliquo N. F. plane non inveniantur. Nam cum alios nonnunquam, tum prae ceteris etiam Paulum illarum ftudio fuisfe ductum, fatis apparet. Hic autem, numquam ad folos Judaeos literas dans, numquam etiam hujus ftudii valde multa exhibuit fpecimina: nam Judaei foli erant, quibus ea et grata esfe posfent et perfpicua: attamen eae

Pauli epistolae, quas ad ecclesias, ubi plurimi Judaei erant, scripsit, nonnullas allegorias tales continent. Atque, ne ea citem loca, ubi tantum vestigia hujus studii inveniuntur, cf. modo 1 *Cor.* 10: 1-6, quo loco dicit, quod majores Israëlitici fuerint sub nube ac transierint per mare, id fuisse imaginem sive typum baptismi Christiani; quod ederint de manna et biberint e rupe, coenae sacrae; rupem enim fuisse Christum. Cf. item *Gal.* 4: 22-31. ubi celebris invenitur allegoria ista, qua Hagar dicitur significâsse V. F., Sara vero N. F.

Col. 3.

Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ.] De talibus paronomasiis, et nostro Auctori et Paulo usitatis, vide ad 5: 8.

Ἀγενεαλόγητος.] Forte nusquam alibi haec vox reperitur, saltem non in Codice Sacro. Est autem hoc etiam Auctori huic cum Paulo commune, ut cum multis aliis vocabulis utantur, tum adjectivis, ab α privativo incipientibus, quae alibi aut numquam aut raro inveniantur. Talia sunt vel apud Paulum, vel apud hunc Auctorem, vel apud utrumque occurrentia: ἀβαρής, ἄγαμος, ἀγενής, ἀδιάλειπτος, ἄκακος, ἀκατάγνωστος, ἀκατακάλυπτος, ἀκατάλυτος, ἀκέραιος, ἀλά-

λη-

λητος, ἄλυπος, ἄμαχος, ἀμετάθετος, ἀμετακίνητος, ἀμεταμέλητος, ἀμετανόητος, ἄμετρος, ἀμώμητος, ἀναπολόγητος, ἀνεκδιήγητος, ἀνεξερεύνητος, ἀνεξίκακος, ἀνεξιχνίαστος, ἀνεπαίσχυντος, cet.

'Αφωμοιωμένος - μένει] pro ἀφωμοιώθη - μένων, per participii hypallagen, Paulo usitatissimam. Vide ad 1: 4.

Col. 5.

Τοῦτ' ἔστι.] Phrasi hac et Auctorem nostrum et Paulum saepe sua ipsorum verba explicare, dictum ad 2: 14. Uti autem h. l. dicitur: *Levitae decimas sumunt a populo, id est a fratribus suis*; ita *Philem.* 12: *Tu illum, id est viscera mea, accipe.*

Col. 6.

Τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας.] Tanquam privi quid, Abrahamo proprii, etiam Paulus commemorat ἐπαγγελίας, *Gal.* 3: 16, 18 Est autem hoc generatim cum in hac epistola tum in Paulinis observandum, earum Auctores amare, de promissis Divinis Israëli factis, sermonem injicere. Vide Lexica in V. ἐπαγγελία. Item facit Paulus, *Act.* 26: 6.

COL. 7.

Τὸ ἔλαττον] pro ὁ ἐλάττων. Sic 2 *Theſſ.* 2: 6. τὸ κατέχον pro τὸν κατέχοντα. Sic et neutrum plurale pro masculino ſingulari occurrit, 2 *Cor.* 1: 27, 28. *Phil* 2: 6. 1 *Tim.* 6: 13. Alius generis est adjectivum neutrum, de quo diximus ad 6: 17.

COL. 8.

Μαρτυρέω.] Non recte dicitur hoc, *praedicandi*, *laudandi* ſenſu, non inveniri apud Paulnm, quum legatur v. c. *Rom.* 10: 2. 1 *Tim.* 5: 10.

COL. 9.

Ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται.] Est *acutifatuum*, ſive ὀξύμωρον, qua contraria junguntur modo acuto quidem, ſed prima ſpecie fatuo. Talibus dictionibus abundat ſtilus Paulinus. Vide *Rom.* 1: 20. 2: 14, 25. 4: 18. 9: 6. 11: 6. 1 *Cor.* 7: 22. 12: 2, 23. 2 *Cor.* 3: 10: 8: 2. 1 *Tim.* 5: 6.; ad quae aliaque loca multa acutifatuum fere notavit Grotius.

COL. 11.

Ἐι — τίς] Inter innumeros modos, quibus Paulus opponere ſolet partes ratiocinii, etiam hunc

hunc esse, ut praecedat εἰ, sequatur interrogatio, videre est exemplis, ad 2: 1 - 4 prolatis. V. inprimis *Rom.* 11: 15. *Col.* 2: 20.

Huc redit hujus coli sensus: „ Si lege Levitica expiari potuissent peccata nostra; non opus fuisset, ut novus existeret Pontifex Maximus." Ita *Gal.* 2: 21. *Si per legem est expiatio, frustra mortuus est Christus.*

COL. 13.

Προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ.] De verbo προσέχω, significatione *operam dandi*, et in hac epistola et apud Paulum obvio, dictum ad 2: 1. — Uti autem illa phrasi describuntur sacerdotes Hebraei, sic iidem οἱ προσεδρεύοντες τῷ θυσιαστηρίῳ vocantur, 1 *Cor.* 9: 13.

COL. 14.

Πρόδηλον] bis praeterea legitur in N. F. 1 *Tim.* 5: 24, 25.

Ἀνατέταλκεν.] Dictio a Prophetis, qui saepius eadem de Messia usi sunt, desumta. Vide *Jes.* 11: 1. *Zach.* 6: 12. alibi, inprimis *Num.* 24: 17, ubi legimus ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ: quod Bileami vaticinium a Judaeis in Messiam fuisse translatum, inde patet, quod Pseudo-Messias

ſias iste notisſimus ex eo ſe vocaret בר־כוכב i. e. *filium ſtellae.* — V. F. dictiones, inprimis poëticas, in ſua ſcripta transferre amant cum Paulus, tum Auctor ad Hebraeos. Unius Grotii annotata magnam exemplorum vim quavis fere pagina offerunt. Vide *Rom.* 1: 23. 2: 5, 19. 10: 6-8, 18. 11: 34. 12: 20. 1 *Cor.* 1: 20. 3: 15. 13: 12. 15: 32, 47, 52, 55. al.

COL. 16.

Νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς.] Uni Paulo cum Auctore nostro proprium est, de lege Moſaica dicere *σάρξ* cum derivatis. V. *Rom.* 4: 1. 8: 3. 1 *Cor.* 10: 18. *Gal.* 3: 3. 6: 12, 13. *Phil.* 3: 3, 4.

Ἀκαταλύτου.] Iterum adjectivum rarius obvium, cum *ἀ* privativo. V. ad c. 3.

COL. 17.

Μαρτυρεῖ] ſcil. *ἡ γραφή*, quam vocem in talibus, et in hac epistola et apud Paulum, ſaepisſime deëſſe, v. ad 1: 7.

COL. 18.

Προαγούσης ἐντολῆς.] Ita Paulus, 1 *Tim.* 1: 18.

18. *vaticinia praecedentia* vocat τὰς προαγούσας προφητείας.

Διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές.] Adjectiva neutra pro ſubſtantivis ſaepe a Paulo etiam poni, dictum ad 6: 17. Uti autem Auctor loquitur de lege Moſaica *infirmâ et inutili*, ſic Paulus, *Rom.* 8: 3. ſcribit τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει κ. τ. λ.; cujus loci ſententia maxime convenit cum h. l.: nam ibi etiam ob legis infirmitatem Deus Filium, qui novam rerum rationem introduceret, miſisſe dicitur. Eandem legem, *Gal.* 4: 9. vocat τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα. Cf. *Act.* 13: 39. Certum autem est, nemini primorum religionis Christianae doctorum ita certisſime fuisſe perſuaſum, de lege Moſaica penitus abroganda, uti Paulo; quod epistolae ad Galatas et Colosſenſes inprimis ostendunt. Quae res etiam cauſa fuit, cur in tantum Judaeorum odium incurreret, *Act.* 21: 21, 28. Aliter existimârunt Petrus et Barnabas, *Gal.* 2: 12, 13, ac generatim fere omnes reliqui doctores. V. *Act.* 15. (1). In locis, ubi Paulus hanc ſuam ſenten-

(1) Paulum inprimis fuisſe, qui effecerit, ut Apostoli decreto Hieroſolymitano, *Act.* 15, conſtituerent, ut Gentiles ab obſervanda religione Moſaica liberarentur, ostendit cl. van der Palm, *Tweede Tiental Leerredenen* p. 335, ſeqq.

tentiam aperte professus est, prorsus uti Auctor noster hoc et seq. colo, etiam cf. *Rom.* 10: 4. τέλος γὰρ νόμου Χριστός; et *Gal.* 3: 24. ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῖν γέγονεν εἰς Χριστόν; quae loca significant, quum venerit Christus, penitus abrogatas esse omnes leges Mosaicas (1). Veriores hae ac clariores Pauli de indole religionis Christianae notitiae debentur ejus ingenio, quod non ex aliorum pendebat consilio, sed suam sibi invenerat cogitandi viam; deinde educationi ejus liberaliori; porro commercio cum hominibus Gentilibus scriptoribusque Graecis majori, denique Providentiae Divinae curae sapienti, qua fiebat, ut ubicunque primis muneris sui annis (Damasci semel atque iterum, Hierosolymis saepius, denique Antiochiae in Pisidia) *Judaeis* Euangelium annunciare vellet, ibi malignam acerbamque eorum ferret repulsam (2).

Hoc autem colon 18 legens, quî non mireris

(1) Priorem quidem locum aliter explicant multi, in quibus summus Ernestius, sed tamen putamus, cum oratione contexta, tum collato loco Gal. et hoc nostro ad Hebr., satis certo indicari, verum esse sensum illum, quem nos illi tribuimus.

(2) Priores rationes attigit, ultimam egregie explicuit cl. van der Palm l. l. p. 276, sqq.

ris interpretis hujus epistolae acutisſimi Cl. Schulzii, p. 74 ſqq. dictatum; affirmantis, Auctorem hujus epistolae nihil ſcivisſe de religione Judaica prorſus abrogata, et de Christiana plane nova atque ab illa priore diverſa? Ita nimirum ait: *Weit entfernt, die alten Formen als durch die Erſcheinung des Christenthums zerbrochen, aufgehoben, vernichtet zu betrachten, will er ihnen viel mehr eine Art fortgehender Geltung, ja ewiger Dauer beimesſen. — Ja in der That ſcheint es, als ob dieſer Briefſteller von dem Christenthume als einem beſondern Inſtitut auf der Erde, in der Art des frühern jüdiſchen und in desſen Gegenſatz, überall nichts wisſen wolle.* Quam ſententiam contendit cl. Schulzius pugnare cum ſententia Paulina, adeoque hanc epistolam non a Paulo esſe ſcriptam. At haec Schulziana quî tandem cum Auctoris nostris effatis congruunt? Sic haec explicare conatur vir cl., quod dicat, colo 18 esſe ſermonem de illo ſolo legis mandato, quo ſuccedendi in ſacerdotio Levitico ratio esſet conſtituta. Verum haec explicatio prorſus refutatur colo 19, et inprimis 12. c. 8: 6, 7, 13 aliisque locis; item re ipſa: nam ratione ſacerdotii Levitici ejusque ſacrificiis ſublatis, ex 9: 11. ſqq. fere tota lex Moſaica erat ſublata. Hinc etiam ἐντολή illa coli 18, cum toto νόμῳ commutatur, col. 19.

Sed

Sed cl. de Wette, operi: *Theologisches Zeitschrift*, *herausgegeben von DD.* Schleiermacher, de Wette *und* Lücke, Tom. III. (*Berl.* 1812) p. 1-51, inseruit disputationem parvam quidem verum pulchram, *Ueber die symbolisch-typische Lehrart des Briefes an die Hebräer; in Beziehung auf Herrn Dr.* Schulzens *Bearbeitung desselben;* qua docuit longe aliter rem sese habere, atque Auctoris nostri sententiam cum Paulina omnino convenire, qua re eo magis gaudeo, quo certius ceteroquin huic etiam viro clar. persuasum est, hanc epistolam non esse Paulinam (1). Pauca ex illa disputatione hic addam.

Auctor hic (uti jam ad 1: 1 dictum) statuit, religionem Mosaicam (cui addimus Patriarchalem, quam saepe cum illa conjungit: vide ad 4: 2.) et Christianam, quod ad rei summam, esse unam eandemque, sed posteriorem prioris perfectionem es-

(1) Quo modo hac in re consentiant Auctor et Paulus, satis jam demonstraverat Cl. G. W. Meyer, *de argumentis internis* agens, *quibus probetur epistolam ad Hebraeos esse Paulinam*, in opere: *Bijdragen tot de Godgeleerde Wetenschappen*, Tom. VII. (anni 1819.) p 364, sqq. Et vero tota epistolae ratio docet, atque ubique diserte dicit Auctor, cultum Mosaicum abrogatum esse; quod singulis fere capitibus adeo clare demonstratur, ut nemo, quantum sciam, interpretum Schulzio assentiatur, nec figmentum hoc fere dignum sit, quod tot verbis refutetur.

esſe; igitur non necesſe quidem esſe, ut celebrent amplius Hebraei ſacra avita, ſed neque necesſe, ut ſtatim illa intermittant. Qua vero de cauſa doctor, quisquis esſet, qui, ſcribenda ad Hebraeos epistola eos ex tarditate excitare vellet, omnem cultum Moſaicum vetuisſet? Scilicet hoc fuisſet cum prudentia et ingenii humani cognitione agere! Longe melius erat, ut ostenderet Christianam religionem esſe formam multo ſublimiorem et perfectam omnibusque numeris abſolutam religionis Moſaicae, esſe eam *complementum legis*, uti dixerat Jeſus. Sic etiam ſemper egit Paulus: numquam jusſit Judaeos ſacra avita intermittere; imo ipſe inter Judaeos erat Judaeus, 1 *Cor* 9: 20; ipſe Timotheum circumcidendum curaverat, *Act.* 16: 3; ipſe ſacra Moſaica celebravit, 21: 26. Sed noluit tantum, jugum cultus Moſaici imponi liberae Christianorum e Gentilibus cervici. (Cf. et infra ad 8: 5. 9: 24.)

Col. 19.

Γάρ.] Colis 10-14, 17-19. perpetuo hac particula uſus est Auctor, qui alibi etiam ea minime parce utitur. Est hoc etiam ſtilo Paulino maxime proprium. Vide, ut ex una

epi-

epistola quaedam citem, *Rom.* 1: 16-18. 4: 13-15. 5: 6, 7, 13-19. 7: 14, 15. 8: 13-15.

COL. 20.

'Ορκωμοσίας.] Est anacolouthon, cui addendum ex sequentibus *ἱερεὺς γέγονεν*. Anacolouthi ſtructuraeque variatae innumera ſunt apud Paulum exempla. Vide ad 6: 19. Adde *Gal.* 2: 6. *Col.* 1: 6, 26. 4: 26. — Praeterea hoc colon iterum anthitetice cum ſequenti junctum est; qua de re jam ſaepe dictum.

COL. 24.

'Απαράβατον.] Compoſitum est cum *α* privativo. Vide ad 7: 3.

Hujus coli ſententiam, qua munus Jeſu piaculare proponatur, tanquam Christi in coelis opus in aeternum operandum, pugnare ait L. Bertholdt, *Einl. in das alte und neue Testam.* Tom. VI. p. 2941, cum Pauli doctrina, ex qua una Jeſu morte plane perfecta ſit hominum cum Deo reconciliatio, ejus e mortuis reditu confirmata, *Rom.* 4: 25. At minime pugnat cum Paulo Auctor noster; nam quo ſenſu hoc colon intelligi velit, ipſe ſequenti explicat: atqui hoc plane redolere doctrinam Paulinam, ad h. l. videbimus.

Col. 25.

Πάντοτε] semel tantum in hac epistola legitur, saepius apud Paulum; unde efficiunt stili diversitatem. Verum semel quoque πάντοτε invenitur in ep. ad *Rom.*, *Gal.*, *Ephes.*, 2 *Tim.*, *Philem.*, numquam 1 *Tim.* nec *Tit.*

Ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν.] De perpetua Jesu cura sermo est, qua partam a se felicitatem peccatoribus tribuit, per aeternam παθημάτων suorum efficaciam: qua ratione haec verba explicari debere, patet, cum ex hujus loci oratione contexta; tum ex multis aliis hujus epistolae locis, v. c. 7: 27. 9: 12, 26; denique ex *Rom.* 8: 34. ubi eadem dictio hoc sensu legitur. Sumta autem est ex officio Pontificis Maximi, *intercedentis* inter Deum et populum, eaque intercessione populi peccata expiantis.

Praeterea etiam *Rom.* 8: 27. τὸ πνεῦμα ἐντυγχάνειν dicitur, et 26. ὑπερεντυγχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν apud Deum, quasi dicas *nostro loco adire Deum*. Porro Elias dicitur *Rom.* 11: 2. ἐντυγχάνειν τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ, i. e. *apud Deum accusare Israelem.* Saepius in N. F. non leguntur ἐντυγχάνειν et ὑπερεντυγχάνειν. Quum autem in hac sola epistola J. C. conferatur cum Pontifice Maximo, non mirum, hanc et similes dictiones 4: 16. 7: 19 cet. ex hu-

hujus munere petitas, et in J. C. ac Christianos translatas, in hac fere sola epistola legi.

Col. 26.

"Ακακος.] item cum α privativo compositum; semel adhuc in N. F. exstat, *Rom.* 16: 18:

Cum hac J. C. descriptione cf. 2 *Cor.* 5: 21. *Qui enim non cognovit peccatum, eum pro nobis fecit peccatum.*

Ὑψηλότερος τῶν οὐράνων γενόμενος.] *Eph.* 4: 10, J. C. dicitur ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐράνων.

Col. 27.

Ἐφάπαξ.] In N. F. vox rarius legitur, nec nisi in hac epistola et *Rom.* 6: 10. 1 *Cor.* 15: 6. — Sicuti autem h. l. Jesus *semel* tantum passus esse dicitur pro peccatis, ita etiam *Rom.* 6: 10.

Ἑαυτὸν ἀνενέγκας.] Uti Auctor hic dicit, Jesum se ipsum fecisse victimam piacularem; ita Paulus, *Eph.* 5: 2. scribit, Jesum se tradidisse pro nobis προσφορὰν καὶ θυσίαν. Cf. supra ad 1: 3.

Cum recensione c. 26, 27 instituta proprietatum Jesu Pontificis Maximi, conferri possunt mul-

multi loci Paulini, quibus res aliqua describitur. Ita v. c. proponitur *Rom.* 2: 17 - 20. Judaeus revelatione Divina superbus; 9: 4, 5. privilegia Judaeorum; 15: 18, 19. ea quae ipse Apostolus fecerat; 1 *Tim.* 6: 3 - 5. doctoris falsi imago; 2 *Tim.* 3: 1 - 5. hominum Pseudo Christianorum effigies. Vide et descriptiones J. C. ad 1: 3. laudatas et multas alias, ad 11: 2 - 38. recensendas.

Stili vero vel diversitas vel convenientia semper facilius sentitur, quam explicatur. Quod nisi ita sese haberet, ostenderem, totam hanc epistolam indicare Auctorem, idearum copia longe instructissimum, uni Paulo comparandum. Nam, judice viro acutissimo (1), hae idearum divitiae, uti pulchre a Nostratibus appellantur, ita Paulo propriae sunt, ut per eas stilus Paulinus ab omnium aliorum stilo facile dignoscatur. Ac revera est aliquid, per totam epistolam quum una tractetur thesis, hanc ab omni parte spectare, alias aliter eam explicare, semper lectori esse gratum, semper eum docere, semper movere. Ita Paulus unam tractat rem in epistola ad Romanos, sed quam varie, quam pulcre tractat! quam vehementer movet lectores; quam firmiter iis persuadet; ex quot locis rem, quam

(1) Van Vloten, *de Bijbel* T. XI. p. 543.

quam tractat, lectori exhibet ſpectandam; quoties fere eadem repetit, ut tamen ſint diverſa! Sed haec ſentiri debent, explicari non posſunt: ſi ſentire cupias, et totam hanc epiſtolam lege, et Cap. XI. lege iterum iterumque.

Atque hic habes notam, qua virum ſummum a minore facile diſtinguas. *Ille* quidem ex doctrinae ſuae idearumque theſauris profert multa, eaque ad ſingulos locos aptisſima; hic vero multa quidem corradit, ſed aliunde quaeſita, et per omnium dictorum ſuorum rationem prodit, ea non esſe ſua, ſed ab aliis deſumta. *Hujus* ſcripta ſimilia ſunt hortis plerisque Belgicis, pulchris illis, inſtructis cataracta, ſilvula, piscina, colliculis, ponticulis; ſed quorum tamen hortorum pulchritudinem videas non esſe nativam. *Illius* opera referunt loca, ubi natura ipſa terram cura materna exornavit, ubi Rhenus ferox praecipitatur, ubi ſilvae montium aetatem aequare videntur, ubi piscinae ſunt lacus ſaxis cohibiti, ubi montes ſuperant nubes, ubi pontes rupes ſunt rupibus innixae!

C A-

CAPUT OCTAVUM.

Col. 1.

Κεφάλαιον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις.] *Summa dictorum.* Vox illa non saepius in N. F. legitur, nisi plane alio sensu, *Act.* 22: 28. Sed *Rom.* 13: 9, quum quaedam mandata moralia recensuisset Paulus, ita pergit: *Et si quid aliud mandatum, hoc dicto ἀνακεφαλαιοῦται, summatim comprehenditur;* quod verbum uni Paulo proprium est. — Porro id etiam in Pauli epistolis invenias, saltem passim in epistola ad Romanos, ut, re aliqua demonstrata, ad aliam transgressurus, dictorum summam brevi repetat, uti hîc et alibi facit Auctor noster: qua de re jam diximus ad 3: 19.

De copioso orationis flumine, quo, uti Auctor noster, ita Paulus, semper Jesu majestatem describere gestiat, dictum ad 1: 3; ubi etiam Pauli loca citata sunt, cum h. l. maxime convenientia.

COL. 3.

Εἰς τὸ προσφέρειν.] *Εἰς τό*, ſequente infinitivo, dictio est reliquis quidem N. F. ſcriptoribus minime incognita, verum Paulo prae reliquis uſitata. V. *Rom* 1: 11, 20. 4: 11, 16. 8: 29. 11: 11. 12: 3. 15: 8, 13, 16. 1 *Cor.* 9: 18. 10: 6. 11: 22. 2 *Cor.* 1: 4. 8: 6. *Eph.* 1: 12, 18. *Phil.* 1: 10, 23. (ſed ejiciendum idem ex *Phil.* 3: 21.) 1 *Theſſ.* 3: 13. 2 *Theſſ.* 1: 5. 2: 2. alibi. Etiam in hac epiſtola ſaepe legitur.

COL. 5.

Σκιᾷ] jungendum cum *τῶν ἐπουρανίων*, quod per trajectionem a vocabulo illo ſeparatum est. Tales trajectiones Paulo ſunt familiares. Vide *Rom.* 8: 18, *μελλοῦσαν*; 9: 22, *θέλων*. Saepe ita *ὡς* et *ἵνα*, de quibus v. Glassii *Philol.* p. 662, ſq. Alia vid. apud cl. Abresch ad 1: 6. p. 35. Item cf. 1 *Cor.* 15: 8. 2 *Cor.* 1: 11, 20. 2: 1, 4. 9: 11. 12: 2, 3. 1 *Theſſ.* 1: 8. 2: 19. 3 7.

Idea primaria, ex qua haec epiſtola, res Judaicas in res Christianas transferens, tota pendet, colo hoc declaratur; ſcilicet rationem Hebraicam fuiſſe *ὑπόδειγμα* et *σκιάν* illius rei et cor-

corporis, quod ſit religio Christiana (1). Eadem ſententia in epiſtola ad Colosſenſes ſaepius proponitur; atque iisdem verbis, 2: 17. instituta Moſaica dicuntur esſe σκιὰν τῶν μελλόντων, in Christo autem inveniri τὸ σῶμα. Digna profecto, quae obſervetur, haec est Auctoris nostri cum Paulo convenientia; quia, praeter hunc atque illum, nullus N. F. ſcriptor hanc religionis Judaicae cum Christiana conjunctionem propoſuit. Vide etiam ad 9: 24.

Κεχρημάτισται Μωϋσῆς.] Nominativus pro dativo τῷ Μωϋσεῖ: *responſum est Moſi.* Sed bene Graeci ſaepe cum nominativo conſtruunt verbum pasſivum, quod in activo dativum habet. Eodem modo quaedam dicta N. F. invenias, nusquam autem plura, quam in hac et Pauli epiſtolis. Exempla me citare memini ad 4: 2.

Ἐπιτελεῖν.] Vox haec bis in reliquo N. F. legitur, apud Paulum ſaepius; etiam infra 9: 6.

Col.

(1) Τῶν ἐπουρανίων interpretor de religione *Christiana:* nam regnum *Divinum*, *Coeleste*, *Christi* prorſus ſynonyma ſunt. Vide Koppii, *Excurſ. I. ad Theſſ.* p. 432, et citt. ibidem a cl. Tychsenio, p. 435; item laudatos a cl. Muntinghio, *Comp. Theol. Christ.* §. 244. T. I. p. 237.

COL. 6.

Νυνὶ δὲ] five νῦν δὲ, faepe etiam apud Paulum in oppofitione ponitur, uti apud Ciceronem: *nunc vero*, *jam vero*. V. *Rom.* 3: 21. 6: 22. 7: 17. 15: 23, 25. 1 *Cor.* 5: 11. 7: 14. 12: 18, 20. 13: 13. 14: 6. 15: 20. Vide etiam fupra 2: 8. infra 9: 26. 11: 16.

Μεσίτης] non legitur in N. F. nifi in hac epiftola et *Gal.* 3: 19, 20. 1 *Tim.* 2: 5; quo posteriore loco etiam de J. C. dicitur.

COL. 8.

Μεμφόμενος.] Semel adhuc obvium est in N. F. *Rom.* 9: 19, ubi itidem fignificat *accufare*, *vituperare*.

COL. 10.

Ὅτι αὕτη cet.] Haec verba, ad eandem rem declarandam, etiam Paulus citavit, *Rom.* 11: 27.

Καὶ ἔσομαι.] Eadem verba Paulus laudavit, 2 *Cor.* 6: 16. Cf. fupra ad 1: 5.

COL. 8, 12.

Plura verba citat Auctor, quam quibus opus erat ad demonftrandum, novam religionem vete-

teris locum esse occupaturam: sed quia eodem loco exstabant haec verba, ad eandemque pertinebant sententiam, adduntur; prorsus uti sit, 2 *Cor.* 6: 16-18.

COL. 13.

Uti h. l. Auctor de τῇ καινῇ et παλαιᾷ διαθήκῃ loquitur; sic Paulus, *Rom.* 7: 6, dicit Christianos „ vivere ἐν καινότητι doctrinae spiritualis, non amplius ἐν παλαιότητι doctrinae sensibilis."



CA-

CAPUT NONUM.

Col. 1.

Λατρείας.] Vox, raro in N. F. obvia, *cultum externum*, partem legis praeſcriptorum, etiam ſignificat, *Rom.* 9: 4. et infra colo 6.

Col. 5.

Ὑπεράνω.] Ter legitur hoc vocabulum in N. F., ſemper ſequente genitivo; praeter h. l., *Eph.* 1: 21. 4: 10.

Col. 6.

Διαπαντός.] Est vox, quae in N. F. raro est obvia. — In hac epiſtola etiam 13: 15, et apud Paulum, *Act.* 24: 16. legitur.

Col. 7.

Ἀγνόημα] *peccatum*, uti ἄγνοια, *Eph.* 4: 18. Cf. ad 5: 2.

Col.

Col. 8.

Πεφανερῶσθαι.] Verbum hoc apud Joannem et Paulum fere ſolos legitur; quod doceant Concordantiae.

Col. 9.

'Ενεστηκότα.] Verbum hoc, in omnibus N. F. ſcriptoribus, ſoli Paulo proprium est; apud quem participium hoc ἐνεστηκώς ſive ἐνεστώς ſemper de tempore dicitur, vel praeſenti vel proxime futuro. V. *Rom.* 8: 38. 1 *Cor.* 3: 22. 7: 26. *Gal.* 1: 4. Vide etiam 2 *Theſſ.* 2: 10. 2 *Tim.* 3: 1.

Col. 9, 10.

His duobus colis dicit Auctor, cultu Moſaico hominis conſcientiam non reddi ſanctam; nam leges Moſaicas tantum res externas jubere, quae, utut forte utiles, tamen internam hominis conditionem non purgarent melioremve facerent. Quae Auctoris ſententia, ſi ſit referenda ad ipſam legum Moſaicarum indolem, verear ne nimium dicat; ſed reſpicit, uti fere ſolet, ſua tempora: atqui Jeſu et Apoſtolorum aetate hanc fuiſſe religionis iſtius conditionem, nemo infi-
cias

cias eat. Prorſus autem eadem fuit Paulo, quae Auctori noſtro, ſententia. Sic loco ſimillimo, *Col.* 2: 16. iſtas leges dicit *diſtinguere cibum et potum, jubere feſta celebranda et novilunia et ſabbata.* Quae epiſtola ad Romanos diſſerit, inprimis Cap. VII, etiam pertinent ad eam legis Moſaïcae obſervationem, quae tum fere probabatur. Deinde ibi 8: 3. ait, id quod lex Moſaïca per cultum externum efficere non potuiſſet, nempe hominum vitioſitatem tollere, id effeciſſe Deum, miſſo Filio. Ita etiam, 1 *Cor.* 3: 9. religio Moſaïca ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως vocatur, Chriſtiana vero ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης. *Gal.* 3: 10. dicitur: „ qui ſub lege ſunt, ſunt ὑπὸ κατάραν." — Sed quid ſingula referam? Ubique ita Paulus. Atqui non habuerunt reliqui Apoſtoli (quanto minus igitur ceteri doctores!) tam claras hac de re notiones, neque iis de plane abroganda lege Moſaica, quippe jam inutili, tam firmiter fuit perſuaſum. Quid? quod Petrus viſione divinitus miſſa eo erat adducendus, ut crederet, Gentiles aeque atque Hebraeos regni Meſſiani participes fore. Neque reliqui Apoſtoli antea idem crediderunt, quam Petrus et Jacobus oratione efficaci id iis demonſtraverant. Ac vix et ne vix quidem eo perveniebant, ut lege Moſaica obſervanda liberarent Gentiles. Quin etiam Petrus ipſe olim aliter dixerat, Antiochiae ali-

ter agebat. Adeo difficile erat Judaeis, avitarum opinionum, de perfecta legis Mosaicae indole, nebulas luce Euangelii suis ex animis dissipare. — Sed his similia me jam dicere ad 7: 18, memini.

Col. 11.

Τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.] Haec de bonis, tempore hujus epistolae scriptae adhuc futuris, intelligit cl. Schulz, p. 79. Sed cum alii, tum Koppius *Exc. I. ad Ep.. ad Eph.* ostenderunt, haec significare bona regni Messiani. Et hoc argumento utitur cl. Schulz, et altero hoc, quod Auctor de sacris Mosaicis loquatur, tanquam si adhuc existant, quo probet opinionem, supra ad 7: 18, enarratam. Prius Koppii auctoritate refutamus: posterius quid probet, non video, quum ipse vir cl. p. 62, sq. dicat, ante Hierosolyma destructa, epistolam hanc esse scriptam.

Χειροποιήτου.] Etiam colo 24. occurrunt *χειροποίητα ἅγια.* Sic 2 *Cor.* 5: 1. *οἰκίαν ἀχειροποίητον* corpus nostrum coeleste dicit Paulus, qui etiam de *τῇ περιτομῇ* loquitur, sive *χειροποιήτῳ*, *Eph.* 2: 11, sive *ἀχειροποιήτῳ*, *Col.* 2: 11.

Col.

COL. 12.

Suo ipſius ſanguine Jeſum reconciliâsſe Deum cum hominibus, etiam infra dicitur 13: 16. Quae doctrina nemini magis quam Paulo propria est. V. *Act.* 20: 28. *Rom.* 3: 25. 5: 9. 1 *Cor.* 10: 16. 11: 25. *Eph.* 1: 7. 2: 13. *Col.* 1: 20.

COL. 13.

Ἁγιάζει.] De Valckenarii in hanc vocem nota vide ad 10: 10.

COL. 14.

Αἰώνιος.] Non video, quomodo dici posſit, discrepare Auctorem nostrum a Paulo, hanc vocem non toties uſurpante; quum in hac epiſtola ſexies legatur, in Paulinis ſaepius quam vicies. Dicitur hoc colo Christus reducere Christianos, ἀπὸ νεκρῶν ἔργων εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι. Eadem ratione Theſſalonicenſes perhibentur ſe vertisſe ad Deum, ἀπὸ τῶν εἰδώλων δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, 1 *Theſſ.* 1: 9. — Antitheſis autem ista, inter νεκρὰ ἔργα et Θεὸν ζῶντα, itidem est Paulina. Sic *Rom.* 6: 11. *Putate vos* νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ. Vide etiam *Rom.* 6: 13. 8: 11. *Gal.* 2: 19. *Col.* 2: 20, alibi.

COL.

Col. 13, 14.

Εἰ γὰρ — πόσῳ μᾶλλον.] Tales oppositiones, et in hac epistola et apud Paulum, saepissime inveniri, vidimus ad 2: 3. 7: 11.

Καθαριεῖ τὴν συνείδησιν.] Haec res et ab Auctore et a Paulo Euangelii fructibus annumerari solet. Vide ad 10: 22.

Col. 15.

Ἀπολύτρωσις.] Vox semel tantum in reliquo N. F. legitur, *Luc.* 21: 28: ceteroquin Paulo et Auctori nostro solis in usu est, apud quos inprimis de liberatione per Jesum parata dicitur. V. *Rom.* 3:24. *Eph.* 1: 7. *Col.* 1: 14. alibi. — Ἀπολύτρωσις τῶν παραβάσεων hic scribitur, vulgo ἀπὸ τῶν παραβάσεων: sed *Rom.* 8: 23 itidem legimus τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος. — Denique Jesus mortem subiisse dicitur, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων; item *Rom.* 4: 25, passus esse διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Quae sententia de Jesu mortuo, ut peccata olim commissa expiaret, an alibi inveniatur, dubito.

Ἡ κληρονομία] nullo addito genitivo εὐλογίας, ἐπαγγελίας, cet. apud Paulum solum invenitur, *Eph.*

Eph. 1: 14. *Col.* 3. 24, ſignificatione *felicitatis per Jeſum partae*; quae notio efficitur ex articulo ἡ, qui definitam aliquam felicitatem indicari poſtulat. Hic artic. quum abſit a locis *Act.* 20: 32. et 1 *Petr.* 1: 4, haec duo huc non referam: priori enim loco κληρονομία mihi μέρος, μετοχήν ſignificare videtur, uti *Eph.* 5: 5; poſteriore *felicitatem* in genere. Uti ἡ κληρονομία, ſic κληρονόμοι abſolute ſine genitivo invenitur, *Gal.* 3: 29, et συγκληρονόμα, *Eph* 3: 6; ubi legitur συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας; quo loco τῆς ἐπαγγελίας pertinet ad ſolum συμμέτοχα, quia non dicitur σύσσωμα τῆς ἐπαγγελίας. Ipſa vox κληρονομία ſic invenitur, *Gal.* 3: 18.

Col. 16.

Ex notione vocis διαθήκη varie ſumtae ratiocinatur Auctor. Eandem vocem ſenſu vario etiam Paulus ſumit, *Gal.* 3: 15.: cui in univerſum hoc eſſe in more poſitum, diximus ad 4; 11. Item ex vocabuli notione ratiocinari Paulo eſſe proprium, dictum ad 2: 8. — Vox διαθήκη apud Paulum ſaepius legitur, quam apud reliquos N. F. auctores, in hac autem epiſtola ſaepius quam in Paulinis, quia haec agit de altera διαθήκη alteri praeferenda.

Col.

Col. 20.

Locus est *Exod.* 24: 8. Verſio autem haec neque cum exemplo verſionis Graecae, neque cum verbis Hebraeis accurate convenit: qualia e Pentateucho citata plurima etiam apud Paulum legi, docet cl. Koppius, *Excurſ. I. ad Ep. ad Rom.* p 352, ſq. Quod autem pro verbo διέθετο, quod legitur in verſione Graeca, Auctor noster poſuerit ἐνετείλατο, eodemque hoc verbo utatur 1: 22; hinc etiam cl. Schulzius, p. 143, ſtili diverſitatem demonſtrare conatur. Nam dicit, et hoc verbum prorſus non legi apud Paulum, et hunc eadem ſignificatione uti ſolere παραγγέλλειν, διατάσσειν et ἐπιτάσσειν. Sed primum verbum deëst in novem Pauli epiſtolis, alterum in decem, tertium in duodecim; quod docent Concordantiae. Quodſi igitur in una tantum uſus est voce ἐπιτάσσειν, etiam in una modo potuit ſcribere ἐντέλλεσθαι.

Col. 22.

Et ſine ſanguinis effuſione nulla fit remiſſio. Est, monente Grotio, proverbium Hebraicum. Locutionibus proverbialibus ſaepe etiam Paulus utitur, quod illi cum pluribus Orientis ſcrip-

ſcriptoribus commune est, inprimis cum Arabibus (1). Vide *Rom.* 4: 15. 6: 7. 7: 8. 11: 15. 1 *Cor.* 3: 13. 5: 6. 10: 12. 15: 33. *Gal* 5: 9. Praeterea obſervandum, Paulum his omnibus locis, uti h. l., non addere: *ut ajunt*, *ut ferunt*; nec cum Platone memorare τὸ λεγόμενον, ſed ſimpliciter citare proverbia.

COL. 24.

Ἀντίτυπα.] Eodem ſenſu de rebus Israëliticis, rerum Christianarum exemplis, vox τύπος legitur, *Rom.* 5: 14. 1 *Cor.* 10: 6, 11. Locus posterior inprimis lectu est dignus: nam uti hic tentorium ſacrum typus est coelorum, in quos ingresſus est Jeſus: ſic ibi transitus Hebraeorum per nubem et mare Rubrum typus est baptismi, et manna cum aqua, e rupe profluente, coenae ſacrae. Vide ſupra etiam ad 8: 5.

Ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.] Uti ipſa verba docent, phraſis ſumta est ex munere Pontificis Maximi, Deum adeuntis pro Israëlitis. Aequipollet dicto isti ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν, quod legitur 7: 25, ad quem locum

(1) Paulus enim popularem demonſtrandi rationem ſequitur. Atqui ubi minus est ratiocinandi acumen, et minor philoſophiae inprimis moralis cognitio, ibi major est proverbiorum auctoritas et frequentior uſus. Hinc

cum vidimus, Paulum eandem rem eadem imagine declarâsse, *Rom.* 8: 34. Ceterum verbum ἐμφανίζειν raro tantum in N. F. occurrit, neque alibi apud Paulum.

Uti in multis rebus, quantum sine veri detrimento fieri poterat, ad Judaeorum opiniones se accommodavit Auctor; ita etiam, et h. l., et supra 8: 5, et infra 12: 22, scripsit ex Judaeorum opinionibus, putantium in Messiae sui regno, sive in coelis, urbem esse similem Hierosolymis, templum item splendidissimum, sacerdotium augustissimum, ac talia plura ex terrestri sua conditione petita (1). Quibus iisdem opinionibus, de Hierosolymis et terrestribus et coelestibus, sese accommodavit Paulus, *Gal.* 4: 25, 26.

Col. 25.

Προσφέρῃ.] Est hic unus ex pluribus iis hujus epistolae locis, ubi de Jesu morte verbum προσφέ-

in vulgi sermonibus toties audiuntur locutiones proverbiales, quod quotidiana experientia docet. Quot adagiis utuntur pastores Theocritei, inprimis Idyllio 5, et feminae ignobiles Syracusanae, Adonidis festum Alexandriae celebrantes, Idyllio 15!

(1) Vide Wetsten. ad *Hebr.* 8: 5. p. 412. ad *Gal.* 4: 26. p. 229, sq. inprimis C. Schoettgenii *Dissert. de Hierosolyma Coelesti*, in *Hor. Hebr. et Talm.* T. I. p. 1205, sqq.

φέρειν vel *ἀναφέρειν* legitur; quae verba in tredecim Pauli epiſtolis hac de re non inveniuntur. Ex qua diverſitate ſi efficias, magnum esſe inter ſtilum Pauli et Auctoris nostri discrimen, haud ſcio, an fallaris. Sunt enim verba illa propria de ſacris Deo faciendis, quo ſenſu ſaepisſime apud interpretes V. F. leguntur. Iam vero nusquam in tredecim Paulinis, ſed in hac ſola epiſtola, Ieſu mors cum nece victimae piacularis confertur; unde fit, ut etiam in hac ſolâ verba, ſacrificiis propria, de illa morte inveniri posſint. Semel tamen Paulus fere idem dixit, *Eph.* 5: 25; ubi etiam voce *προσφορά* uſus est: *Christus ſe dedit pro nobis προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ.* — Quae quum ita ſeſe habeant, forte ſtili diverſitatem mittis, rerum discrimen urges. Non inepte. Sed primum nemo N. F. auctor vel ſic propius ad Scriptoris ad Hebraeos mentem accesſit, quam Paulus; adeo ut ex ſolius hujus epiſtolis verba *προσφέρειν* et *ἀναφέρειν*, de Ieſu morte dicta, explicet cl. van Voorst, *Animm. de uſu verborum compp. in N. T.* Spec II. p. 145, ſqq. Deinde non nego, remanere multum discriminis rerum: verum ne dicas hinc patere, Paulum non ſcripſisſe hanc epiſtolam. Igiturne Paulo non licuit hac in epiſtola religionem Christianam comparare cum cultu Moſaico, adeoque hac ratione priva

de

huic ſcripto de Ieſu morte loqui, quia alibi non ita locutus esſet?

COL. 26.

'Επεί] *alioquin*]; qua notione num etiam apud reliquos N. F. auctores inveniatur, neſcio: id ſcio, eâdem et infra legi 10: 2. et *Rom.* 3: 6. 11: 6, 22. 1 *Cor.* 5: 11. 7: 14. 14: 16. 15: 29. Apud bene Graecos, ſaepe hoc ſenſu legitur.

'Απὸ καταβολῆς κόσμου.] Hanc phraſin Paulo non fuisſe incognitam, vide ad 4: 3.

Νῦν δέ] in oppoſitione apud Paulum legi, dictum ad 8: 6.

"Απαξ.] Haec etiam Pauli est doctrina, *ſemel* Jeſum pasſum esſe, quo peccatorum poena nos liberaret. V. *Rom.* 6: 10. Hoc jam diximus ad 7: 27.

Συντελεία τῶν αἰώνων.] Tempora N. F. intelliguntur, quae ἐσχάται ἡμέραι vocantur, 2 *Tim.* 3: 1, et τὰ τέλη τῶν αἰώνων, 1 *Cor.* 10: 11. (1) Ex quibus dictis ſi conficias, Auctorem credidisſe mundi finem inſtare, falleris. Iudaica Iudaice intellige.

COL.

(1) V. Schoettgen. l. l. T. II, p. 26, 27.

COL. 27.

'Ἀποκεῖσθαι] *restare*, uti *Col.* 1: 5. 2 *Tim.* 4. 8. Saepius non legitur in N. F., nisi alio sensu, *Luc.* 19, 20; sed apud bene Graecos eadem notione non rarum est hoc verbum.

COL. 28.

Πολλῶν.] Etiam Paulus, *Rom.* 5: 19, per Iesum liberandos dicit τοὺς πολλούς.

De reditu Iesu Christi loqui semper amabat Paulus, talibus afflictus in hac vita miseriis, ut nisi rediturum sperâsset Christum, qui summa gloria ipsum esset coronaturus, infaustissimus fuisset hominum. V. *Rom.* 13: 11. 1 *Thess.* 1: 9, 10. 3: 13. 5: 23. 2 *Tim.* 4: 8. Sed exempla plura vide ad 10: 25, 34.



CA-

CAPUT DECIMUM.

Col. 1.

Σκιάν.] Simile Pauli de lege Mosaica judicium attigimus, ad 8: 5. Magis autem cum h. l., quam cum 8: 5, convenit *Col.* 2: 17. Nam uti *Col.* l. l. lex quidem Mosaica esse dicitur *σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα* Christus; sic utrique dictioni hic respondet lex, *σκιὰν* habens *τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*, non *αὐτὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων*, i. e. *res ipsas.*

Κατ' ἐνιαυτόν] ponendum post *διηνεκές*; qualium trajectionum, Paulo familiarium, exempla attulimus ad eundem locum 8: 5.

Col. 2.

'Επέι] *alioquin.* Hac notione hanc vocem apud Paulum saepe inveniri, dictum ad 9: 26.

Συνείδησιν.] Vide infra ad c. 22.

COL. 10.

Ἡγιασμένοι ἐσμέν.] Nemo inficias ibit hic *ἁγιάζειν* ſignificare *impunem virtutisque ſtudioſum reddere*, quod vulgo *purificare* vel *ſanctificare* dicitur. Qua notione legitur hoc verbum etiam 2: 11. 10: 29, ac ſaepisſime in Pauli epiſtolis. Itaque non vera est Valckenerii annotatio, ſupra ad 9: 13, ſcribentis „ verbum *ἁγιάζειν* in hac epiſtola poni de *purificatione legali;* numquam autem ſic in epiſtolis Paulinis, ſed in his tantum de *purificatione interna et vera Spiritus Sancti.*" — Haec autem in Valckenarium dicta dubius primum haeſi, an enuntiarem: pudet enim juvenem eumque tironem in tanti viri ſententias vel quicquam animadvertere: ſed vicit veri amor. Est vero in Valckenarii ad hanc epiſtolam notis obſervandi occaſio, quam vim habeat perſuaſio de aliqua re ſemel ſuſcepta, ſive ea falſa ſit, ſive forte vera. Saepe itaque disſentire debui ab iis, quae ſcripſerat Vir ſummus.

COL. 11.

Quae non posſunt auferre peccata. Saepius hanc

hanc doctrinam cum Auctore nostro inculcare Paulum, vide ad 7: 18. 9: 9, 10.

Col. 11, 12.

Singulis utriusque coli verbis ſingula verba ſunt oppoſita; quales antitheſes apud Paulum quoque inveniri, dictum ad 1: 1.

Col. 13.

Τὸ λοιπόν] *posthac.* Hac ſignificatione ſaepius legitur apud Thucydidem, Xenophontem, Demosthenem, alios optime Graecos, rarius in N. F.: tamen 1 *Cor.* 7: 29. 2 *Tim.* 4: 8.

Ceterum dogma hoc iisdem pene verbis explicatur, 1 *Cor.* 15: 25.

Col. 14.

Μιᾷ — προσφορᾷ.] Aliis N. F. auctoribus alius est mos, adjectivi εἷς, μία, ἓν ſubſtantivo vel praeponendi vel postponendi. Paulo conſtans est (paucisſimis locis exceptis) mos hujus voculae praeponendae. Idem fecit Auctor noster hoc colo et c. 12.: qui quidem 12: 16. ſcripſit: *Eſau, qui* ἀντὶ βρώσεως μιᾶς *tradidit jus pri-*

primogeniti. Sed ibi ob emphasin postponendum erat *μιᾶς*, *loco coenae illiusque unius* (1). Ceterum vox *προσφορά* in N. F. non legitur, nisi apud Lucam, *Act.* 21: 26; apud Paulum *Act.* 24: 27. *Rom.* 15: 16. *Eph.* 5: 2. et in hac epistola. De loco ad *Eph.* cf. ad 9: 25.

Colon hoc rursus exemplum exhibet, qualia jam multa habuimus, illius moris, quo orationis praecedentis summa breviter repetitur; qua ratione, inprimis in epistola ad Romanos, scribere Paulum, dictum ad 3: 19.

Col. 15.

Μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι.] Nihil est quod his vocibus respondeat: deficit enim apodosis; uti *Rom.* 8: 12. (quod ex colo 13 patet) item 9: 22. *Gal.* 2: 6. 2 *Thess.* 1: 10. ac saepe alibi apud Paulum. Qualia loca me citare memini ad 3: 15.

Col. 19.

Est generalis quaedam nota, qua plerasque Pauli epistolas ab omnibus reliquorum Apostolo-

(1) Vide Gersdorfium, Tom. I. p. 419, sq. loca adducentem.

lorum epiſtolis facile distinguas: nempe haec, ut in iis primum inveniantur theoretica, monitis quibusdam, quae ex theoreticis derivata ſint, intermixtis, deinde practica. Reliqui enim N. F. auctores utraque ita promiscue proponunt, ut ordinem illum non obſerves. Ex Pauli epiſtolis eam vide, quam dedit ad Romanos, in qua, parti priori theoreticae monita quaedam immiscens, Cap. 6., deinde pergit in explicanda doctrina Euangelii theoretica, usque ad Cap. 12, quo practica continentur, usque ad epiſtolae finem continuata. Literae ad Corinthios datae huc in cenſum venire nequeunt: nam, reliquis Paulinis prorſus disſimiles, totae quantae conſtant monitis reprehenſionibusque, quibus priva isti eccleſiae vitia emendaret. — *Gal.* 1-5: 12. theoretica exponit, practicis intermixtis, v. c. 4: 12 ſqq.; ſed inde a 5: 13. virtutem valde commendat. Atque ita in reliquis. Sic distinguas *Eph.* 1-3. a posteriore epistolae parte; *Col.* 1-3: 4. a 3: 5. ad finem, cet. Sed quid, quae quisque facile inveniat, annotem?

Jam vero prorſus eadem est hujus ſcripti distributio, in qua hucusque legimus theoretica, monitis hic illic additis, v. c. 2: 1-4. 6: 11, 12: ſed inde ab hoc loco incipiunt practica, continuata ea ad epiſtolae finem usque.

Ἔχοντες — παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων.]

ἁγίων.] De hac *παῤῥησίᾳ* etiam monere Paulum, dictum ad 4: 16. Cum imagine autem hac, qua hominum cum Deo reconciliatio confertur cum introitu in templi adyta, compares *Rom.* 5: 2. *Eph.* 2: 18. 3: 12; ubi eadem res indicatur, similitudine desumta a separato vivendi more regum Orientalium, ad quos accedere summa est felicitas; coll. 1 *Tim.* 6: 16. *Matth.* 5: 8.

COL. 22.

Μετ' *ἀληθινῆς καρδίας.*] Idem dicitur *ἐν ἁπλότητι καρδίας*, *Eph.* 6: 5. *Col.* 3: 22.

Πληροφορία] Esse hanc vocem Paulinam, vide ad 6: 11. Inter loca ibi e Pauli scriptis citata etiam sunt, quibus, uti h. l., *πληροφορία πίστεως* dicatur.

'Από *συνειδήσεως πονηρᾶς.*] Tanquam fructus religionis Christianae receptae memoratur *συνείδησις ἀγαθή*, 1 *Tim.* 1: 5. 3: 9; qua eadem se Christianum praeditum esse profitetur Paulus, *Act.* 23: 1. 2 *Cor.* 1: 12. Cf. infra ad 13: 18. supra ad 9: 14.

Denique formula: *λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ*, prorsus convenit cum dictis Paulinis, 2 *Cor.* 7: 1. *καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος*; et 1 *Cor.* 6: 11. *ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε.*

COL.

COL. 23.

Τὴν ὁμολογίαν.] Hanc vocem esse Paulinam, vide ad 3: 1.

Ἀκλινής.] Adjectivum alibi rarius obvium: sed talia, ab α privativo incipientia, saepius et in hac epistola et apud Paulum legi, dictum ad 7: 3.

Ceterum, et h. l. et alibi, inprimis 6: 4-6, metum prodit Auctor, ne a religione desciscant lectores. Ac revera timendum erat, ne vexationum in Palaestina atrocitate abrepti, desererent Christi doctrinam. Sic solet res privatas lectorum tacite fere respicere Paulus; qua de re monitum ad 3: 6.

Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.] Si quid aliud, hoc certe Paulo maxime est proprium, ut ad Dei fidem provocet; idque ita ut πιστός in sententiae initio ponatur. Sic πιστὸς ὁ Θεός, 1 *Cor.* 1: 9. 10: 13. 2 *Cor.* 1: 8; πιστὸς ὁ καλῶν ἡμᾶς, 1 *Thess.* 5: 24; πιστὸς ὁ κύριος, 2 *Thess.* 3: 3. Etiam alibi Paulum amare praeponere *praedicatum*, quod dicitur, inprimis πιστός, vide ad 3: 2.

Uti autem h. l. monitum urget Auctor, memoratis Dei promissis; ita idem facit Paulus, 2 *Cor.* 7: 1. — Quare autem Deum hîc vocârit τὸν ἐπαγγειλάμενον, vide ad 2: 14.

COL.

COL. 24.

Παροξυσμόν.] Vocabulum hoc femel adhuc in N. F. legitur, apud Lucam. Bis etiam verbum παροξύνεσθαι invenitur, apud Lucam et 1 *Cor.* 13: 5; unde patet nomen illud non plane a Pauli ſtilo esſe alienum.

COL. 25.

Ἐπισυναγωγήν.] Voce hac numquam uſi ſunt Alexandrini V. F. Interpretes, numquam N. F. Scriptores, niſi unus Paulus, 2 *Theſſ.* 2: 1; qui rem eandem attigit, *Col.* 3: 16. et inprimis de ea ſcripſit, 1 *Cor.* 11: 17, ſqq.

Καὶ τοσούτῳ μᾶλλον cet.] Ex inſtanti Domini reditu, hîc quidem ad evertendam rempublicam Judaicam, argumentum petit, quo monitum urgeat. Ob eandem cauſam amorem mutuum magis commendat Paulus, *Rom.* 13: 11, alia officia, 1 *Cor.* 7: 29 (1); quem in genere de futuro Jeſu reditu loqui, vide ad c. 34. Illo autem Rom. l. l. dicit etiam καὶ τοῦτο, *idque eo magis*, uti hic ſcribitur καὶ τοσούτῳ μᾶλλον. Qualis dicendi modus cum optime Grae-

(1) *Phil.* 4: 5b. et alia forte loca addidisſem, niſi me melius docuisſet disputatio, *de Jeſu redituro*, viri doct. H.

Graecis Paulo quidem communis est (v. 1 *Cor.* 6: 6, 8. *Eph.* 2: 8.) raro vero in his libris reperietur (1).

Col. 26.

Ἐπίγνωσιν.] Vocabulum, in quavis fere Pauli epistola saepius obvium, in reliquo N. F. non legitur, nisi interdum apud Petrum.

Col. 27.

Pro more respicit V. F. prophetam, *Jes.* 26 11. Vide ad 3;2.

Col. 28.

Οἰκτιρμῶν.] Vocabulum in N. F. uni Paulo proprium.

Ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν.] Hoc legis Mosaicae praeceptum iisdem verbis etiam Paulus memorat, ubi, uti h. l., non admodum necessarium videbatur, 2 *Cor.* 13: 1. Idem in ecclesia Christiana servari vult, 1 *Tim.* 5: 19.

Col.

H. H. Donker Curtius, *Bijdragen tot de Godgel. Wetensch.* T. IX. (1820.) p. 153. sqq.

(1) Docente Valckenario infra ad 11: 12. Cf. Hoogeveenius ad Vigerum, p. 112.

COL. 29.

Primum obſerva oppoſitionem praecedentis et hujus coli prorſus Paulinam, de qua et alibi diximus, et ad 9: 13, 14. — *Deinde* verbum ἀξιοῦμαι Lucae Pauloque et Auctori noſtro ſolis in N. F. ſcriptoribus tritum eſſe, vide ad 3: 3. — *Porro* cum ſententia illa, *Filium Dei proculcandi ejusque ſanguinem profanandi*, cf. dictum Paulinum, ad 6: 6. allatum. — *Praeterea* est Auctoris doctrina eum, qui Jeſu ſanguine ἡγιάσθη, tamen perire poſſe; quod omnino convenit cum doctrina Pauli, ſcribentis, *Rom.* 14: 15 et 1 *Cor.* 8: 11, illum poſſe perire, pro quo Christus mortuus ſit. — *Itidem*, uti Auctor loquitur de *Spiritu S. contumelia afficiendo*; ita Paulus Christianos monet, *Eph.* 4: 30. „ne Spiritum S. contristent;" et 1 *Theſſ.* 5: 19. „ne Spiritum S. exſtinguant." — *Denique* τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ſignificare videtur *Spiritum*, χάριν *largientem*; quod uſui Paulino inprimis convenit. *Rom.* 5: 18. δικαίωσις ζωῆς, i. e. δικαίωσις, homini comparans ζωήν. Eodem modo 8: 2. τὸ πνεῦμα τῆς ζωῆς; 15: 5. Θεὸς τῆς ὑπομόνης καὶ παρακλήσεως; 2 *Cor.* 1: 3. Θεὸς πάσης παρακλήσεως. Inprimis ſaepisſime dicitur ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης; quae phraſis ubi inveniatur, vide ad 13: 20. Item 2 *Cor.* 4: 15. τὸ πνεῦμα τῆς πίστεως; et

Eph.

Eph. 1: 17. πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως; quae duo loca optime cum h. l. conveniunt.

Cum toto colo cf. 1 *Cor.* 11: 29.

Col. 30.

Οἴδαμεν γάρ.] Phraſis est, ſi qua alia, maxime Paulina. V. *Rom.* 2: 2. 3: 19. 7: 14. 8: 22, 28. 1 *Cor.* 8: 1, 4. 2 *Cor.* 5: 1. al. Saepe etiam ille dicit: οἴδατε γάρ; et in fervide ſcripta priore ad Corinth. epiſtola: ἢ οὐκ οἴδατε.

Quod ſequitur vaticinium, deſumtum est ex *Deut.* 32: 35. Idem, idque iisdem verbis, laudavit etiam Paulus, *Rom.* 12: 19. Quae convenientia plane miranda est: nam haec verſio neque convenit cum verſione Alexandrina, neque cum exemplo Hebraico, uti hoc ſaltem hodie editur. Quid? quod jam antiquitus loci *Deuter.* fuerit lectionis discrimen tantum, ut eum aliter legerint LXX, ſcilicet ליום נקם אשלם; aliter Samaritanus ליום נקם שלם; aliter Vulg. et Syrus לי נקם ואשלם; aliter Maſorethae לי נקם ושלם; aliter, uti videmus, Paulus et Auctor noster לי נקם אשלם, ſive לי נקם אני אשלם. Igitur omnino mirum, inter tot lectiones diverſas, eandem, iisdem verbis redditam, praelatam fuiſſe, cum a Paulo, tum a Scriptore ad Hebraeos.

Col.

COL. 32.

Φωτισθέντες.] De docendo Euangelio hoc verbum dici, cum in hac, tum in Pauli epistolis, notatum ad 6: 4.

Παθημάτων.] Hanc vocem de malis omnis generis dici a Paulo, annotavit Grotius. Legitur autem illa in N. F. non nisi apud Paulum, Petrum ac Scriptorem nostrum.

COL. 33.

Θεατριζόμενοι.] Imago a rebus Graecis Romanisque desumta, apud quos homines malefici in theatris *vel* supplicio afficiebantur, *vel* ignominiae causa exhibebantur (1). Eadem imagine et dictione in N. F. solus Paulus usus est, 1 *Cor.* 4: 9. θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ.

Ἀναστρεφομένων.] Αναστρέφεσθαι, ex Hebr. הלך, (*Prov.* 20: 7, alibi) significat *versari*, *vitam agere*: neque tamen in N. F. ita invenias, nisi bis apud Petrum, et infra 13: 18: et 2 *Cor.* 1: 12. *Eph.* 2: 3. 1 *Tim.* 3: 15.

Paulus etiam maximi hoc faciebat, ut quis recte se

(1) Vide J. T. Krebsii, *Observat. Flavian.* p. p. 289. Cf. Glassium, p. 859, sqq. et Carpzov. ad h. l. p. 485 sqq.

ſe gereret in calamitatibus ſubeundis, 1 *Theſſ.* 2: 13, 14.

Col. 34.

Τοῖς δεσμίοις] esſe legendum, non τοῖς δεσμοῖς μου, nullum est dubium: nam praeter ceteras rationes, quas attulit Valckenarius, oratio contexta illam lectionem aperte postulat. Itaque nullum ex h l. petas argumentum, Paulum, qui ſaepius vinculorum ſuorum mentionem faciat, hujus epistolae esſe auctorem.

Μένουσαν] *permanentem*, *firmam*. Hoc ſenſu μένειν non raro apud Paulum est obvium; 1 *Cor.* 3: 14. 13: 13. 2 *Cor.* 3. 11. Cf. 1 *Cor.* 15: 6. *Phil.* 1: 25; et in hac epistola, 7: 24. 12: 27. 13: 1, 14; item ἐπιμένειν, *Col.* 1:23, alibi.

Uti autem h. l. Auctor noster, ſic et Paulus ſolet alios et ſe ipſe ſpe vitae futurae conſolari. Quid enim ipſum tot tantisque miſeriis ſubeundis, quot quantasque ſemper pasſus est, aptum reddidisſet, niſi firma haec certaque exſpectatio, vitam fore post hanc vitam, qua beatius nihil esſe posſit? Hinc tot dicta pulcherrima; *Rom.* 8: 17, 18. 1 *Cor.* 13: 10, 12. 15: 19. 2 *Cor.* 4: 17, 18. 5: 1, 2, 4, 8. *Phil.* 1: 16-18, 21, 23. 3: 20, 21. 2 *Tim.*

1:

1: 10, 12. Cff. multa loca alia (1), quibus, oratoria eaque pulcherrima ratione, verba facit, cum primum de hoc argumento loqui inceperit; v. c. 1 *Cor.* 15: 55-57: *Ubi o Mors! mucro tuus?* cet. 2 *Tim.* 4: 7, 8. *Certamen pulchrum certavi* cet. Cf. etiam ad 9: 28. 10: 25. Animadverte autem, loca laudata, desumpta *vel* ex epistolis ad Corinthios, ad quos, ut ipsius in rem Christianam merita non recte aestimantes, scribebat, cum quae pro religione illa subiret, tum quae suum animum in tot tantisque miseriis firmarent; — *vel* ex epistolis, quas Romae captivus scripsit, ubi inprimis opus habebat, ut animum afflictum tali spe erigeret. Atqui si Paulus hujus epistolae auctor est, eam Romae esse scriptam, satis constat.

COL. 36.

Κομίσησθε.] Κομίζειν, improprio hoc sensu de bono malove, secundum Dei promissa minasve percipiendo, invenitur apud solos, praeter hunc Auctorem, Petrum et Paulum. *Hujus* loca sunt 2 *Cor.* 5: 10. *Eph.* 6: 8. *Col.* 3: 25.

Τὴν

(1) Locorum citatorum majorem partem laudavit cl. A. H. Niemeyer, *Characteristik der Bibel*, Tom. I. p. 359, sq.; ubi etiam legitur locus pulcherrimus, prorsus Paulinus, ex E. Young, *Night-Thougths*, Carm. VI.

Τὴν ἐπαγγελίαν] *ſalutem aeternam* a Deo *promisſam*. Conciſe dictum, modo Paulino. Vide ad 3: 1. Επαγγελία ita etiam legitur, *Gal.* 3: 22.

COL. 38.

Quod, ex Habacuco deſumtum, vaticinium hoc colo legitur, illius priorem partem iisdem verbis citavit Paulus, *Rom.* 1: 17. *Gal.* 3: 11; quod obſervatu omnino dignum: nam tribus his N. F. locis hoc vaticinium eodem ſumitur ſenſu, ſed diverſo eo a ſenſu, quem his verbis enuntiare voluit ipſe Habacucus; quod ſingulorum locorum oratio contexta facile docet.

Vox autem πίστις qua ſignificatione h. l. ſit ſumenda, hic explicare juvat, quum caput ſequens totum quantum πίστεως encomium contineat. Πίστις in N. F. vel *objective* vel *ſubjective* ſumitur; (liceat his vocibus barbaris uti). Objective ſignificat *religionis Christianae doctrinam*, veluti *Jud.* 3 et 20; qua ratione Paulus πίστιν opponit religioni Moſaicae. Imo et omnem ſignificat *divinitus nobis traditam religionis doctrinam*, infra 11 3. Subjective πίστις apud Paulum interdum, ex uſu Hebr. אמונה et אמת, invenitur de *virtute omni*, v. c. *Tit.* 2: 10; ſed haec ſignificatio Hebraizans admodum rara. Longe

ge saepius πίστις est pia ista animi conditio, qua nos nostraque omnia Deo confidimus, et, si quid Deus promiserit, illud eum praestiturum esse, certissime speramus. Jam hac notione haec vox in N. F. non legitur, nisi apud Paulum et Auctorem nostrum (1). Attamen aliqua ratione diversitatem satis magnam esse, contendunt quidam VV. DD., Paulum enim fere loqui de πίστει in J. C., Auctorem nostrum de πίστει in Deum. Sed *primum* epistolae hujus argumentum non tale est, quod postulet vel etiam sinat, ut de πίστει in J. sermo fiat: nam πίστις nullorum fere hominum celebratur, nisi eorum, qui ante J. C. vixerant. *Deinde* dictio diversa est paullulum, res eadem: Deus enim se cognoscendum tradidit per J. C. atque hic unus est cum Deo; adeoque *πίστις in J. C.* est *πίστις in Deum*. *Denique* Paulus etiam saepe de πίστει in Deum lo-

(1) Hanc hujus vocis significationem Paulo et Scriptori ad Hebraeos solis propriam esse profitetur etiam, qui hanc epistolam Paulo abjudicavit, Hugo Grotius, prima in Epist. *ad Rom.* nota, quo viro summo, nobilissimo Belgii nostri decore, nemo interpretum fuit candidior et a partium studio alienior. Cf. etiam ven. J. C. Riehm *Comment. Theolog. pro vindicanda Ecclesiae emendatae super fide salutari sententia*, in *Ann. Acad. Groning.* 1819-1820 p. 82. sqq. et Koppius, *Excurs. VII. ad Gal.* p. 127.

loquitur: ne enim loca plurima citem, ubi disertis verbis de hac dicit, v. c. 1 *Thess.* 1: 8; quibus locis disserit de *πίστει Abrahami* num ibi, *πίστις* in J. C. intelligi potest?

Quae quum sit apud Paulum et hunc Auctorem hujus vocis notio; uterque demonstrat (Paulus inprimis *Rom.* 4: 1, sqq 9: 32.) veteres Israëlitas pietate celebriores, non propter cerimonias legis Mosaicae observatas, sed propter hanc piam animi conditionem, propter *πίστιν*, Deo fuisse probatos.

COL. 39.

Ὑποστολή] *metus*, proprie *subductio*, est in N. F. *ἅπαξ λεγόμενον.* At *ὑποστέλλειν* apud Paulum, eumque solum, legitur, *Act.* 20: 20, 27. *Gal.* 2: 12; item apud eum solum eodem sensu *στέλλειν*, 2 *Cor.* 8: 20. 2 *Thess.* 3: 6. Praeterea haec vox e vaticinio coli 38, ubi verbum *ὑποστέλλειν* legebatur, repetita; qua ratione saepius verba e vaticiniis repetere Paulum, vide ad 2: 8. Adde exempla *Rom.* 9: 28, 30. 10: 8-10. 15: 13.

Περιποίησις] quinquies legitur in N. F.: 1 *Petr.* 2: 9. *peculium* significat; sed *acquisitionem*, uti h. l., *Eph.* 1: 14. 1 *Thess.* 5: 9. 2 *Thess.* 2: 14.

Hoc colo lectores omnes *fidei filios* esse praedicat, ac salutis futurae fore compotes; quod certe de *omnibus* lectoribus verum esse non poterat: sed ita solent cum Auctor noster, tum Paulus omnibus eas tribuere laudes, quae in quosdam tantum conveniant; cujus rei exempla sat multa vide ad 4: 1. — Verum praeterea, hac de re animadvertendum, Auctorem dogma, col. 38. generatim propositum, hoc colo in lectores transferre, idque eo modo, quo Paulus facit, *Rom.* 8: 9. Ibi enim, quum antea disputâsset de hominibus, vel *ἐν σαρκί* vel *ἐν πνεύματι* viventibus, ac deinde de *illorum* conditione infelici monuisset, pergit: *ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ ἀλλ' ἐν πνεύματι.* Item cf. 1 *Thess.* 5: 1-4, ubi, quum placitum de Jesu, subito furis nocturni instar, redituro explicâsset, deinde illud his verbis in Thessalonicenses transfert: *ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει κ. τ. λ.* Item 2 *Thess.* 2: 13, quum antea infelicem Pseudo-Christianorum sortem depinxisset, sibi gratulatur, quod in eos non essent referendi Thessalonicenses. Nec multum differt 1 *Cor.* 5: 7, ubi monet Corinthios, ut fermentum vetus (peccata) rejiciant, ac fiant massa nova fermenti expers; quibus addit: *sicuti estis fermenti expertes.* Nec longe recedit 1 *Cor.* 6: 11, ubi quum paulo ante dixisset de hominibus vitiosis, Deo minime probatis, pergit: „Tales vestrum quidam olim

olim fuerunt: ſed nunc eſtis puri, ſancti, juſti." Talia dicta fruſtra apud alios auctores quaeras. Requirunt enim eundem animum benevolum, eundem humanitatis ſenſum eandemque dicendi rationem.

CAPUT UNDECIMUM.

Col. 1.

Ὑπόστασις] in N. F. non legitur, nisi 2 Cor. 9: 4. 11: 17, et in hac epistola.

Οὐ βλεπομένων.] Eaedem res Divinae et coelestes μὴ βλεπόμενα vocantur, 2 Cor. 4: 18.

Quae colo hoc legitur πίστεως definitio, conferenda cum descriptione ἐλπίδος, data Rom. 8: 24: *spes* (res sperata), *quae conspicitur* (quam possides), *non amplius est spes.* Neque adco multum differunt his locis πίστις et ἐλπίς. De *illa* vide ad 10: 38. *Haec* est persuasio de consequendo olim bono quodam, Dei immutabili benignitati innixa. Ne obliviscaris, definitionem esse rari quid in N. F.

Uti hoc capite τῆς πίστεως bona oratorie recensentur, nomine πίστεως saepissime repetito: ita Paulus 1 Cor. 13, loco pulcherrimo, in τῆς ἀγάπης laudes exspatiatur, nomen ἀγάπης semper repetens: neque ibi ille minus disertus est, quam h. l. Auctor noster. Locum ejusmodi tertium frustra quaeras.

Prae-

Praeterea attendas, quam apte Auctor noster, ad Hebraeos verba faciens, Hebraeos laudet, ac magis quam reliquos, Abrahamum et Mosem, quo utroque prae ceteris viris illustribus gloriabantur Judaei illius temporis; quod cum in scriptis Judaicis, tum in Evangeliis nostris ubique cernitur. Quali scribendi modo delectari ac fere incantari lectores, jam ad 1: 1. monuimus, ac saepius postea.

Sunt autem, qui hanc epistolam etiam ideo Paulo abjudicent, quia, et alibi et hoc inprimis capite, πίστιν, adeoque virtutem, propter ejus mercedem commendet Auctor, quam doctrinam Judaicam dicunt ac Paulo indignam. Quasi et Jesus et Apostoli et Paulus mercedis rationem haberi in virtute exercenda noluissent! Ac quasi Auctor noster, ut Paulus habeatur, prius fieri Kantii discipulus debeat!

Col. 2.

Πρεσβύτεροι] *veteres*, *Majores*, uti *Matth.* 5: 2.; apud quem ceteroquin, uti apud omnes, nomen est muneris, non aetatis. Alibi 1: 1. Auctor noster, uti Paulus, dicit πατέρες.

Col. 3.

Εἰς τό] sequente infinitivo esse dicendi modum

dum, Paulo et huic Auctori admodum familiarem, dictum ad 8: 3.

Μὴ ἐκ φαινομένων] pro ἐκ μὴ φαινομένων, qualis particulae negantis trajectio apud Paulum saepe invenitur. *Rom.* 3: 9, οὐ πάντως, pro πάντως οὐ. Contra 1 *Cor.* 15: 51, πάντες οὐ, pro οὐ πάντες. 2 *Cor.* 3: 5, οὐχ ὅτι ἱκανοί, pro ὅτι οὐχ ἱκανοί; 13: 7, οὐ ponendum ante ἡμεῖς. Hanc hujus particulae trajectionem saepe apud elegantissimos Graecos inveniri, docet ad h. l. Valckenarius.

Sed τὰ μὴ φαινόμενα non recte videntur conferri cum formula τὰ μὴ ὄντα, *Rom.* 4: 17: hae enim sunt *res futurae*, uti jam diximus ad 2: 14.



Hujus coli, quomodocumque verba singula vertantur, sensus est, „Deum ex nihilo, quod vocant, sive materia non praeëxistente, creasse universum, idque placitum sola revelatione certum esse, adeoque Gentilibus incognitum." Sane non parva philosophiae Graecae cognitio nostro fuit Auctori, qui tanto judicii acumine omnes philosophorum istorum rationes perspexerit, ut efficeret eorum nullum credidisse, mundi materiam a Deo esse creatam. Nam multi fuerunt viri philosophiae Graecae peritissimi, qui Graecorum philosophorum quosdam ad hoc dog-

dogma cognoscendum pervenisse crederent (1). Nunc vero, postquam illustr. Moshemius ediderit disputationem *de creatione ex nihilo*, add. Cudworthi *Syst. Intell.* T. II. p. 287, sqq., plerisque aliter esse persuasum, non est mirandum. Sed antiquiores facillime errare potuerunt, ac fere non potuerunt non errare. Is enim philosophis multis Graecis est scribendi modus, ut disertis verbis saepe dicant, *mundum a Deo esse conditum:* sed per *mundum* vel universi *forma* intelligitur, quam a Deo esse profectam profitentur omnes, Aristotelicis, Epicureis, paucis aliis exceptis; vel illius *materia*, quam aeternam esse omnes affirmant. Ac ne de obscuris Jonicorum, Pythagoreorum, Eleaticorum placitis dicam, de quibus incerta et contraria saepe ea etiam sunt, quae nobis tradiderunt auctores reliquis veriores Aristoteles, Cicero, Sextus Empiricus; nec de iis Socratis sermonibus, quibus quis paulo imprudentior facile credat, hunc Gentilium excellentissimum, eandem quam nos, professum esse doctrinam: quis non in errorem inducatur Platonem audiens, ubi Deum solenni nomine τοῦ κοσμοῦ ποιητήν vocat? Quis non pu-

(1) V. c. Clemens Alexandr., *Stromat.* V. p. 701 et Cudworth, *Systema intellect.* Tom. II. p. 236. ed. alterius.

putet, fuisſe inter philoſophos veteres, qui idem quod nos ſtatuerent, cum eorum nonnulli ab Aristotele, *de Coelo* I. 10, dicantur λέγοντες ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαι τὰ γινόμενα? Verum in univerſum tam parum accurate ſcripſerunt philoſophi veteres, ut ſaepisſime dicant, quae ſibi invicem contraria videantur. Nempe ut recentiores philoſophi conantur quam posſint *accuratisſime* ſcribere, ſic veteres quam posſent *elegantisſime* ſemper ſcripſerunt. Unde magna eorum lectioni cura est adhibenda, ne verborum ſono decipiaris; ac ſemper ad totam eorum rationem, non ad ſingula verba est reſpiciendum. Verum *totam eorum rationem* quî tandem intelliges, niſi iis legendis opera tibi ſit impenſa non levis? Quae omnia oſtendunt, neminem olim, niſi qui literarum Graecarum ſatis peritus esſet, affirmare potuisſe; „ nullum philoſophorum Graecorum credidisſe materiam a Deo creatam esſe."

Jam vero ſi in Apostolos et Patres Apoſtolicos et reliquos primi ſeculi (1) Christianos inquirimus; eorum nullum comperimus literarum Graecarum ſatis fuisſe peritum, niſi unum Paulum. Quem licet credamus non adeo fuisſe eruditisſimum

(1) Nam primo ſeculo, imo ante Hieroſolyma deſtructa, hanc epiſtolam ſcriptam esſe, ſatis conſtat. Vide cl. Schulzium, p. 134.

mum, quam potius alacris celerisque et perſpicacis ingenii ejusque indolis eximiae, quae hodie *genie* dicitur (1); tamen illi, ad hanc egregiam et praeclaram indolem accesſiſſe videtur ratio conformatioque doctrinae; tum vero inde illud, quo cernebatur, praeſtabile ac ſingulare exſtitisſe. Ac mirum quidem ſit, ſi quis, honesto loco oriundus, Tarſi vivens, in urbe, eo tempore Alexandriam et Athenas literarum flore ſuperante (2), literarum prorſus rudis manserit. Loco autem honesto fuisſe natum Paulum, inde patet, quod urbanitate ea eminebat, qua nihil politius excogitare posſis. (3). Sed hanc de Pauli doctri-

(1) Cf. W. A. van Vloten, *de Bijbel*, T. XI. p. 542.

(2) Vide Strabonem, XIV. p. 991. ed. Almelov.

(3) De Pauli urbanitate vid. Niemeyer, *Characteristik*, T. I. p. 442, ſqq., et nos ſupra ad 2: 1, 5. 4: 1, infra ad 13: 19. Elucet autem haec Pauli urbanitas, *et* ubique ex ejus epistolis, uti ad loca laudata videas; *et* inprimis etiam ex ratione qua ſe cauſamque ſuam defenderet, praeſertim in Areopago et coram Agrippa. Quae igitur ratio valde ſeſe commendat prae illa (quacum conferri meretur), quam, in ſimili jure, postea ſecuti ſunt Christiani; non tantum martyres incultiores, v. c. Lugdunenſes et Viennenſes (Euſeb. *Hiſt. Eccleſ.* V. 1, 2.) et Scillitani (in Th. Ruinarti *Actis primorum martyrum ſinceris*, p. 86, ſqq. 90. ſqq.) alii; ſed etiam politiores, v. c. Polycarpus (Euſeb. IV. 15.) ac Dionyſius, Alexandriae Episcopus (ibid. VII. 11.) alii. Vide haec loca et alia etiam

trina conjecturam certam reddunt ejus scripta. Menandri enim, Epimenidis, Arati versus citavit. „ At illi versus tanquam proverbia vulgo noti fuerunt." Hoc equidem de Menandri dicto, 1 *Cor.* 15: 33, *Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί*, forte verum esse non negem. Sed quum de Epimenidis, sive cujuscunque poëtae illo versu, *Tit.* 1: 12: *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί*; semel dixisset Anna Dacierii (ad Callimachi *H. in Jov.* 8.) hunc versum *potuisse* proverbii instar Graecis notum esse: non tantum hoc omnes repetierunt, verum et de Arati dicto, *Act.* 17: 28. *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*, idem contenderunt, et illam Dacieriae conjecturam tam certam habuerunt, ut pro ea argumenta afferre, ineptum sit. Sed recte, o boni! argumenta non quaeritis; frustra enim quaeratis: nam si *proverbia* essent Ara-

etiam in H. Olshauseni *Historiae Ecclesiasticae veteris Monumentis praecipuis*, Vol. I. Pars I. (Berl. 1820.) p. 36, sqq.

Forte loco honesto fuisse ortum Paulum, etiam inde conficias, quod civis Romanus esset natus: verum ingens eo aevo fuit civium Romanorum in Asia numerus, talium etiam, qui stirpis nobilitate non excellerent. Vide ven. J. F. van Oordt, *de religionis Christianae in conjungendis hominibus vi* (Traj. 1821.), p. 77, sq. ibique citatos.

Arati et Epimenidis dicta, *et* apud veteres Graecos legerentur, *et* Paulus illorum auctores non memorasset; priori enim loco addidit: *ὡς καί τινες τῶν καθ᾽ ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι*; posteriori: *εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης.* Non ita citantur proverbia: his enim vel nihil additur, quod esse moris Paulini, vide ex locis, supra ad 9: 22. citatis; vel, si quid additur, id hujusmodi est: *ut ajunt*, *ut dicitur*, *ut perhibent.* *Praeterea* Paulum religionis, morum, legum, institutorum omnium hujus populi peritum fuisse, ubique ipsius epistolae demonstrant. *Denique* philosophos Graecos cognovisse videtur. Nonne enim qui cum Epicureis et Stoicis disputat, horum rationem cognoscere debuit? Ac revera Paulum horum philosophiam intellexisse, patet ex oratione Areopagitica, qua, utut brevi, praecipuis tamen et horum, et reliquorum tum florentium philosophorum Graecorum, erroribus omnibus restitit (1). Nonne is philosophos Graecos bene cognoverit oportet, qui affirmet, 2 *Tim* 1: 10, a Jesu demum animi immortalitatem in lucem esse protractam? Nam Socrates hanc doctrinam nonne dicitur firmiter tenuisse? Tenuit quidem, sed

(1) Vide inprimis ven. E. Kist, *Verhandell. en Redevoeringen over verschillende onderwerpen*, p. 251 - 257.

sed potius credidit, quam demonstravit. At Plato, cum aliis locis, tum in dialogo Phaedone, eam ita certo demonstravit, ut pulchrius veriusque nihil ostentet Graecia. Recte haec: et ex dictis patet, non temere esse affirmandum, Graecis de animo immortali non certo fuisse persuasum. Verum qui paulo accuratius rem indagat, ei patebit, summo jure illa dicta fuisse a Paulo. Nam, ut celeberrimum illum Phaedonem exemplo sumam, cujusnam ponderis sunt septem illa argumenta, quae ibi Plato protulit? Primum, de animi dotibus praeclaris hac in terra non explicatis (licet animus corpore tanquam carcere esse inclusus temere fingatur), aliqua tamen verisimilitudine se commendat. Quintum de simplici animi natura, olim quidem vulgo probabatur (1): jam vero idque recte, ab omnibus rejicitur. Reliqua argumenta nihil probare, vix opus est, ut moneam. Ergo unum tantum, idque non certum sed verisimile tantum, pro animi immortalitate argumentum continet Platonis Phaedon. In alia argumenta, quae alii continent Platonis libri, multa etiam animadverti posse, hic non est locus demonstrandi. Quorsum haec? ut appareat,

et

(1) Etiamnum a D. Wyttenbachio. Vide Platonis *Phaed.* ed. Wytt. p. XLIX sqq.

et recte dixisse Paulum ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν a Jesu primum esse traditam, *et* eum hoc non potuisse dicere, nisi satis cognita Graecorum philosophia; nam videri Graecos prima specie hanc optime nôsse doctrinam.

Quae cum ita sint, nec qui aliter sentiant, unquam attulerint argumentum sat validum (1), cum

(1) In dissentientium scriptis in primis est C. G. Thalemanni *Diss. de eruditione Pauli Apost. Judaica non Graeca* (Lips. 1769), quam omnes citant, multi non legerunt: equidem eam invenire non potui. Sed quinque Thalemanni argumenta haec sunt, docente cl. P. Hofstede, *Bijzonderheden over de H. Schrift*, Tom. III. (Roter. 1775) p. 449, sqq.: 1) Ipsa Apostoli confessio, 2 *Cor.* 11: 6; quod argumentum refutatione non indiget 2.) Juvenilis ipsius aetas, qua in Gamalielis scholam profectus est. Sed *primum* quidem ex *Act.* 22: 3. aetatis calculum non facile ineas: *deinde* non certum est, an Paulus semper manserit Hierosolymis, ex quo primum eo venerat; imo Tarsi jam aliquamdiu Christianus vixit, *Act* 9: 30. 11: 25. *Denique* multos esse praecoces eruditos, quis nescit? 3) Vetuerant Judaei, ne quis eruditioni gentili operam daret. Ergone hujus mandati semper rationem habuerunt? Itaque quid Aristobulus? quid Philo Alexandrinus? 4) Dei consilium non indigebat in Paulo eruditione Graeca: argumentum refutatione indignum. 5) Patrum multorum testimonia. Sed Patres hi *primum* plerumque respexisse dicuntur puram linguam exornatamque dictionem, (secundum cl. Hofstede); *deinde* alia testimonia his opponi posse, ait cl. Hofstede; *denique* nescio quos Patres citaverit Thalemannus, scio autem eo-

cum e laudatis poëtarum Graecorum locis, tum ex institutorum Graecorum notitia, denique ex ipsorum philosophorum Graecorum cognitione, jure nobis concludere videmur, Paulum, tam ceterarum rerum Graecarum, quam philosophiae etiam Graecae, satis peritum fuisse. Quum vero Paulus solus e primis Christianorum doctoribus imbutus fuis-

eorum eruditissimos Origenem, Tertullianum, Hieronymum, alios abjectissime saepe esse locutos de eruditione gentilium Quodsi viri tanti ita locuti sunt, quid minores fecerint? Horum omnium multos noluisse, ut Paulus eruditione Graeca instructus fuerit, sponte hinc intelligitur.

Verumtamen lubentissime profiteor, hic omnino modum esse tenendum, ac longe plures lapsos esse, qui nimium, quam qui non satis multum Pauli eruditioni Graecae tribuerent. Exempla illorum multa vide apud Hofstedium l. l. Sed, ne de aliis dicam, haud scio etiam, an J. D. Michaëlidis, viri vere summi, opinio valeat, ex *Rom.* 6, 7, 8. concludentis, Paulum legisse Platonem aut Platonicos. Vide illius *Inleiding in het N. V.* Tom. I. P. I. p. 292. Etenim quae ibi dicuntur, etiam ex philosophia Judaica explicari posse videntur. Vide cl. C. F. Ammon *Nova Opusc. Theol.* p. 77. et *Excurs. I. ad Rom.* 7: 15, sq. in editione epist. ad Rom. Koppiana p. 388, sqq. Cf. inprimis Schoettgenii *Diss. de lucta carnis et spiritus*, in *Horis Hebr. et Talm.* T. I. p. 1178 sqq. Sed vel sic tamen cl. Michaëlidis sententia habet, quo se commendet.

fuisse videatur literarum Graecarum notitia; ipse, vel solus vel in paucissimis unus, scribere potuit nostrum hoc colon, de mundi a Deo creatione, philosophis Graecis incognita.

COL. 5.

Τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον.] Genitivus articuli praepositivi hic explicandi vim habet, qui usus Paulo soli, uti videtur, proprius est. Vide *Rom.* 7: 3. 1 *Cor.* 7: 37. 10: 13. *Phil.* 3: 10, 21.

Διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός.] Leguntur haec *Gen.* 5: 24. Ex quo loco vocabula μετετέθη et μεταθέσεως hoc colo repetuntur; qua ratione verba ex citato aliquo V. F. loco retinere solere Paulum et Auctorem nostrum, diximus ad 2: 8. 10: 39.

COL. 7.

Κατέκρινε τὸν κόσμον.] Ita *Rom.* 2: 27. dicuntur Gentiles κρίνειν Judaeos.

COL. 8.

Ὑπήκουσεν - ἐξελθεῖν] *Obedivit, ita ut exiret.* Vide de talibus infinitivis ad 5: 5.

COL. 9.

Παρῴκησεν εἰς] *Alio abiit ibique peregrinus habitavit.* Structura praegnans, qualis in conciso Pauli ſtilo ſaepius etiam reperitur; cum praepoſ. ἀπό, *Gal.* 1: 6. 2 *Theſſ.* 1: 9. 2 *Tim.* 2: 21. πρός, *Eph.* 3: 14. διά, 1 *Cor.* 16: 3. ὀπίσω, 1 *Tim.* 5: 15. Hîc εἰς ſupra habuimus, 2: 3; quae praepoſitio, aeque ac πρός, ἐπί ſim. frequens est cum σώζειν; idque aliis etiam auctoribus bene Graecis (1). Cf. 2 *Tim.* 4: 18.

COL. 11.

Ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον.] Abrahami fides ſimili modi celebratur, *Rom.* 4: 17; ubi promisſum illi datum de ſobole ingenti narratur, atque additur, datum illud esſe, *quia Deo crediderat.*

COL. 12.

Ἀφ' ἑνός.] Vidimus ad 7: 17, cum Auctorem nostrum, tum Paulum ſaepius ex prophetis de-

(1) Vide Hemsterh. ad *Ariſtoph. Plut.* p. 456. Valken. ad h. l. Wyttenbach. ad *Sel. Princ. Hist.* p. 401. Heindorf. ad *Plat. Phaed.* p. 255.

dicta desumere; cujus usus hoc colo duo sunt exempla. — *Unus* hic dicitur Abrahamus, qui *unus*, *unicus*, אחד vocatur a *Mal.* 2: 15, quem illud nomen desumsisse ex *Jes.* 51: 2, animadvertit Herderus, *vom Geist der Ebräischen Poësie*, Tom. I. p. 270, sq.

Καὶ ταῦτα] *et quidem.* Pronominis cum καί hoc modo positi exempla e Paulo citata sunt, ad 10: 25.

Νενεκρωμένου.] Hujus Isaäci natalium rationem habens, Abrahami corpus itidem νενεκρώμενον vocat Paulus, *Rom.* 4: 19; ubi item memorat τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας. Ceterum verbum illud non legitur in N. F., nisi *Col.* 3: 5; nec substantivum hoc, nisi 2 *Cor.* 4: 10.

Hoc colo demonstratur non nimium exspectâsse Abrahamum et Saram, sed Deum eorum fidem eximie fuisse remuneratum, donanda illis sobole innumera; quam talem esse, V. F. verbis indicatur. Prorsus convenit Pauli dictum, *Rom.* 4: 18 - 22, ubi eaedem hae ideae saepius iisdem verbis inveniuntur; itidem causa, quare Deus ita beaverit Abrahamum, dicitur fuisse ejus πίστις. In universum descriptio Abrahami pietatis, in epistola ad Rom. et hac ad Hebr., ita convenit, ut similius quid frustra quaeras (1).

Col.

(1) Convenientiam hanc notat praesertim F. Span-

 he-

COL. 13.

Κατὰ πίστιν-μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας.] Ita 2 *Cor.* 5: 7. opponuntur formulae: *vivere* διὰ πίστεως et διὰ εἴδους. Significat autem κατὰ πίστιν idem quod πιστεύοντες, qua ratione κατά saepe adjectivum circumscribit apud Paulum; v. c. *Rom* 2: 2. κρῖμα καὶ ἀλήθειαν, *judicium justum.* Sic 9: 11. 10: 2. 2 *Cor.* 8: 2. *Eph.* 1: 15. *Phil.* 3: 6.

Quod autem hoc et seqq. colis indicavit Auctor, hanc terram Patriarchis jam peregrinam visam esse, ex qua in patriam coelestem proficisci cuperent, id Paulus, *Phil.* 3: 19, 20. ita de Christianis explicuit, ut homines quidem reliqui dicantur οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, Christianorum vero πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς esse affirmetur. Item cf. 2 *Cor.* 5: 1, 2. *Scimus, quando terrestris nostra domus hujus tabernaculi corruerit, nos habitaculum a Deo habituros, non manibus factum, aeternum, coeleste.*

COL. 16.

Νῦν δέ] hac ratione saepissime apud Paulum legi, vide ad 8: 6.

'Επου-

hemius, *Miscell.* Libr. II. *de Auctore Epistolae ad Hebraeos.*, Opp. Tom. II. p. 219.

'Επουρανίου.] Vocabulum hoc in reliquo N. F. fere non legi, fed faepe et in hac et in Pauli epistolis, dictum ad 3: 1.

Οὐκ ἐπαισχύνεται.] Verbum hoc fimili modo legitur, *Rom.* 6: 21. 2 *Tim.* 1: 8, 12, 16. inprimis *Rom.* 1: 6. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον.

COL. 17.

Hoc colon parallelismum Hebraeum ita redolet, ut verbotenus ex poëta Hebraeo converfum videatur. Talem fcribendi modum apud Paulum faepe inveniri, dictum ad 4: 16.

COL. 18.

'Εν Ἰσαὰκ κ. τ. λ.] Iisdem verbis oraculum hoc citavit Paulus, *Rom.* 9: 7.

COL. 19.

Λογίζεσθαι] in reliquo N. F. rarisfime legitur, apud Paulum pasfim.

Δύνατος ὁ Θεός.] Adject. δύνατος, inprimis cum Θεός junctum, ita faepe apud Paulum legitur pro verbo finito δύναται, vel ejusmodi quadam formula; *Rom.* 4: 21. 11: 23. 14: 4. 2 *Cor.* 9: 8. 12: 10. 13: 9. 2 *Tim.* 1: 12. *Tit.* 1: 9.

Qua-

Qua ratione h. l. Abrahami cogitata describuntur Isaäcum occisuri, eâdem *Rom.* 4: 17, 20, 21. illius mens, confidentis Dei promisso, se senem procreaturum esse hunc filium: utrumque eodem consilio, quo fidei ejus magnitudo ostendatur. — Ita V. F. verba narrationemve etiam amplificat Paulus, vel de suo fonte, *Eph.* 5: 14, vel e traditione, 2 *Tim.* 3: 8; quam optime callebat, *Act.* 22: 3. *Gal.* 1. 14. Sic etiam libro apocrypho utitur, 1 *Cor.* 2: 9.

COL. 21.

Ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου.] Secundum versionem Alexandrinam, quam ibi etiam sequitur Auctor, ubi non recte ipsa vertit. Saltem *Gen.* 47: 31. מטה non *baculum* videtur significare, sed *lectum*. Ita saepe in locis V. F. citandis agere etiam Paulum, dictum ad 1: 6.

COL. 23.

Διάταγμα] *mandatum*, uti *Rom.* 13: 2. διαταγή. Vox utraque rarior.

COL. 25.

Μᾶλλον ἑλόμενος.] Comparativus bis expressus

ſus. Vide ſupra ad 1: 4. — Αἱρέω non ſaepius legitur in N. F., niſi *Phil.* 1: 22. 2 *Theſſ.* 2: 13.

Συγκακουχεῖσθαι] est ἅπαξ λεγόμενον in N. F., uti et verbum ejusdem formae et notionis συγκακοπαθεῖν, 2 *Tim.* 1. 8.

Πρόσκαιρον] *breve, per hanc modo vitam durans.* Ita Paulus, 2 *Cor.* 4: 18 τὰ πρόσκαιρα opponit τοῖς αἰωνίοις.

Ἀπόλαυσιν.] In N. F. non ſaepius legitur, niſi 1 *Tim.* 6: 17.

Col. 26.

Πλοῦτον.] Reſpicienda est quidem propria ſignificatio *divitiarum*, ob ſequens θησαυρῶν: ſed etiam tropica *ſalutis*, ob ὀνειδισμόν. Eodem ſenſu *Rom.* 11: 12. πλοῦτος κόσμου, πλοῦτος ἐθνῶν, ubi pro σωτηρία ponitur, quod colo 11 adfuerat. Ita etiam πλούτος et πλουτέω, 2 *Cor.* 8: 9. Obſervandum autem, voces πλούσιος, πλουσίως, πλουτέω, πλουτίζω plerumque, πλοῦτος ſemper, apud reliquos N. F. ſcriptores, ſumi ſenſu proprio; apud Paulum vero priores raro, πλοῦτος numquam (1 *Tim.* 6: 17. excepto) ſenſu proprio inveniri, ſed ſignificare cum *abundantiam*, tum *felicitatem* (1).

Τὸν

(1) Idem obſervavit W. Paley in *Horis Paulinis* verſ. Belg. p. 202.

Τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ.] Verba omnium fere in tota epistola vexatisſima. Sed licet alii aliter interpretentur, duae tantum explicationes ſeſe commendare videntur. Altera est, ex qua *τοῦ Χριστοῦ* ſit *Christi cauſa:* verum quis ſibi perſuadeat, tantam fuisſe Moſi rei Mesſianae cognitionem, ut *Mesſiae cauſa* ignominiam aliquam perferre potuerit? Illius cognitionis ſubtilioris nullum vestigium in libris Moſaicis exſtat. Altera interpretatio est eorum, qui *ignominiam Christi* dicant esſe *talem*, *qualem ſubiit Christus*; quae interpretatio unice vera est. Cujus facilitatem quidem et cum tota oratione contexta convenientiam, ita ſentiunt nonnulli etiam eorum, qui aliter locum explicant, ut fateantur, ſe illam veram esſe credituros, modo exempla ſimilis dictionis proferantur: at exempla proferri posſe negant. — Igitur ſi loca ſimilia attulerimus, conſtabit haec interpretatio.

Jam vero omnibus in linguis pervulgantur dictiones hae ſimilesque: *Cajus crudelitate leo est. Titus viſum habet aquilae. Marcus impudentia canis est.* Quibus intelligitur, *Cajum esſe crudelitate tali, quali est leo; Titum gaudere viſu tali, quali gaudet aquila; Marcum esſe impudentia tali, quali canis est.* De his nemo dubitat: verum non appellativum h. l. invenitur, ſed proprium hominis nomen. Talia vero exempla

pla itidem proſtant. 2 *Chron.* 24: 6, 9. *tributum Moſis* ſignificat tale tributum, quale Moſes olim collegerat. — *Deut.* 32: 32. populus Israëliticus confertur cum Sodomitico, hac imagine: *Vitis eorum est e vite Sodomae et e campis Gomorrae;* i. e. talis, qualis vitis *Sodomae* et *Gomorrae.* Quem locum forte respiciens, *Jeſaias* 1: 10. principes et populum Israëlitarum vocavit *principes Sodomae et populum Gomorrae*, i. e. ita depravatos, uti *Sodomae* et *Gomorrae* incolas. Ibidem 54: 9. *Aquae Noachi non iterum inundabunt terram;* ubi *aquae Noachi* ſunt tales, quales Noachi temporibus fuerunt. *Habac.* 2: 17. חמס לבנון, *vis Libano illata*, ſignificat vim, qualis Libano illata est. Cf. *Pſ.* 137: 8. — *Luc.* 1: 17. dicitur Joannes doctor fore ante Mesſiam, *ſpiritu et vi Eliae*, i. e. ſpiritu et vi, qualis Eliae fuit. *Jud.* 11. *Errorem Bileami errârunt, et ſeditione Coris perierunt;* i. e errorem, qualis fuit Bileami error; ſeditione, qualem excitavit Cores. *Apoc.* 2: 14. *doctrina Bileami* est, qualem docuit Bileamus. Ib. 20. Angelus eccleſiae, quae erat Thyatiris, dicitur in matrimonium duxisſe *Iſebelem*, quae ſignificat feminam, qualis fuit Iſebel, idololatriae deditisſima. Forte etiam huc pertinet, *Apoc.* 1: 9.

Plura exempla e Codice Sacro, Pauli epiſtolis ex-

exceptis, de quibus mox, proferre non possum, licet plura in illo inveniri mihi persuasum sit: nec tantum in illo, sed etiam in aliis scriptoribus, inprimis Arabibus; quorum poëtas, quum nihil fere dicere soleant, nisi comparatione illustratum, saepius hoc modo scripsisse certum est. Sed neque ex illis, annotationis penuria, exempla proferre possum; neque opus est. Memini tamen me legere in *Excerpt. Ham.* p. 516. *Lorica e textura Davidis*, i. e. e textura tali, qualis fuit Davidis textura.

Quod autem simplici hac ratione, quae mox etiam magis probabitur, multi viri doctissimi hunc locum non explicuerint, id inde fit, quia non cogitârunt, Hebraeos et Hellenistas ibi etiam uti nomine proprio ipso, ubi Graeci et Romani utuntur nomine adjectivo, derivato a nomine proprio. Illi enim dicunt *carmen Davidis*, non *carmen Davidicum*; hi *carmen Pindaricum*, rarius *Pindari*. Jam si his etiam locis, quae citabo, legeretur adjectivum, non nomen proprium; non tantum desudatum esset in iis explicandis: nam quis nescit *artem Daedaleam* significare artem subtilem, qua excelluit Daedalus? *eloquentiam Ciceronianam*, eloquentiam copiosam, qua valuit Cicero? *stilum Thucydideum*, stilum concisum, quali usus est Thucydides?

Quae cum ita sint, consequitur ex auctoribus Grae-

Graecis et Romanis vix posse citari exempla, quae cum loco nostro plene conveniant. Sed ex recentioribus possunt. Sic v. c. Nostras J. de Beer, carmine *de Starrenhemel*, canit:

Daar, waar de blanke melkweg kronkelt,
De wagen statig henen spoedt;
Saturnus Leibnitz aandacht kluistert,
Orion Nieuwland zingen doet:
Waar Englen Newton onderwijzen,
En Klopstocks liedren hooger rijzen,
En Milton Davids harp *bespant:*
Daar zullen we eenmaal onze vrinden
Verengeld, zalig wedervinden,
Daar, daar is 't heilrijk vaderland.

ubi *Davidis cithara* significat citharam, praestantia Davidicae similem. Sic Poëta Germanus Schubart, carmine *Am General von Bouwinghausen:*

Asaphs Harfe, *die wir Christen schlagen,*
Wird durch Menschenlob entweiht.

ubi *Asaphi cithara* idem significat, quod priori loco *Davidis cithara.*

Plura talia exempla citare non opus est: quisque enim similia sibi sponte in memoriam revocat. Quod autem dixi, in auctoribus Graecis

cis et Romanis vix talia inveniri, id forte non intelligendum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, quippe qui Hebraice dicta minime respuunt. Saltem Polycarpus in rogo precatus esſe dicitur Deum, eique gratias egisſe, quod particeps factus esſet ſortis Jeſu Christi, ſive quod nactus esſet *μέρος ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ*, i. e. quod, uti J. C., in Dei honorem mortem ſubiret. Vide epistolam Smyrnenſium de morte Polycarpi, a Valeſio ſubjectam Eusebii *Hist. Eccl.* L. IV. c. 15.

Sed haec hactenus. In Pauli ſcriptis alia exempla proſtant, et quidem fere talia, quibus Jeſu fata ac ſtudia cum ſuis aliorumve Christianorum fatis ſtudiisque comparat; quod omnino esſe e more Paulino, vidimus ad 2: 10. Qua ratione locutus esſe mihi videtur, 2 *Cor.* 1: 5. *Abundant in nos τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ, miſeriae, quales ſubiit Christus.* Item 4: 10. ait ſe corpore pati *τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ*, i. e. *aerumnas, quales pasſus est Jeſus*; idque eo conſilio, ut et *ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ*, *vita beata, quali fruitur Jeſus*, ipſius corpori donetur. Ibid. 11: 2. *ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ, amo enim vos amore, quo vos proſequitur Deus. Phil.* 1: 8. *ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, diligo vos omnes affectu tenerrimo, quo vos diligit Jeſus Christus.* 2 *Theſſ.* 3: 5. *Dominus dirigat animos ve-*

ſtros

ſtros εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ, ut ametis amore, qualis est Dei, et ſitis patientes, uti Jeſus. Quibus locis quum certa ſit haec interpretatio, etiam huc referam *Col.* 1: 24. *Perficio corpore meo, quae deſunt, τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ,* i. e. *miſerias, quales ſubiit Christus, perfero.* Denique his addens *Gal.* 6: 17. non ineptus ſis: forte tamen alia hujus loci explicatio est praeferenda.

Quae omnia ſatis demonſtrant, cum veram eſſe nostram explicationem, tum illum dicendi modum eximie convenire cum ſtilo Paulino.

Ceterum in *πλοῦτον* et *ὀνειδισμόν* inest *acutiſatuum*, de quo diximus ad 7: 9. Cf. inprimis 2 *Cor.* 8: 2.

Col. 27.

Τὸν ἀόρατον ὡς ὁρῶν] *Inviſibilem videre* itidem est acutiſatuum. *Τὸν ἀόρατον* unus in N. F. Paulus adhibet Deo deſignando, *Col.* 1: 15. 1 *Tim.* 1: 17. Cf. *Rom.* 1: 20.

Col. 28.

Ὁ ὀλοθρεύων.] Itidem Angelo perditori caedes Israëlitarum quorundam, *Num.* 14: 37. narrata, tribuitur a Paulo, 1 *Cor.* 10: 10, ubi

An-

Angelum illum vocat *τὸν ὀλοθρευτήν*. Utrumque vocabulum non saepius exstat in N. F.

Θίγῃ.] Verbum tali sensu frequens apud optimos Graecos, in N. F. non saepius legitur, nisi infra, 12: 20. et *Col.* 2: 21.

Col. 33.

Ἔφραξαν στόματα λεόντων]. *Φράσσω* bis adhuc in N. F. legitur, 2 *Cor.* 11: 10 *φραγήσεται*, *occludetur*; et *Rom.* 3: 19, ubi etiam *στόμα* additur: *ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ*, *ut omne os occludatur.*

Col. 34.

Ἐνεδυναμώθησαν.] Verbum hoc semel tantum in N. F. legitur, si discedas ab epistolis Paulinis, in quibus saepius. Eodem sensu semel etiam occurrit *δυναμοῦν*, *Col.* 1: 11.

Col. 36.

Θλιβόμενος.] Cum *θλίψις* quod habuimus, 10. 33, tum vero hoc *θλίβεσθαι* longe saepius apud Paulum legitur, quam in reliquo N. F.

Col. 32, 38.

Continetur his colis oratoria et pulcherrima descriptio eorum, quae fide insignes V. F. viri perficere potuerint. Recensio autem talis, tam longa, tam oratoria, tam vivida, rerum saepe parum diversarum abundans, copulis fere carens, participiis multis conjuncta; talis inquam recensio, si quid aliud, spirat stilum Paulinum. Cf. cum h. l. descriptio morum Gentilium corruptornm, *Rom.* 1: 22 - 32; certae Christiani hominis persuasionis de Dei amore semper sibi affuturo, 8: 35 - 39; variorum Christianis impositorum et munerum et officiorum, 12: 5 - 19; laborum, quos Apostolus ipse subiret, 1 *Cor.* 4: 9 - 13. 2 *Cor.* 4: 8 - 11, 6: 4 - 10, 11: 23 - 29; diversorum Spiritus Sancti donorum, 1 *Cor.* 12: 7 - 10, 28 - 30; charitatis Christianae, cap. 13. toto; vitiorum et virtutum praecipuarum, *Gal.* 5: 19 - 26; majestatis Jesu Christi, *Col.* 1: 15 - 22; Episcopi boni, 1 *Tim.* 3: 2 - 7. *Tit.* 1: 6 - 9. Vide et supra ad 6: 1 - 5. 7: 27.



CA-

CAPUT DUODECIMUM.

Col. 1.

Multa de hoc colo ſunt obſervanda. *Primum* εὐπερίστατον nomen est formae illius cum εὐ compoſitae, quam Paulo et huic Auctori inprimis esse propriam, diximus ad 4: 16. —*Tum* dictio illa, qua peccatum exhibetur *hominem circumdans*, ut eum capiat, atque in decurrendo ſpatio ſiſtat, imaginem affert ſatis poëticam; quales imagines minime raro, cum apud Paulum tum in hac epistola inveniri, ſaepius diximus, ad 4: 12: 6. 7, 8. 7: 14. —*Deinde* ἀγών in N. F. non invenitur, niſi in ſcriptis Paulinis. — *Porro*, uti h. l. vita Chriſtiana comparatur curſui; ſic innumeras, in Pauli epiſtolis, metaphoras et comparationes a curſu deſumtas invenias. Vide inprimis *Rom.* 9: 16. 1 *Cor.* 9: 24-27. *Gal.* 2: 2. 5: 7. *Phil.* 2: 16. 3: 12. 2 *Tim.* 4: 7. — *Praeterea* loquitur Auctor ita, ac ſi Chriſtianus non poſſit non calamitatibus vexari: ſic Paulus, ſubeundas

es-

esse illi calamitates, tanquam certi quid, sumit, 1 *Thess.* 3: 3. 2 *Tim.* 1: 8. 2: 3; salutis enim comparandae conditionem esse, ut has perferamus, *Rom.* 8: 17; has esse optandas, *Rom.* 5: 3; *gratiam* esse vocandas, *Phil.* 1: 7, 29; qua sit gloriandum, *Rom.* 5: 3. *Col.* 1: 24. — *Denique* more paterno lectores monere rursus hic incipit Auctor; de quo ipsius, uti et Pauli, virtutis inculcandae studio, nisi dixissem ad 10: 19, hic quaedam monerem. Quemadmodum autem h. l. noster hortatur Christianos, ut, quum jam Euangelii notitia fruantur, vitam agant beneficio isto dignam; ita Paulus, 2 *Cor.* 7: 1: *Itaque his*, inquit, *gaudentes promissis, fratres amati! purgemus nosmet ipsi omnibus sordibus corporis animique, et mentis sanitatem, Deum respicientes, perficiamus.*

COL. 2.

Quae colo 1 de recte instituenda vita monuerat, jam Jesu exemplo confirmat, quem, quia cruciatus tantos passus sit, ideo dicit summa jam majestate esse ornatum. Paulus quidem, et generatim Jesu conditionem vitamque cum vita et conditione Christianorum conferre solet, (vide ad 2: 10. 11: 26) et saepius Jesum dicit gloriam esse adeptum, postquam tot pas-

ſus esſet; qua in re nostrum ſit ut Jeſu ſimiles fieri conemur. V. *Rom.* 8: 17. *Si una* cum Christo *patimur, etiam una gloriam adipiscemur. Phil.* 2: 5 - 11. *Idem ſit vobis animus, qui fuit Jeſu Christo, qui, quum Deus esſet, non veluti rapinam avide ostentavit, ſe esſe Deo aequalem, verum ſe humiliavit, ſervum ſe faciens*, cet.; *quare etiam Deus majestate eum condecoravit et nomine ſupra omne nomen ornavit.* 2 *Tim.* 2: 11, 12. *Si cum Jeſu mortui ſumus, etiam cum eo vivemus: ſi miſerias patienter tulimus, etiam cum eo regnabimus.*

Jeſum autem ideo gloria esſe ornatum, quia pasſus ſit tot gravia, non ſaepe legitur; ſed tamen *Phil.* 2: 9. et in hac epistola docetur. Cf. ſupra ad 2: 9.

Col. 3.

Ἐκλυόμενοι.] Ἐκλύεσθαι, *deficere, defatigari*, est verbum, neque generatim ſaepe obvium, neque ſemper hac notione, qua tamen legitur, *Gal.* 6: 9. Reſpicit autem Auctor oraculum mox citandum, col. 5, ubi legitur ἐκλύου; quod ſexcenties facere Paulum, ſaepe jam dictum.

Col. 5.

Incipit hoc colo Auctor monere de hominum παιδείᾳ, a Deo inſtituta. Paulus etiam benignam Dei

Dei in Christianos curam ita vocat, 1 *Cor.* 11: 32. 2 *Tim.* 2: 12. Ceterum de re ipsa, quae fuerit Pauli doctrina, vide ad col. 11.

Col. 8.

"Αρα.] esse particulam concludendi, Paulo inprimis propriam, dictum ad 4: 9.

Col. 9.

Παιδευτής] in N. F. saepius non legitur, nisi *Rom.* 2: 20.

Col. 10.

Κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς] *pro arbitrio suo, ut ipsis lubebat.* Δοκεῖν hoc sensu invenitur interdum, cum apud alios, tum apud Paulum; 1 *Cor.* 11: 16. εἴτις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, *si cui lubet esse contentioso* (1). — Συμφέρον (quod huic *arbitrio* opponitur) non legitur saepius in N. F., nisi 1 *Cor.* 7: 35. 10: 33. 12: 7.

Col. 5 - 10.

Comparatur pios erga homines Dei cura, saepe eos castigantis, cum cura paterna erga liberos, illiusque prae hac praestantia demonstratur. Sic

(1) Cf. Grotium ad *Matth.* 3: 9.

Sic *Gal.* 3: 24 — 4: 10, Paulus confert Galatarum conditionem, quum legi Mosaicae obtemperarent, cum eorundem conditione Euangelio obsequentium. Qui locus cum h. l. conferri omnino meretur: nam et tota ratio ac dispositio valde convenit, et multae dictiones. Hîc ait Auctor, c. 9, nos habuisse nostros patres *παιδεύτας*; ibi 3: 24. legem Mosaicam fuisse Galatarum *παιδαγωγόν*. Hîc c. 8, nisi disciplinae Divinae simus participes, nos esse *nothos* dicit, non *filios*; ibi 4: 7, qui acceperint Euangelium, non amplius esse *servos*, sed *filios*, cet.

Com. 11.

Γεγυμνασμένοις.] Verbum hoc in N. F. non legitur, nisi in hac epistola et apud Paulum ac Petrum. Vide supra ad 5: 14.

Cum hujus coli sententia cf. locum notissimum, *Rom.* 5: 3, 4: *Gloriamur calamitatibus* cet.; item loca reliqua, ubi Paulus sententiam suam de calamitatum pretio explicat, quorum partem citavimus ad c. 4.

Com. 12, 13.

Ad locum *Jes.* 35: 3. et *Proverb.* 4: 26, respicitur; quod saepius facere Paulum, dictum et alibi et ad 7: 14.

Com.

COL. 14.

Εἰρήνην διώκετε.] Romanos monet Paulus, 14: 19: τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν. Cf. 12: 18. — Hoc autem verbum in reliquo N. F. ſemper de *perſecutione hostili* dicitur (excepto 1 *Petr.* 3: 11) apud Paulum vero, uti h. l., ad exemplum optime Graece ſcribentium, etiam legitur de *industria*, ac de impendenda alicui rei *opera.* V. *Rom.* 9: 30. 1 *Tim.* 6: 11. 2 *Tim.* 2: 22. Ita διώκειν δικαιοσύνην, *Rom.* 12: 13; φιλοξενίαν, 1 *Cor.* 14: 1; τὴν ἀγάπην, 1 *Theſſ.* 5: 15; τὸ ἀγαθόν, alibi.

Ἁγιασμόν.] Haec vox in reliquo N. F. non ſaepius legitur, niſi ſemel apud Petrum, qui in multis cum Paulo convenit; apud hunc autem minime raro.

COL. 15.

Μή τις ῥίζα κ. τ. λ.] Idem hoc monitum diverſa paululum imagine expresſit Apoſtolus, 1 *Cor.* 10: 15. *Gal.* 5: 9: μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. — Uti autem hoc colo jam iterum legitur μή τις et tertia vice colo ſeq.; ſic talia verba ſaepe repetit Paulus; v. c. καθώς τινες, 1 *Cor.* 10: 6-10; μὴ πάντες, 12: 29, 30; καὶ ὅτι, 15: 4, 5; ἀλλ' ὡς, 2 *Cor.* 2: 6; ἔι

τις

τις, 2 *Cor.* 11: 20. *Phil.* 2: 1; καὶ τίς, *Eph.* 1: 18, 19. Inprimis ita repetit particulas, εἴτε, 1 *Cor.* 3: 22. 12: 13. 13: 8. 15: 11. 2 *Cor.* 1: 6. 5: 9. et saepissime alibi; οὔτε, 1 *Cor.* 6: 9, 10. *Gal.* 6: 15; ἵνα, *Gal.* 4: 5; μηδέ, *Col.* 2: 21 atque innumeras alias particulas.

COL. 17.

Ἴστε γάρ.] Paulus sic dicit saepissime: οἴδατε γάρ, vel: ἢ οὐκ οἴδατε; *Rom.* 6: 16. 11: 2. 1 *Cor.* 3. 16. 5: 6. 6: 2, 9, 15, 16, 19. 9: 13, 24. al.

COL. 18, 19.

Continetur his colis descriptio rerum terribilium et augustarum, quae legem Mosaicam jamjam promulgandam inauguraverant. Similes descriptiones e scriptis Paulinis laudavimus, ad 1: 3. 7: 26, 27. 11: 32-38. Describitur autem religio Mosaica, tanquam ea, quae *terrore* erudire vellet Hebraeos; unde puerili hujus populi conditioni apta esset, non item adultiori. Quas ideas, homine magno dignas, prorsus esse Paulinas, demonstratum ad 2: 15.

Col

Col. 22.

De Hierosolymis coelestibus satis dictum ad 9: 24.

Col. 23.

Πρωτοτόκων.] Iidem οἱ ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες vocantur, *Rom.* 8: 23.

Πνεύμασι.] Qui de dictione ac sentiendi ratione Orientalium cogitat, ex h. l. non efficiat, Auctorem de corporis vita futura nihil credidisse (1). Sed vide 6: 2.

Col. 22—24.

Iterum recensio, et quidem rerum ad N. F. pertinentium. Vide ad c. 18, 19.

Col. 25.

Βλέπετε.] Imperativum talem Paulo esse familiarem, dictum ad 3: 12.

Col. 27.

Ἔτι ἅπαξ.] Haec, e vaticinio conservata, urget more Paulino: vide ad 2: 8.

Col.

(1) V. modo Herderi *Erläuterungen zum N. T.* N°. IV. *Das Reich Jesu*, p. 47—53.

COL. 28.

"Εχωμεν χάριν] *firmiter teneamus gratiam.* Hoc sensu ἔχειν minime frequens est; legitur tamen, *Rom.* 15: 4, τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν; et 1 *Tim.* 1: 19, ἔχων τὴν πίστιν; item 2 *Tim.* 1: 13, *doctrinam a me acceptam* ἔχε; tandem *Rom.* 5: 1, si ibi legatur εἰρήνην ἔχωμεν, uti voluerunt multi: malim, uti vulgo fit, ἔχομεν.

Χάρις h. l. de *favore* Dei *gratuito* dicitur, non addito Dei aut J. C. nomine; qua ratione in reliquo N. F. raro ponitur; Jo. 1: 14, 16, 17. *Act.* 18: 27. 1 *Petr.* 1: 10, 13; — sed saepe apud Paulum; *Rom.* 1: 5. 4: 4, 16. 5: 2, 17, 20, 21. 6: 1, 14, 15. 9: 5, 6. 1 *Cor.* 10: 30. *Gal.* 5: 4. *Eph.* 2: 5, 8. 3: 8. 4: 7. *Phil.* 1: 7. 2 *Thess.* 2: 16; item infra 13: 9. (1).

Αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.] Substantiva synonymice juncta etiam apud Paulum saepissime legi, vide ad 2: 2. — Αἰδώς autem non saepius invenitur in N. F., nisi 2 *Tim.* 2: 9.

(1) Vide Ven. J. J. Scholten, *de diversis significationibus vocis* χάρις *in N. T.* (*Traj.* 1805) p. 112-137.

CA-

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Col. 1.

Ἡ φιλαδελφία μενέτω.] Idem praecipit Paulus, *Rom.* 12: 10. 1 *Thesſ.* 4: 9. Μένειν autem ita legitur, 1 *Cor.* 13: 13: μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. Vide et ad 10: 34.

Col. 2.

Φιλοξενίαν] etiam Paulus commendat, *Rom.* 12: 13. 1 *Tim.* 3: 2. *Tit.* 1: 8.

Col. 4.

Ἡ κοίτη.] Quum de *toro* jam locutus esſet, κοίτη hic ſignificat *coïtum*, qua notione numquam legitur apud bene Graecos, judice Valckenario ad h. l. nec unquam in N. F. niſi *Rom.* 9: 10.

9: 10. 13: 13. Eandem autem sententiam professus est Paulus, 1 *Cor.* 7: 2.

Col. 5.

'Αφιλάργυρος.] Vox in N. F. semel adhuc obvia, 1 *Tim.* 3: 3. — Est autem hoc inprimis Paulo solenni ut moneat lectores, ne sint avari. Nec mirum: nam *primum* omni quidem tempore cruciabantur homines sacra auri fame, sed nullo magis, quam illo: quod qui Juvenalem legerit, non inficias ibit. Etsi autem Juvenalis Romam describat, ibique morum corruptela major fuerit, quam alibi forte; tamen in Graecia quoque et ubique videbat Paulus, avaritiam esse *ῥίζαν malorum omnium*, 1 *Tim.* 6: 10. — *Deinde* Paulus ipse minime erat avarus; *Act.* 18: 3. 1 *Cor.* 4: 12. 9: 6. 2 *Cor.* 12: 13, 14. *Phil.* 4: 11, 12. 2 *Thess.* 3: 8. Hinc gravissima illa contra avaritiam monita; 1 *Cor.* 6: 10. *Col.* 3: 5. 1 *Thess.* 2: 5. 4: 11. 1 *Tim.* 6: 9, 10. *Tit.* 1: 7.

'Αρκούμενοι τοῖς παροῦσιν.] Etiam hoc saepius monet Paulus, ut rebus suis contenti vivant Christiani; 2 *Cor.* 9: 8. *Phil.* 4: 11, 12. 1 *Tim.* 6: 6, 8. Nam ipse etiam semper sorte sua laetus vivebat, *Phil.* 4: 11.

Col.

Col. 7.

Ἡγουμένων.] Hoc nomine Ecclesiae doctores in N. F. nemo vocavit, praeter Auctorem nostrum et Lucam. Paulus tamen eos, qui Ecclesiae praesunt, dixit τοὺς προϊσταμένους, *Rom.* 12: 8. 1 *Thess.* 5: 12. 1 *Tim.* 5: 17. Illo autem nomine usus est Scriptor, quia lectoribus notissimum erat: in V. F. enim populorum exercituumve ducibus tribuitur. Praeterea ad Hebraeos, qui sacerdotes maximi faciebant, scribens Auctor, de honore etiam ministris Euangelii praestando *summo* loquitur: qualis dictorum ad conditionem opinionesque lectorum conformatio indoli Paulinae maxime convenit; uti saepe jam vidimus. Cf. quae de *Eph.* 4: 11. diximus ad 3: 1. p. 56.

Caeterum Paulus quidem suum ipsius exemplum imitandum proponere solet: at si Apostolus hanc epistolam scripsit, id hic facere non potuit, quia non adeo notissimus erat Hebraeis. Sic etiam Romanis et Colossensibus, ipsum non cognoscentibus, se non proposuit in exemplum. Cf. cum toto colo *Phil.* 3: 17: Σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς.

Τὴν ἔκβασιν.] Semel adhuc legitur in N. F. 1 *Cor.* 10: 12.

Ex

Ex hoc etiam colo, coll. 10: 32 sqq. constare videtur cl. Schulzio, p. 130 sqq. Auctorem hujus epistolae Paulum esse non posse. „Nam loquitur Auctor de doctoribus, qui Hebraeos antea docuerant; nec fuisse videtur moris Paulini, opus alienum perficere, ac doctorem se gerere illorum, qui ab aliis docebantur." Nihil afferre opus est, nisi *Rom.* 1: 10, 13. quo loco Paulus dicit se ad Romanos scribere, etsi ab aliis doctos. Praeterea ex his locis et 5: 12 sqq. 6: 1 sqq. constare videtur Schulzio, „jam diu fuisse, ex quo lectores Christiani facti essent; cum et de tempore pristino loquatur junior Auctor, et de doctoribus jam mortuis." Sed si Paulus hanc epistolam scripsit, fecit paulo ante Hierosolyma destructa, quum Romae esset captivus. Itaque tum loqui potuerat de tempore pristino, ac de doctoribus Stephano, Jacobo aliisque, sive violenta morte, seu placida defunctis. Ergo hinc non patet juniorem fuisse Auctorem, et serius vixisse.

Col. 8.

Jesus Christus hic mihi *doctrinam de J. C.* significare videtur; uti *Rom.* 15: 5. 16: 7. 2 *Cor.* 1: 19, 20. 11: 3, 4. 12: 2. *Gal.* 1: 22. 5: 6. *Eph.* 4: 20. *Phil.* 1: 15-17. *Col.* 2:

2: 6. (1). Quod haud scio, an in reliquo N. F. usquam obtineat. — Certam autem et immutatam esse Jesu doctrinam, nemo gravius quam Paulus affirmavit. V. 2 *Cor.* 1: 19. 3: 11. *Gal.* 1: 7.

COL. 9.

Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε.] Saepius idem monet Paulus; *Rom.* 16: 17, 18. *Eph.* 5: 6. 2 *Thess.* 2: 3. *Col.* 2: 4; ad quem postremum locum alia laudat Grotius. Doctoribus falsis acriter resistebat Paulus, *Rom.* 14: 1 - 4, 10. 1 *Cor.* 8: 9. (2) Prorsus autem convenit *Eph.* 4: 14: *Ἵνα μηκέτι ὦμεν — περιφερόμενοι πάντι ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας.*

Χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν.] Eodem sensu Paulus scribit *στηρίζειν*; *Rom.* 1: 11. 16: 25. 1 *Thess.* 2: 3, 13. 2 *Thess.* 2: 17. 3: 3; et hoc ipsum *βεβαιοῦν*; 1 *Cor.* 1: 6, 8. 2 *Cor.* 1: 21. *Col.* 2: 7. De voce *χάρις*, e more Paulino sine adjuncto posita, vide ad 12: 28.

Βρώ-

(1) Vid. cl. Heringa *Verhand., ten betooge, dat Jesus en zijne Apostelen zich doorgaans niet geschikt hebben, naar de verkeerde denkbeelden van hunne tijdgenooten;* p. 56, 57; ubi haec explicatio ex oratione contexta probatur.

(2) Vide et Koppium *ad Gal.* 2: 3-5. 5: 2. et E. A. Borger, *Prolegg. in Interpret. Epist. ad Gal.* p. 15 sqq.

Βρώμασιν.] Forte ritus Mosaïcos intelligit, quos Paulus simili modo descripsit, *Col.* 2: 16; forte tangit eos, qui lautis epulis dediti erant. Ita Paulus, *Rom.* 16: 18. *Phil.* 3: 19.

COL. 10.

Θυσιαστήριον.] Totum cultum etiam significat, 1 *Cor.* 9: 13. Phrasis autem *edere ex altari*, sive *ex sacris*, sive *ex sacrificiis*, etiam legitur ibidem et 10: 18.

COL. 12.

Ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαόν.] Dictio est, qua nulla magis est Paulina. Vide ad 9: 12.

COL. 14.

Fere idem dicitur, 11: 13, ad quem locum dicta vide.

COL. 15.

Priorem hujus coli partem, ex sacris Hebraicis petitam, ad consilium suum accommodat Auctor, adjuncta explicatione, quae sequitur, intercedente formula τοῦτ' ἔστιν. Prorsus eodem modo scribit Pau-

Paulus, *Rom.* 10: 6; ubi utitur loco, *Deut.* 30: 12: Τίς ἀναβήσει εἰς τὸν οὐρανόν; quod explicat: Τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν. Deinde citat *Deut.* 30: 13: Τίς καταβήσεται εἰς τὸν ἄβυσσον; quod explicat: Τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν.

Est autem posterius hujus coli membrum ex *Hos.* 14: 3. petitum. Sic etiam Paulus saepe, ne suis ipsius verbis quid dicat, oraculo V. F. utitur; *Rom.* 15: 3, 21. 1 *Cor.* 1: 31. 10: 7. 2 *Cor.* 4: 13. al. Praeterea eandem, e sacrificiis petitam, imaginem in res Christianas transtulit Paulus, *Rom.* 12: 1. *Phil.* 2: 17. 4: 18.

Col. 16.

Κοινωνίας.] Hac voce, de liberalitate in pauperes, solus usus est Paulus; *Rom.* 15: 26. 2 *Cor.* 8: 4. 9: 13.

Εὐαριστεῖται ὁ Θεός] pro τῷ Θεῷ. De his passivis cum nominativo, Paulo etiam usitatis, vide ad 8: 5.

Col 17.

Πείθεσθε κ. τ. λ.] Idem monuit Paulus, *Phil.* 2: 29. 1 *Thess.* 5: 12.

'Αγρυπνοῦσιν.] 'Αγρυπνέω, *solliciter curo*, occurrit etiam, *Eph.* 6: 18. Itidem suam Christi-

tianorum curam *ἀγρυπνίαν* dixit Paulus, 2 *Cor.* 6: 5. 11: 27.

Χαρά.] Hoc Paulo proprium est, ut affectionem, doctori ex Christianorum pietate natam, vocet *χαράν*. Vide loca in Lexicis laudata.

Στενάζοντες.] Eodem fenfu legitur hoc verbum; *Rom.* 8: 23. 2 *Cor.* 8: 23. 2 *Cor.* 5: 2, 4; alio in reliquo N. F.

Ἀλυσιτελές.] Adjectivum non faepe obvium, per ἀ privativum incipiens; qualia multa in hac epiftola et apud Paulum legi, vide ad 7: 3.

COL. 18.

Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν.] Idem votum faepe prodit Paulus; *Rom.* 15: 30. *Eph.* 6: 19. *Col.* 4: 3. 1 *Thesf.* 5: 25. 2 *Thesf.* 3: 1. Nam omnino magnam putabat esfe precum vim, *Phil.* 1: 19; quare et, *Eph.* 3: 14, dicit, fe asfiduo pro Christianis genua flectere; ac graviter monet, *Col.* 4: 2, ne preces intermittant. Quodfi miraris, Auctorem nunc indicia exhibere, quibus ipfum Hebraei cognoscerent, legas, quae diximus ad 2: 3. p. 30, 31. Atque ibi dictis hoc adde. Si Paulus hujus epiftolae Auctor est; mihi fic forte egisfe videtur: Nomen fuum ejus principio non infcripfit, ne Hebraei eam legere recufarent: fini vero addidit talia, unde conjicere poterant, Paulum esfe illius

lius Auctorem, quia, ſi perlegisſent epistolam, ejus Auctorem ſcire lectoribus liceret, imo prodesſet: nam ita certiores fiebant, Apostolicam auctoritatem habere hanc epistolam. Hanc hypotheſin hic commemoro, qua multa disſentientium ratiocinia evertantur.

Καλὴν συνείδησιν.] De hac Paulum etiam ſaepe loqui, vide ad 10: 22.

'Αναστρέφεσθαι.] Vocem esſe fere ſoli Paulo propriam, dictum ad 10: 33.

Posteriore membro ſe commendat Auctor a conſcientiae puritate et vitae integritate: unde patet ipſum ſaepe injuste fuisſe accuſatum; alioquin enim quare ſe defenderet? Idem inprimis etiam Paulo conveniebat, qui, multis criminationibus obnoxius, ſe hoc modo defendere ſaepe cogebatur. Vide *Act.* 24: 16. *Rom.* 9: 1. 1 *Cor.* 4: 16. 7: 7. 10: 33. 11: 1. 2 *Cor.* 2: 17: 4: 2. *Eph.* 5: 1. *Phil.* 3: 17. 1 *Thesſ.* 1:6. 2: 4 - 12. 2 *Thesſ.* 3: 7. al.

Col. 19.

Περισσοτέρως.] Haec forma apud unum fere Paulum occurrit, uti dictum ad 2: 1.

'Αποκατασταθῶ.] Est verbum hoc proprium de restituendo aliquo in ſtatum pristinum, adeoque

etiam de eo custodia liberando (1). Unde patet, Auctorem non fuisse sui juris, quum haec scriberet. Jam vero Apostolorum nullus vinculorum suorum mentionem fecit, nisi Paulus, quem vide *Eph.* 3: 1. 4. 6:20. *Phil.* 1:7, 13, 14. *Col.* 4: 18. 2 *Tim.* 1: 8, 16. 2: 9. *Philem.* 1: 9, 10.

Ὑμῖν.] Scribit Auctor, ac si solis Hebraeis viveret. Ita Paulus, *Phil.* 1: 24, dicit sibi quidem causa se mortem optare, ut cum Christo esset; „ sed diutius vivere ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς: plane ac si Philippenses soli essent Christiani, quorum curam ipse gereret. Eadem ratione scribit, *Col.* 1: 24: „ Gaudeo παθήμασι subeundis (non in commodum Christianorum omnium, sed) ὑπὲρ ὑμῶν." Et tamen Colossensibus prorsus ignotus erat Paulus. Ita quoque dicit Philemoni ejusque affinibus et amicis, *epist. vs.* 22, se sperare fore ut, per *ipsorum* preces, liberetur *ipsorum* in gratiam: Ἐλπίζω γὰρ, ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν. Item *Eph.* 3: 1. se vocat δέσμιον ὑπὲρ ὑμῶν; et col. 13. loquitur de θλίψεσι ὑπὲρ ὑμῶν. Etiam *Phil.* 1: 19. „ Scio, in-

(1) Vide Raphelii *Annot. ex Polybio et Arriano* ad h. l. p. 688. item ad *Act.* 3: 21. p. 312. sqq. De voce ἀποκατάστασις cf. Valkenarii *Scholl.* ad *Luc.* 6: 10. T. I. p. 220. ad *Act.* 3: 16. p. 305. Schleusneri *Lex.* in v. Kuinoelium, ad *Act.* 3: 21. p. 128. Herodian. II. 6. 17. Aeschinis *Soc. Dial.* III. 17, alios.

inquit, hoc mihi salutare fore, διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως." A politisſima Pauli urbanitate talia exſpectes: alibi fruſtra quaeras.

Praeterea animadvertas, ſententiam coli 18 et 19. plane convenire cum *Phil.* 1: 19. et *Philem.* 22. Quibus ex locis praeterea patet, credidisſe Paulum, ſe custodia ista, qua tum Romae detinebatur, liberatum iri. Atqui hujus epistolae Auctor, qui etiam in Italia (vide ad col. 24.) custodia retinebatur (vide ad vocem ἀποκατασταθῶ) etiam credebat, ſe brevi liberatum iri (col. hoc et 23). Quae ſpei conſenſio, Paulum inter et Auctorem nostrum, non est negligenda.

Col. 20.

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης.] Phraſis est Paulo, inprimis in fine epistolarum, propria; *Rom.* 15: 33. 16: 20. 1 *Cor.* 14: 33. 2 *Cor.* 13: 11. *Phil.* 4: 9. 1 *Theſſ.* 5: 23.

Ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν κ. τ. λ.] Quam luculenter Auctor noster hic probat ſibi conſtare, Jeſum vere e mortuis rediisſe! Sunt tamen, qui negent.

Τὸν κύριον ὑμῶν Ἰησοῦν] Codd. MSS., Verſſ. et Edd. multae ſuadent, ut addatur Χριστόν; quam dictionem: ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός,

 Pau-

Paulo esse propriam, docet Gersdorfius, *Sprach-Charact.* T. I. p. 288, sq.

Col. 21.

Τὸ *εὐάρεστον.*] De neutro tali adjectivo pro substantivo, dictum ad 6: 17. Porro haec vox solis Paulo et Auctori huic in N. F. est propria. Denique votum, quale hic invenis, saepissime apud Paulum legas. Vide epistolarum fere omnium finem.

Ἀμήν] saepe addit Paulus. Vide Grotium ad *Rom.* 1: 15. Locis ibi laudatis saepe etiam praecedit doxologia, similis hujus loci doxologiae.

Col. 22.

Facile putes, colon 21 Auctoris scriptum absolvere. Verum scribendi finem invenire vix potest commotus animus. Hinc denuo sequitur monitum; postremo salutiones. Ita fere solet Paulus. Epistolam ad Romanos (secundum vulgarem capitum divisionem) putes finitam post 15: 33; sed totum Cap. 16. subjungitur, monita salutationesque continens. — Quae autem hic sequuntur pauca verba, ita sunt Paulina, ut nihil magis: nam in Pauli epistolarum fine fere semper prorsus eadem inveniuntur.

Πα-

Παρακαλῶ — παρακλήσεως.] Hac utraque voce etiam alii quidem N. F. ſcriptores utuntur hoc ſenſu; nemo tamen ſaepius quam Paulus. Vide Lexica. En iterum urbanum ac politum Pauli ingenium. Nam non caſu ſic ſcripſit. Vide *Rom.* 1: 11, 12.

Ἀνέχεσθε τοῦ λόγου.] *Benignas praebite doctrinae aures.* Dictio inſolentior. Tamen legitur 2 *Tim.* 4: 3. τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται. — Ἀνέχειν τινος (de homine, non item de re) legitur etiam, 2 *Cor.* 11: 1, 19 et alibi.

Καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν] Sic *Eph.* 3: 3: καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ.

E contrario Galatis ſcribit Paulus, 6: 11. de *magnitudine* (1) illius epiſtolae. Quod comparans cum noſtro loco, miraris forte, epiſtolam ad Galatas dici magnam, ad Hebraeos parvam, quum tamen haec Capp. 13 conſtet, illa 6. Sed cogites *magnum* et *parvum* per ſe (abſolute) non exſtare, ſed tantum habita ratione ad res alias (comparative). Atqui haec ratio non eadem in utraque epiſtola. Prior magna eſt, quia Paulus illam ſua manu ſcripſerat, uti diſerte addit l. l.; quum plerumque

(1) Ita enim puto locum illum eſſe intelligendum, ut ſententia probabilis oriatur. Quae interpretatio confirmatur et *Eph.* l. l. et hoc ep. hujus loco.

que rebus tot tantisque occupatus esset, ut literas librario dictaret. V. *Rom.* 16: 22. 1 *Cor.* 16: 21. *Col.* 4: 17. 2 *Thess.* 3: 17. Posterior parva dicitur, quia res omnium gravissimae in ea explicantur, quarum copia facit, ut brevius tractentur.

Quae res, quum ita se habeat, evertit etiam illorum interpretum opinionem, qui ob haec verba putant, Caput 13. non ad epistolam ipsam pertinere, sed esse scriptum quoddam ab illa diversam. Quae opinio nullo alio fundamento innititur.

Saepius, uti h. l. fit, Paulus monet lectores, ne aegre ferant, se ipsis scripsisse; *Rom.* 15: 14. 1 *Cor.* 4: 14. 2 *Cor.* 7: 12.

Col. 23.

Τιμόθεον.] Non multa in hac epistola leguntur, quae opinioni, de *Paulo* ipsius Auctore, majore m concilient probabilitatem, quam haec Timothei mentio. Timotheus enim et a nullo alio N. F. scriptore memoratur, et a Paulo saepissime, cujus amicus sive potius filius conjunctissimus fuit. Eum saepe Paulus nominat, uti h. l., τὸν ἀδελφόν; *Cor.* 1: 1. 1 *Thess.* 1: 1. *Philem.* 1. Quod si dicis, Ti-

Timotheum his locis *fratrem* vocari, non Pauli, qui *filium* eum appellet, habita ratione, sed lectorum; non quidem repugno, sed affirmo, etiam h. l., illum *posse* vocari *fratrem*, ratione lectorum habita. Deinde Paulus etiam Titum plerumque vocat *filium;* sed 2 *Cor.* 2: 12. τὸν ἀδελφόν μου, imo ipsum Timotheum, 1 *Thess.* 3: 2. τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν. — Ceterum Auctor, docente hoc colo, exspectabat, Timotheum, qui ipsi in Italia (vide ad col. 24.) non aderat, ad se venturum: atqui scriptores de vita Paulina ex hujus epistolis demonstrant, Timotheum Paulo captivo primum non affuisse. — Nominari autem hîc Timotheus poterat, quia circumcisus (*Act.* 16: 3.) Judaeo-Christianis acceptior erat, quam reliqui Pauli comites, fere omnes non circumcisi.

Ὄψομαι ὑμᾶς.] Semper etiam Paulus ardebat amore Christianorum visendorum, quem saepe diserte indicat; *Act.* 20: 16. sqq. *Rom.* 1: 10, 13. 15: 23, 24. 1 *Cor.* 4: 19. 11: 34. 16: 4. 2 *Cor.* 1: 15. *Phil.* 2: 24. 1 *Thess.* 2: 18: 3: 10. 2 *Tim.* 1: 4. *Philem.* 22. Quia autem Auctor nullam causam memorat, quare Hebraeos invisere velit, sed de itinere ad eos loquitur, tanquam de re, quam nemo miretur, videtur nulli loco adstrictus, sed peregrinari solitus fuisse. Qualis fuit Paulo vivendi ratio.

Col. 24.

Saepe quidem Paulus multos vocat, et quos ipſe ſalutet, et qui lectores ſalutent; interdum tamen brevius ſcribit, v. c. 2 *Cor.* 13: 12, qui locus cum h. l. maxime convenit. — Modus autem ſalutandi prorſus est Paulinus, quem inter et reliquorum Apostolorum ſalutandi morem, quid ſit discriminis, quisque facile videat.

Oἱ ἀπὸ Ιταλίας.] Hoc quam eximie in Pauli res conveniat, non opus est, ut moneatur. Item *οἱ ἀπὸ Ιταλίας* nihil ſignificare posſunt, niſi *Italos.* (1). Jam recte quidem monent quidam viri docti, hos Italos in alia eccleſia, unde haec epistola ſcripta ſit, *potuisſe* adesſe: ſed primum hoc temere fingitur; deinde mirum ſit, ſi

(1) Et tamen hoc negat cl. Schulzius, p. 17, ſq. de iis explicans, *qui ex Italia venerint.* Videant igitur alii, quo modo explicent, *Act.* 17: 13, ut unum tantum locum citem; ubi dicuntur Judaei, *οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης*, quum audivisſent de Bereënſibus, quos Paulus inviſerit, tum demum eos adiisſe. Sed quem tandem, qui Graecos legit, latet *τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος* non ſignificare, eos *qui a Platone veniunt*, ſed *Platonicos; τοὺς ἀπὸ στοᾶς*, *Stoicos*, cet.? V. Vigerum et Hoogev. p. 519, ſq. Verum in univerſum caute legendae cl. Schulzii notae de dictionis Graecae minutiis. Cf. v. c. ipſius et Valckenarii notas ad 11: 3.

ſi peregrini ſalutent Hebraeos, hos ab ipſius ecclesiae illius ſociis non ſalutari.

Col. 25.

Finis idem est, qui omnium Pauli epistolarum, huic uni prorſus privus. Nam, quum ipſius nomine circumferrentur epistolae fictitiae, 2 *Theſſ.* 2: 2, nec tamen Paulus, ut ſcirent Christiani, quae esſent falſae, quae verae, ſua ipſius manu totas epistolas, temporis penuria, ſcribere posſet; Thesſalonicenſibus, 2 Ep. 3: 17. dixit, ſe omnibus epistolis ſalutationem adſcripturum esſe ſua manu, hanc ſimilemve; unde nulla est Pauli epistola, in cujus fine non ipſe apprecetur χάριν. Quare patet, huic epistolae Pauli quaſi ſigillum esſe additum.

Haec mihi et dictionis et argumenti similitudo huic epistolae cum tredecim illis, quas constat esse Paulinas, intercedere videtur. Verum jam videor mihi audire dicentem: „ Est vero illa satis magna: sed major fortasse dissimilitudo, de qua aut nihil aut pauca dixisti." De hac igitur pauca etiam videamus.

I.

„ Omnibus epistolis nomen suum praefixit Paulus, huic non item." Non tantum Paulus *illud* fecit, sed omnes omnino istius aevi epistolographi. Igitur aut nomen Auctoris temporis injuria periit; aut Scriptor, nomen non praeponens, latere voluit. Si prius; facile Pauli nomen praepositum esse potuit: sin posterius; excogites quaeso rationem, quare Barnabas, Lucas, Clemens, vel alius quicuuque id omiserit. Nescisne? Verum mihi, quum satis esset dicere, etiam me nescire, quare Paulus nomen suum non praefixerit; mihi inquam causa est satis probabilis, quare initio latere lectores voluerit Paulus, in fine epistolae non item. Nam tantum erat Judaeorum in Paulum odium, ut multi non legissent epistolam, ipsius nomen praeferentem; quam quum perlegissent, nulla erat causa, quare amplius iis ignotus maneret.

II.

II.

„ At Hebraeos non cognitos habebat Paulus; Auctor epiſtolae eorum amicus erat." Non magis cognovit aut Romanos aut Colosſenſes. Imo hos numquam viderat; in Palaestina ſaepius degerat, multorumque amicus factus fuerat; quod etiamſi non ita ſeſe haberet, ne tamen inde conficias, Paulum non ita ſcribere potuisſe, uti ſcripſit Auctor. Nam ignotis etiam ſummum amorem declarare ſolere Paulum, vide ad 13: 19, alibi.

III.

„ At Paulus ſolet confuſius, magis commoto animo, verboſius, indiſtinctius ſcribere." — Primum non ita fluit hujus epiſtolae oratio, quin in ea multa durisſime dicta inveniantur; v. c. 2: 5. 3: 15. 4: 3. 6: 12. 7: 20. 10: 15. — Deinde in reliquis quidem epiſtolis ſcribendis animo commoto erat; ſed Epheſios, ſive potius Aſiae minoris Eccleſias illas, ad quas epiſtola, quae *ad Epheſios* inſcribitur, data esſe videtur, non multum, et Colosſenſes prorſus non cognoverat; unde etiam epiſtolas ad illos utrosque datas, vides esſe longe diverſas a reliquis Paulinis, et multo magis periodicas (1).

IV.

(1) Hoc jam obſervavit Th. Beza ad *Col.* 1: 24.

IV.

„ At hic non leguntur phrafes Paulo familiares: *οὐκ οἴδατε; οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν; τί οὖν; τί οὖν ἐροῦμεν;* cet." Primum quidem hae non prorſus in hac epiſtola deſunt: vide ad 3: 12. 10: 30. 12: 17. Deinde quod non plura talia in illa inveniantur, inde fit, quia animo non ita vehementer commoto haec epiſtola ſcripta est. Quae eadem res cauſa est, cur hae phraſes non inveniantur, niſi in epistolis fervide ſcriptis. Sic formula *οὐκ οἴδατε*, non legitur in epp. ad *Eph.*, *Phil.*, *Coloſſ.*, aliis; imo ne in 2 *Cor.* quidem. *Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν*, non obvium est in epp. ad *Phil.*, 2 *Theſſ.*, 1 et 2 *Tim.*, *Tit.* *Τί οὖν* non invenitur niſi in ſolis epp. ad *Rom.*, 1 *Cor.*, *Gal.* *Τί οὖν ἐροῦμεν*; non niſi in ſola *Rom.* occurit: aliae ſimiles v. c. *θέλω ὑμᾶς εἰδέναι*, ſolis 1 *Cor.* et *Col.*: *τοῦτο δέ φημι*, ſola 1 *Cor.*: *γνωρίζω* et *γνωρίζομεν*, ſolis 1 et 2 *Cor.* *Gal.*, *Phil.* Praeterea haec duo posteriora non dici poterant, niſi ab eo, qui auctoritate ſua loqueretur; atqui illa in hac epiſtola uti non potuisſe Paulum, vidimus ad 2: 3. Sunt praeterea ſimiles dictiones: *οἴδαμεν δὲ*, *οἴδατε*, *εἰδότες*: ſed hae pertinent ad ſtilum epiſtolarem, unde in hac ſcriptione, quae multo magis est disputatio quam epiſtola, fere non inveniri posſunt; tamen *οἴδαμεν γάρ* legitur, 10: 30. Si plures tales

les dictiones tibi in mentem veniunt; videbis eas omnes fere unice legi in *Rom.* 1 et 2 *Cor.* et *Gal.*, in reliquis epiſtolis aut rarisſime aut numquam. Atqui argumentum nostrae epiſtolae maxime convenit cum argumento epp ad *Rom* et *Gal.*; ſed ejusdem ſtilus lentus placidusque cum ſtilo epp. ad *Eph.*, *Col.*, *Phil.*, cet.; licet haec ſit diverſitas, quod illae ſint *epiſtolae*, haec *disputatio*.

V.

„ At tot nove dicta in hac epiſtola legas, quae nusquam apud Paulum exſtant." Verum Paulus ſtili variandi fuit peritisſimus. Compone ſis epiſtolam ad Romanos, cum literis ad Philippenſes datis, aut has cum priore ad Corinthios: num eundem facile ſentias auctorem? (1) An putes orationis ſapientisſimae et eloquentisſimae coram Areopago habitae auctorem, eundem esſe atque illum, qui tenerrimo cum affectu ſermonem habuerit ad Epheſiorum Episcopos? Quid tandem ſimplicius est ac diverſitati minus obnoxium, quam epiſtolarum inſcriptio apud Veteres? Quam parvum discrimen est inter ſalutandi formulas omnium fere Ciceronis epiſtolarum? Verum apud Paulum ne duarum quidem epiſtolarum ex-

(1) Epiſtolarum ſingularum indoles maxime diverſa a ven. Vlotenio, *de Bijbel*, Tom. XI. p. 544, ſqq. deſcripta est, Taciti modo, accurate, vere, nervoſe.

exordia, si utramque ad *Thessal.* exceperis, *verbis* invenias similia, *rebus* omnia conveniunt. In quaque etiam Pauli epistola multa sunt peculiaria, quae in reliquis non invenias; v. c. in epistola ad Romanos, octies vocatur nomen auctoris V. F. ex quo locus aliquis citatur, in reliquis Pauli epistolis nusquam. In eadem, interrogationi suae ipse decies respondet, per formulam *μὴ γένοιτο*; quae illi epistolae ita priva est, ut semel tantum legatur in 1 *Cor.*, bis in *Gal.*, saepius nusquam. In epistolis ad *Eph.* et *Col.* Paulum perpetua oratione periodos inter se connectere, jam vidimus, dum in reliquis epistolis abruptius scribat. — Ac si de phrasibus dicas in hac epistola obviis, sed in nulla Paulina; quot verba, alibi apud Paulum non occurrentia, in singulis ipsius epistolis inveniuntur! In *Gal.* 57., *Eph.* et *Col.* 145., *Philipp.* 54. 1 *Tim.* 81. 2 *Tim.* 63. *Tit.* 44. (1) Imo ipsae etiam illae literae ad *Eph.* et *Col.*, quae formulis et sententiis totae quantae fere conveniunt, multa habent maxime diversa (2). Quodsi igi-

(1) Nitor fide doct. H. Planckii: *Bemerkungen über den ersten Paulinischen Brief an den Timotheus*; coll. J. L. Hugii, *Einleitung in die Schriften des Neuen Testaments*, ed. alt. p. 396. Tom. II. Cf. idem p. 347 sq.

(2) De quibus vide ven. A. van Bemmelen, *Diss. de Epistolis Pauli ad Ephesios et Colossenses inter se collatis* (L. B. 1803) p. 26, 43, sq.; quem de earundem a reliquis Paulinis diversitate cf. p. 20, 21.

igitur in parvis illis epiſtolis, argumenta ſimilia eademve ſaepius tractantibus, tot inveniantur ἅπαξ λεγόμενα; quot non invenias oportet, in hoc ſatis magno ſcripto, argumentum ab omnium argumento diverſum tractante (1)!

VI.

„ At longe purior est lingua Graeca hujus epiſtolae, quam Paulinarum." Fingamus, rem ſeſe ita habere. Haec *primum* tamen diverſitas non est admodum magna: nam *et* ad plura hujus epiſtolae bene Graece dicta, ex Pauli epiſtolis ſimilia citavimus (v. c. 1: 3. 2: 17. 3: 13, 16. 4: 2, 13. 6: 17. 9: 26, 27. 10: 13, 25, 33. 11: 3, 9, 28. 12: 14) *et* multa ſunt, in Pauli epiſtolis, ex politisſima Graecorum elegantia hausta, atque Athenas redolentia, quae in hac epiſtola non inveniuntur (quod Grotii, Raphelii, Albertii, Boſii, Valckenarii, aliorum annotatio ubique docet) *et* hanc ad Hebraeos epiſtolam ſcatere Hebraismis, nemo negavit. *Deinde* Paulum *potuisſe* purius Graece ſcribere, quam vulgo faceret, inde patet, quod, plerumque quidem vocabulorum dictionisque elegantiam negligens,

(1) Talia propter argumenta liberaliter profitetur cl. Schulzius p. 52, ſqq. ſe non putare haec ἅπαξ λεγόμενα demonſtrare, Paulum non esſe auctorem epiſtolae.

gens, vel ſic tamen, ubi ex certaminibus Graecis dictionis colorem petit, ibi ſemper voces ſexcentas illas, de re agonistica uſitatas, ſignificatione optime Graeca uſurpârit; quod cum aliunde, tum ex Lydii *Agonistico Sacro* conſtat. Scilicet hac de re, Hebraeis non admodum nota, Hebraismis uti non poterat. *Denique* ratio probabilis adest, quare Paulus, ſi hanc epiſtolam ſcripſit, eam paulo melius Graecam ſcribere debuerit, quam reliquas. Hanc enim ſedatus confecit, reliquas fere concitatus, quod ex utrarumque ſtilo conſici poſſe, omnes affirmant; unde fit, ut hoc ſcriptum disputatio potius ſit, quam epiſtola. Jam vero obſerva homines, duabus linguis uti ſolitos, v. c. Clivenſes, Benthemienſes, Friſios Orientales; qui modo Belgice loquuntur, mox Germanice, uti Paulus modo Graece loquebatur, mox Hebraice. Hos homines ſi vel loquentes audis, vel legis, quod celeriter Belgice ſcripſerint, multa invenias e lingua Germanica petita; ſi Germanice, multa ex Belgica: ſed eaedem illae dictiones minus rectae longe pauciores erunt in iis, quae ſedato animo ſcripſerint. Quam rem ſi inde explices, quod homines illi tum plerumque ſtudeant purius ſcribere, non nego: ſed idem illud ſtudium, quare a Paulo prorſus abjudices? Verum etiamſi homines illi huic puritati non ſtudent,

dent, tamen ſedati melius ſcribunt, quam concitati. Ratio in promtu est: licet enim res, non linguam, cogitent, tamen hominibus tranquillis, invitis etiam, ſuccurrit priva utriusque linguae indoles, eique fere inſcii ſcribendo ſeſe accommodant. Atque idem etiam factum fuisſe putem in Pauli animo, et hinc explicandam esſe linguam hujus epiſtolae paulo melius Graecam.

Verum hanc virorum doctisſimorum, de hujus ſcripti dictione magis Graeca, ſententiam non adeo verba ſingula ſpectare credo, quam potius totam orationem ejusque rationem periodicam, qua in re Graecis ſcriptoribus ſimilior videtur Auctor noster (1).

VIII.

„ At hoc ipſum, quod ſcriptum, ratione periodica ac (quae cum illa conjunctae ſunt) dictionis majestate et ſublimitate, item oratione poëtica, epiſtolis Paulinis ſuperius est, inprimis me movet, ut negem Paulum esſe illius auctorem." Libenter tibi concedo, *univerſum* hoc ſcriptum his rebus antecellere *univerſas* Pauli

(1) Huc inprimis referam celebre Origenis judicium apud Euseb. *H. E.* VI. 25.

li epiſtolas. Sed haec diverſitas ex argumenti diverſitate est derivanda. Hoc enim ſcriptum, uti jam dixi, est *disputatio* de excellentia religionis Christianae prae Moſaica, Hebraeis inſcripta. Pauli epiſtolae tredecim fere ſunt *epiſtolae*, quibus priva eccleſiae alicujus, ad quam dabantur, conditio emendaretur. Ergo in his epiſtolis, quae generatim, de religionis Christianae praeſtantia, de Jeſu majestate, cet., grande dicuntur, iis multa tenuia immiscentur, quae ad privatam eccleſiae alicujus conditionem pertinebant, nec ſublimi ratione efferri poterant: nam rebus minoribus ubertas orationis adhiberi vix potest: ſed res graviores ipſae verba rapiunt, atque ita fit et gravior et ſplendidior oratio. Quae cum ita ſint, conſequitur, vix univerſas Pauli epiſtolas cum hoc ſcripto univerſo conferri poſſe: ſi autem illarum partes cum hujus partibus comparas, ſtilum plane eundem comperias. Quanquam, quod ad rationem periodicam attinet, jam paulo ante citavimus totas epiſtolas ad Epheſios et Coloſſenſes, in quibus eadem ratio inveniatur, quod Bezae auctoritate confirmavimus. Ad ſingula autem hujus ſcripti loca grandius dicta, ex diverſis Pauli epiſtolis dicta non minus grandia laudavimus. Et ſunt etiam in literis Paulinis loca, quibus haud ſcio, an paria ſuppeditet ſcriptum ad Hebraeos; v. c. quod ad dictionis vim, 1 *Cor.*

9.,

9, quod ad colorem poëticum *Rom.* 11: 16-24. 1 *Cor.* 3: 10-16. 12: 14-27. (1)

VIII.

„ At Paulus non ſolet e nomine de re ratiocinari, uti ſaepe Scriptor ad Hebraeos." Vide ne temere dicas, atque opinionem rejice, exempla legens ad 2: 8 adducta.

IX.

„ At non uni theſi tamdiu inhaerere, neque ita dialectice procedere ſolet Paulus." Una est theſis, quae per totum ſcriptum regnat; ſed ea

a

(1) De pulchritudine posterioris ep. ad Corinthios vide cl. Royaards, l. l. p. 111, ſqq., de ep. ad Philemonem ven. D. A. Wildschut, *Specim. de vi dictionis et ſermonis elegantia in ep. Pauli ad Philem. conſpicuis* (*Traj.* 1807) al — Valckenarius, *Prolegom. ad* 1 *Cor. Schol.* T. II p 11, qui epistolam ad Hebraeos Paulo abjudicat, dicit, in tredecim illis Pauli epistolis eam esſe vim eloquentiae coelestis, ut hac parte ipſi Demostheni Paulus posſit anteponi. Item nota est historia, fuisſe olim eccleſiasten quendam longe eloquentisſimum, quem quum rogarent, quo exercitio ſe talem praeſtitisſet, reſpondisſe narrat Erasmus, legendis id factum esſe Pauli epp.; ſe enim has habere eloquentia ita praeſtantes, ut oratorum Graecorum principis ſcripta longe post ſe relinquerent.

a diverſis partibus ſpectata. Ac ſic etiam una theſis est epistolae ad Romanos, per ſolam Jeſu mortem ſervari poſſe non minus Gentiles quam Judaeos: una epistolae ad Galatas, plane abrogatam eſſe legem Moſaicam. Quas theſes admodum dialectice, inprimis in epistola ad Romanos, explicari, vel docent notae Bosveldianae. Quodſi dicas ibi demonſtrationem illam ſaepius interrumpi, in epistola ad Hebraeos non item; primum rurſus cogita, quod jam ſaepius dixi, hanc eſſe diſputationem, illam epistolam. Deinde vel ſic tamen ſaepe in hac demonſtratio dialectica rebus aliis impeditur; (vide 2: 1-4. 3: 6-4: 13. 5: 11-6: 20) inde autem a 10: 19 demonſtratio dialectica illa finita est.

X.

„ At ſi Paulus fuiſſet hujus epistolae auctor, ille, qui ſemper oppugnabat religionem Judaicam, hîc etiam illud feciſſet, nec tantum defendiſſet religionem Christianam (polemice non apologetice ſcripſiſſet)." *Primum*, non ſemper, non coram Gentilibus, non coram Agrippa, oppugnabat Paulus religionem Moſaicam: ſed quis tandem illum prohibeat, quominus *numquam* faciat, quod *non ſemper* fecerit? Tibine licet ita ratioci-

cinari: „ Paulus ita ſolebat facere; atqui hîc non ita factum est; ergo hoc non ſcripſit Paulus ?" Deëst tibi ratiocinii hoc membrum: „ atqui quod non ſolemus facere, id numquam facimus:" quo quid tandem est abſurdius? Atque hoc dictum esto contra omnia ratiocinia ducta *a priori*, quae vocantur; quae ſi valent, de vero inveniendo in omnibus rebus desperatum est. Sed *deinde*, quid tandem est oppugnare religionem Moſaicam, niſi hoc ſit, ſi demonſtres, abrogatam esſe legem Moſaicam, quia debilis et inutilis ſit?" Vide ad 1: 1. 4: 2. 7: 18.

XI.

„ At tot dogmata de Christo judice, de corporum vitâ futurâ, de regno Dei et Satanae, cet., de quibus ſaepe Paulus ſcribit; hic plane deſunt." *Primum* nego de his rebus plane nihil ſcribere Auctorem nostrum, et omnes, cupiditate liberi et ſanâ interpretandi ratione utentes, alia efficient ex 9: 28. 6: 2. 2: 14; ſed de regno Divino nullam hic fieri mentionem, et ego credo. Verum *deinde*, etſi de his nihil ſcripſisſet Auctor, temere inde affirmes, Paulum hanc epistolam non ſcripſisſe. Quo enim jure Apostolum cogas, ut quod in reliquis epistolis fecit, etiam in hac faciat? Alia est ratio reliquarum omni-

nium, alia nostrae. Non fuit propositum Auctoris, ut de talibus rebus ageret, sed de praestantia sacrificii Christi prae sacrificiis Mosaicis, et ut inde lectores ad pietatem excitaret. Quaecunque vero religionis dogmata attingit, ea explicat modo prorsus Paulino; quod ex indice nostro mox videbis.

XII.

Haec Viri Clarissimi! sunt dubia, quae, refutatu digna, equidem sciam ad universam epistolam de Paulo auctore esse prolata. Quae omnia, ac forte alia multa, tum facile solvuntur, quum haec duo cogitamus; primum, esse hoc scriptum non adeo epistolam, quam potius disputationem, quod saepe jam monui: deinde non majorem esse diversitatem inter hoc opusculum et Pauli epistolas, quam inter Pauli epistolas inter se. Imo putem majus esse discrimen, v. c. inter epistolam ad Romanos et ad Philippenses, quam inter epistolam ad Romanos et ad Hebraeos.

XIII.

Sed duo adhuc de hac vel diversitate vel convenientia in universum monenda videntur: primum inveniri in hoc opusculo, Hebraeis in-

scrip-

ſcripto, magnam aliquam cum epistolis Paulinis convenientiam. Nempe religionis dogmata hic perſpicue ſunt explicata, ac de iis acute philoſophatus est Auctor. Reliqui Apostoli enim historice potius ea citant, aut lectoribus nota esſe ſumunt. Paulus ſolus philoſophice illa tractat, h. e. eorum nexum inter ſe docet eorumque rationem, tam cum ſacris Moſaicis quam cum Gentilium opinionibus collatam, eaque vera esſe demonſtrat. Qua in re ſaepe ostendi, quomodo methodus etiam argumentandi Paulina eadem ſit, quae hoc in ſcripto regnat: ſaepius ostendere potuisſem (1), ſed cum taedio lectoris ſubtilius haec perſequi nolui. Quid juvet haec expendere, quando ſatis est, ut dicam, neminem primorum religionis Christianae doctorum omni ista argumentandi ratione fuisſe uſum, praeter unum Paulum?

XIV.

Alterum, quod hic adhuc monere volebam, hoc est, epistolae hujus argumentum, quod ad rei ſummam, prorſus esſe Paulinum. Illud enim his praeſertim tribus momentis continetur; primum, religionem Moſaicam esſe proprie unam cum Chris-

(1) Modo ſi excerpſisſem Baueri *Logicae Paulinae* p. 124-355.

Christiana; deinde vero, illam esse abrogatam; quia, tertio, Christiana doctrina ejus species sit longe perfectior. Hinc fit, ut res Israëliticas et Christianas semper inter se misceat, et has ex illis explicet. Qua in re quam mire, sive res sive dictiones spectes, conveniant cum hoc scripto epistolae Paulinae, ubique per annotationem nostram ostendimus. Quae convenientia probat, Paulum, si in reliquis epistolis occasio affuisset, in iis ita scripturum fuisse, uti in hac scriptum est.

XV.

Sunt autem quidam viri docti, qui non negent, magnam convenientiam esse inter hanc epistolam et Paulinas, inprimis si argumenti ratio habeatur; sed ob dictionis diversitatem putent, non Paulum, sed ejus amicum vel discipulum hanc epistolam scripsisse. Sed ne hoc quidem ita sese habere videtur. Est enim stili convenientia ita subtilis, uti nulla ratione major esse posset, si cogites et argumentum diversum esse et scriptionis genus: disputatio enim magis haec est, quam epistola. Tales stili Paulini idiotismos saepe observavimus; v. c. ad 1: 1, 3, 14. 2: 2, 1-4, 8, 14, 15, 16, 17, 3: 1, 6, 7-11, 13, 15, 16-18, 19. 4: 1, 2. 3: 11-4: 11. 5: 2, 8, 11-14. 6:

6: 2, 6, 7, 8, 9, 13, 17. 7: 9, 19, 27. 8: 5, 6, 8-12. 9: 15, 16. 10: 15, 19, 23, 25, 36, 39. 11: 1, 5, 19, 26, 32-38. 12: 1, 14, 15. 13: 15, 19, 22, 25.

XVI.

Propter quae omnia ſi quis mecum putet, argumenta interna jubere, ut Paulus hujus epistolae auctor dicatur, at, quominus asſenſum praebeat, prohibeatur argumentis externis, quae Patrum Eccleſiasticorum testimoniis conſtant, quorum multi negant, Paulum esſe Scriptorem ad Hebraeos: is, velim, haec obſervet. *Primum*, non confidendum esſe vulgaribus testimoniorum illorum catalogis. Iliacos intra muros peccatur et extra, ut ajunt. Sic etiam in iis testibus colligendis et dijudicandis in utramque partem cupidius actum est; qua in re (venia ſit tironi de viro ſummo haec dicenti) imprimis notandus videtur ven. Bosveld, l. in praef. nostra l. *Deinde*, non idem est pondus testimonii Patrum negantium et affirmantium, etiamſi vel plures negarent, quam affirmarent. Scripti enim anonymi auctorem multos Patres latere, quid mirum ſit? Sed ſi qui ſunt, qui affirment, ſe ſcire illum auctorem, ii pro hac ſua opinione in traditione eccleſiastica aliisve rebus fundamentum habe-

bere debuerunt. Quare ſi qui ſimpliciter non dicunt Paulum esſe auctorem, illi *non testantur quidem, eum esſe auctorem*, minime vero *testantur*, *Paulum non esſe auctorem:* ſin argumentis ſtabiliant negationem, res aliter ſe habet. Qui vero dicunt Paulum esſe auctorem, illi *testantur*, illum esſe auctorem. *Denique* teneatur, totam Eccleſiam Orientalem Paulum habuisſe auctorem; Eccleſiae Occidentalis magnam, forte etiam majorem, partem non item: in priori vero nullum apparere partium ſtudium, quo ducta illam ſententiam tuita ſit, in posteriori apparere. Nempe haereſeos Montani (et forte Novatiani) ſocii hujus ep. loco 6: 4-6. utebantur, quo probarent opiniones ſuas, de lapſis non recipiendis. His hominibus acriter reſiſtebat Eccleſia Occidentalis; quae cum locum illum aliter explicare non posſet, quam haeretici, ut illum probandi vi privaret, negâsſe videtur, Paulum esſe hujus epistolae auctorem, imo interdum, illam esſe auctoritatis Divinae. Dico *videtur:* forte enim quidam Patres Occidentales ob alias rationes illam ſententiam tuiti ſunt: ſed niſi forte de omnibus, certe de nonnullis illud ſatis conſtat. Quod autem Tertullianus, ipſe Montanista, hanc epistolam non Paulo ſed Barnabae adjudicavit, parum in ſententiam contrariam probat. Hic enim *et* ſemper ab Irenaei auctoritate pendet, idem

pro-

profitenti, *et* mihi videtur concesſiſſe adverſariis, non esſe Pauli epistolam, ut ipſi concederant, esſe tamen Barnabae Apostoli. Sed in haec accuratius inquirere nunc non posſum.



Priusquam autem finiam, juvat hîc addere indices duos, priorem, quo ostendatur, ubi disſentientium de epiſtolae hujus Auctore ſententiae ſint refutatae; posteriorem, quo ad locos ſuos digerantur, quae ad ſingula hujus epiſtolae cola dixi.

Quum vero nemo ſit, qui majore ingenii acumine et argumentis magis ſpecioſis a Paulo hanc epiſtolam abjudicârit, quam cl. D. Schulzius, in opere ſaepius laudato; primum putavi annotandum, ubi in opusculo hoc ad ſingulas libri illius paginas quaedam animadverſa esſent, quae ſaepe viri clarisſimi dicta non refutarent quidem, ſed tamen dubia facerent. Necesſarium hoc putavi, non disputandi libidine, ſed veri ſtudio. Nam plane diverſa est libri Schulziani nostrique distributio; adeo ut multa Schulzii argumenta videri posſent a me non ſoluta, niſi hic index adderetur.

Ad

p.

(*) Paginae deinceps notatae ſunt libri Schulziani.

(1) *Grandiloqua* ibi addendum fuerat.

p.	148.	16.	vide ad	10: 24. 11: 2.
—	149.	1.	——	10: 38.
—	150.	2.	——	6: 12.
—	—	3.	——	4: 6.
—	—	4.	——	3: 14.
—	—	5.	——	5: 11.
—	—	6.	——	5: 6.
—	151.	7.	——	3: 3. 6: 13.
—	—	1.	——	7: 19.
—	153.	2.	——	9: 25.
—	—	3.	——	7: 25.
—	154.	5.	——	9: 16.
—	—	7.	——	1: 4.
—	—	8.	——	9: 14. 4: 12.
—	155.	9.	——	2: 2.
—	—	10.	——	4: 15.
—	—	11.	——	4: 16: 6: 6.
—	156.	12.	——	1: 4. 2: 3, 2-4. 5: 3. 7: 11. 3: 8.
—	—	13.	——	1: 14.
—	—	14.	——	7: 8. 1: 1.
—	157.		——	N°. IV.

De iis Schulzii argumentis, de quibus nihil dixi, vide N°. V.



Dicta omnia jam indice posteriore in brevem summam contraham. Dubia a dissentientibus pro-

la-

lata, ſi ad loca quaedam ſingula ſpectabant, ad ea refutare conatus fui: ſin ad univerſam epiſtolam, in Epilogo. Quae autem nobis perſuadent, Paulum esſe auctorem, pertinent vel ad argumentum, vel ad methodum, vel ad ſtilum, vel ad auctoris perſonam.

I. *Argumentum.*

A. De Sacris Hebraicis, *et* Patriarchalibus *et* Moſaicis. Ea proprie ſunt una eademque quae Sacra Christiana, ſed haec illis perfectiora. Vide ad 1: 1. 4: 2. 7: 18. hinc inter ſe conferenda 3: 2-6, 16-18. 4: 2, 14. Veteres Hebraei Deo tantum probati fuerunt ob πίστιν. 10: 38. inprimis Abrahamus 11: 11, qui etſi *emortuus*, confidit Deo, ſe generaturum filium 11: 12. Memoria promisſorum Abrahamo factorum est ſervanda 7: 6.

B. De Sacris Moſaicis. Sunt ſervilia 2: 15. puerilia 12: 18, 19. externa, nec purgant conſcientiam 9: 9, 10. non auferunt peccata 10: 11. quia non ſufficiunt, ſunt abrogata 7: 11, 18. igitur ſunt illa vetusta, Christiana nova 8: 13. religionis Christianae umbrae ac typi fuerunt 8: 5. 9: 24. 10: 1.

C.

dere commisſa expiaret 9: 15, ut nos morte liberaret 2: 14. Quod perfecit, ſuo ipſius ſanguine 9: 12. 13: 12. tanquam victimae piacularis 7: 27. profundendo. Quod ſacrificium ſemel factum peccata in ſempiternum expiat 7: 27. 9: 26.

3. Quod ad vitam illius coeleſtem. Quum in coelis ſit, illius felicitatem a ſe partam peccatoribus tribuit 7: 25. 9: 24. Inde olim redibit 9: 28, 10: 25, 34.

c. De Spiritu Sancto. Huic reſiſti poteſt 10: 29.

d. De Angelis. Angelorum ſaepe mentio fit 2: 2. Penes Satanam dominium eſt mortis 2: 14.

e. De hominibus. Conſtant σώματι, ψυχῇ, πνεύματι 4: 12. Illorum fata Jeſu fatis ſunt ſimillima 2: 10.

Libere ad Deum ire debent 4: 15, idque celeriter, quia tempus breve 3: 7, et inſtat Jeſu reditus 10: 25. Qui ſalutem negligunt adeoque Jeſum contemnunt, illi iterum quaſi cruci affigunt ipſum 6: 6. 10: 29.

Chriſtiani diſtinguere debent bonum malumque 5: 14, neque doctrinâ incertâ in errorem duci 13: 8. Cogitent autem, eos etiam qui plurima profecerint, deficere poſſe 6: 6. Conventus ſacros ne intermittant 10: 25. Faciant ut fructus religionis Chriſtianae percipiant, ut ſint conſcientia pura 9: 14. 10 22. Igitur doctoribus

Q obe-

obediant 13: 17, rebus ſuis contenti, ne ſint avari 13: 5; ſint hoſpitales 13: 2, liberales in egenos 6: 10, amore fraterno ardentes 13: 1, ſcortationem fugiant 13: 4. Alter pro altero precetur 13: 18.

Omnes Chriſtianos calamitates ſubire debere, per ſe patet 12: 1. magna autem virtus, in iis ferendis recte ſeſe gerere 10: 33; quod ut faciant, ſpe vitae futurae ſe ſemper conſolentur 10: 34; eſt enim in coelis patria noſtra, quaſi altera Hieroſolyma 9: 24.

II. *Methodus.*

A. Qua doctrinam ſuam explicat Auctor.

A. Quod ad materiam.

a. Generatim, in totius epiſtolae diſtributione. Ratio, qua

a. argumentum ſcriptionis exhibet 1: 1-3.

b. illud explicare incipit 1: 4.

c. theoreticis practica immiſcet 2: 1-4. 3: 6 — 4: 13.

d. ſequentia levius indicat 3: 1.

e. argumentum, quod tractavit, in brevem aliquam ſummam contrahit 3: 19. 4: 9. 8: 1. 10: 14.

f. naturalem dicendi ordinem invertit 6: 13 - 15.

g. pri-

g. primum theoretica, tum practica explicat 10: 19.
h. epiſtolae finitae alia quaedam addit 13: 22.
i. tandem monet, ne aegre ferant, quae ſcripſisſet 13: 22.
b. Specialiter.
a. De Jeſu exſpatiari amat grandiaque dicit 1: 2, 3. 8: 8.
b. Ea monet, quae ad cujusque epiſtolae lectores ſingulos pertinerent 3: 6. 10: 23.
c. Deſcribit rem ita, ut cum conſilio praeſenti conveniat 2: 14. 5: 7.
d. Rem definitione explicat 11: 1.
e. Vocis alicujus opportunitate ab argumento digreditur 3: 6.
f. Recenſiones contexere amat rerum non admodum disſimilium 1: 2, 3. 6: 1-5. 7: 27. 11: 32-38. 12: 18, 19, 22-24.
g. Idearum copia est inſtructisſimus 7: 27.
h. Ratio, qua τὴν πίστιν celebrat 11: 1.
B. Quod ad formam.
a. Interdum tantum ſeverius ſcribit 5: 11-14.

 b. Ple-

e. Ex

2. Quod

III.

III. *Stilus.*

A. Quod ad vocabula et dictiones ſingulas.

A. Quae, ſive omni ſignificatione et forma, ſive ſignificatione et forma magis inſolita, in hac epistola et apud Paulum ſaepius leguntur, quam alibi.

a: Vocabula. 1: 2, 6, 14. 2: 4, 10, 14, 18. 3: 1, 3, 6, 7, 12. 4: 9. 14, 16. 5: 2, 7, 12, 14, 6: 1, 4, 6, 10, 11, 18. 7: 3, 13, 27. 8: 5. 9: 1, 8, 11, 15, 24, 26, 27. 10: 14, 22, 26, 32, 34, 36, 38. 11: 7, 16, 19, 23, 25, 26, 34, 37. 12: 1, 3, 5, 10, 11, 14, 28. 13: 10, 17, 18, 19, 21, 22.

b. Dictiones. 2: 10, 11, 14, 15, 17, 18. 3: 17. 4: 11, 12, 15. 5: 1. 6: 3, 10. 7: 5, 18. 8: 3, 6. 9: 14, 22, 26, 28. 10: 13, 22, 23, 25, 28, 29, 30, 33. 11: 1, 3, 12, 13, 16, 19. 12: 14, 17, 23. 13: 9, 10, 15, 20, 22.

B. Quae vel forma vel ſignificatione certa aliqua in N. F. non leguntur, niſi apud Paulum et in hac epistola.

a. Vocabula. 1: 2, 3. 2: 1. 4: 15. 6: 1, 6, 12. 7: 16. 10: 39. 11: 27. 13: 8, 16, 17.

b. Dictiones. 2: 1. 4: 13. 5: 2, 12, 13. 6: 2. 9: 15. 13: 20.

C.

c. Quae in N. F. prorsus non leguntur, nisi in hac epistola et apud Paulum.

a. Vocabula. 2: 2, 14. 3: 1. 4: 2, 14, 16. 5: 14. 6: 1, 8. 7: 26. 8: 5. 9: 5, 9. 10: 25, 28, 39. 11: 1, 12, 25, 28, 33. 12: 1, 9, 10, 28. 13: 5, 7.

b. Dictiones. 5: 12. 6: 6, 10. 7: 25.

D. Vocabuli significatio, alibi nusquam obvia 5: 2. 13: 4.

E. Vocabulum fictum 2: 2.

B. Quod ad structuram vocabulorum et dictionum magis insolitam.

A. Vocabulorum.

a. Nominum 1: 1. 2: 2, 10. 6: 1, 2, 5, 10, 17. 7: 7. 9: 15. 10: 14, 23, 30. 11: 5, 25, 26.

b. Articuli 6: 1.

c. Pronominm 1: 1, 3. 4: 7. 11: 19.

d. Verborum 1: 2. 3: 12. 4: 2. 5: 5, 6. 10: 8: 5. 11: 8. 12: 25. 13: 16.

e. Praepositionum 1: 1. 4: 12 5: 3. 11: 13.

f. Conjunctionum 6: 7, 8. 7: 19. 11: 3.

B. Dictionum 1: 2. 3: 2, 13. Structura dictionum saepe dura est 6: 19.

C. Quod ad modum vocabulorum et dictionum conjungendarum tam Grammaticum, quam Rhetoricum.

A. Acutisatuum 7: 9. 11: 26, 27.

c. ex

c. ex loco e V. F. citato 2: 8, 14. 3: 11 - 4: 11. 10: 39. 11: 5.

S. Synonymica vocabulorum conjunctio 1: 1: 1. 2: 2, 4. 4: 12. 5: 1. 6: 10, 19.

T. Trajectio vocabulorum 8: 5. 10: 1.

D. Quod ad modum periodorum conjungendarum.

A. Per pronomina 1: 3. 3: 6.

B. Per participia 6: 6, 13.

C. Per interrogationem 1: 14.

IV. *Auctoris persona.*

A. Auctoris ingenium.

A. Animo celeri praestantissimoque praeditus erat Auctor atque idearum copia instructissimus 7: 27.

B. Urbanitatem sibi comparaverat politissimam 2: 15. 4: 1. 11: 3. 13: 19, 22.

B. Doctrina.

A. Rerum Judaicarum erat perdoctus, quod tota epistola docet.

B. Rerum Graecarum satis peritus 11: 3.

C Conditio externa.

A. Generatim.

a. Saepe calumniis vexabatur 13: 18.

b. Nulli loco per munus quoddam aliamve causam adstrictus erat 13: 23.

c. Timothei erat amicus 13: 23.

B.

B. Specialiter cum hanc epiſtolam ſcribebat,

a. custodia detinebatur 13: 19.

b. idque in Italia 13: 24.

c. qua ſperabat, ſe brevi liberatum iri 13: 19.

d. Timotheum ad ſe venturum exſpectabat 13: 23.



Haec ſunt, quae de vestra, Viri Clarisſimi! quaestione dicenda haberem. Nihil autem est, quod vestrum reformidem judicium: erit enim justisſimum. Itaque ſi quid praeter ſpem evenerit, id in lucro esſe deputabo: ſin alius, me dignior, praemio ornetur, habeo, quo me conſoler, dictum illud, quo jam ſymbolo utor:

Καλὸς οὗτος καὶ ἀξιονικότατος εὐκλείας ἀγών τε καὶ στέφανος, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι οὐκ ἄδοξον.

Longinus.

Emendanda.

p. 15. vs. 18. *lege* ſententia grandiloqua.

p. 60. *Quae in nota ex* Palejo *ſunt citata loca, ſic lege:* 2 *Cor.* 3: 1 - 3, 12 - 18. 4: 1. *Eph.* 4: 8 - 11. 5: 12 - 15.

p. 110. vs. 21 *pro* verum *lege* nam.

p. 111. *In fine dictorum de colo* 17 *lege:* p. 394, ſq.

p. 169. *Notulae ſubjectae adde:* Nec tantum id crediderunt Christiani; verum etiam Atticus, philoſophus Gentilis, Marci Aurelii aequalis, ex Platonis Timaeo demonſtrare conatus est, Platoni ſaltem de mundo creato perſuaſum fuisſe. V. Attici verba in Bruckeri *Hiſt. Crit. philoſophiae* T. II. p. 175.

p. 235. vs. 1. *pro* profitenti *lege* profitentis.
—— vs. 2. — concederant — concederent.

HERMANNI SCHULTZ,

JURIS CANDIDATI

IN ACADEMIA LOVANIENSI,

A D

QUAESTIONEM

„ *De jure feminarum Romanarum defunc-*
„ *to ſuccedendi ab inteſtato et ex teſtamento*
„ *historice ita agatur, ut appareat, quid di-*
„ *verſo tempore in hoc capite juris placuerit,*
„ *et quae exſtiterint cauſae illius mutati.*"

RESPONSIO,

QUAE PRAEMIUM REPORTAVIT.

Commodius videbatur, ita jura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent; sed iniquum visum est, feminas quasi extraneas repelli; §. 3. Inst. de legit. adg. successione.

CONSPECTUS.



SECTIO SECUNDA.

De rationibus legis Voconiae.

SECTIO TERTIA.

De legis Voconiae capite, quo feminae a testamentaria successione repellebantur.

PARS

PARS III. *An lege Voconia per τὸ* ne heredem faceret *etiam fideicommissaria hereditas feminis interdicta sit?*

§. 23. Gajus, *Comm. II.* §. 274 *ad hoc argumentum relatus.*

PARS IV. *An per τὸ* ne heredem faceret *ex aliqua parte saltem mulier heres scribi potuerit?*

§. 24. Dio Cassius *ad hoc argumentum relatus.*

SECTIO QUARTA.

An lege Voconia de succesf. ab int. quid cautum fuerit.

§. 26. Perizonii *et* Kindii *conjecturae reprobatae.*

SECTIO QUINTA.

De legis Voconiae fatis et interitu.

§. 27. *De diversis veterum testimoniis.*

§. 28. *Lex Julia et Popia-Poppaea legi Voconiae fatalis.*

CAPUT TERTIUM.

DE FEMINARUM JURE SUCCEDENDI USQUE AD JUSTINIANUM.

SECTIO PRIMA.

De successione ab intestato.

§. 29. *Partitio.*

§. 30.

SECTIO SECUNDA.

De successione feminarum ex testamento.

§. 42.



PRO-

P R O O E M I U M.



§. 1.

De vi morum in leges civiles in genere, et respectu ad feminarum successionem in specie.

Jus civile, pro diverso statu publico, diversisque moribus diversum esse debere, evincit historia. Pro moribus vero et feminas modo minori modo majori momento ponderare solere, et majorem minoremve vim pro diversitate temporis in societatem civilem habere, observatum est: ita ut et leges civiles pro horum morum opportunitate jura feminarum statuere oporteat.

In rerum natura adeo quasi fundatum esse videtur, in populorum infantia vel barbarie, quum vis et arma magis quam jura valeant, ut sexus imbellis, crebris praeterea infirmitatibus obnoxius, deteriori jure utatur, quam masculi, qui foris rempublicam et familiam tutantur, do-

mi

mi durissimo labore perpetiendo alunt atque sustentant. Quum vero luxus pravaque cupido cum perpolitis moribus pari passu progrediens magis magisque duram virorum vim diminuere incipiat, atque honori habeatur sexui laudato favere, eique indulgere, adeo blandiri, necesse est, feminas plus (1) valere plusque sibi juris impetrare.

Haec apud omnes fere populos perpetuo observantur, nec a moribus et jure populi Romani aliena esse videntur. Etenim (ut jam nostrum aggrediamur argumentum) feminae apud Romanos eo minori commodo in successionibus fruebantur, quo ferocior adhuc esset et bellicosior nationis indoles. Quamvis enim jam inde a primordiis reipublicae Romanae feminae cum maribus *aequo jure* succederent, ita tamen hoc jus coangustatum apparet, ut vix aliquid effecti haberet: aut enim patria potestas, aut perpetua agnatorum gentiliumque tutela, aut denique in manum conventio antiquitus ita feminas alienae voluntati subjiciebant, ut nullum fere privatum negotium sine auctore gerere possent. Parere semper cogebantur, aut innuptae parentibus, aut nuptae marito ejusve parenti.

Non

(1) Cf. Magnée, Diss. circa jus conditionemque mulierum C. I. Leod. 1824.

Non igitur magnopere Clar. ille Jureconsultus (1), qui ex moribus antiquorum Romanorum tot juris principia densis tenebris obducta in lucem reposuit, culpandus videtur, quod jam a primis inde Romanae Civitatis initiis, feminas ab omni legitima hereditate exclusas fuisse existimavit, quum capiendae hereditatis jure quidem non carerent, sed tamen frui eo jure, aliis rationibus impeditae, non possent. Quod enim jus unquam in hereditatem sibi acquisitam exercuissent? Innuptae, fratribus et caeteris agnatis vi tutelae subjectae, omnino alienare, nec sibi obligare, nec obligatum liberare poterant, nisi illi auctores fierent, itaque nec in mariti dominium invitis iisdem quicquam transferre; nuptae autem tamquam personae alieni juris nihil plane, quod suum dicerent, habebant. Quoniam igitur feminae in perpetua patrum potestate, aut in fratrum tutela, aut in virorum manu vitam degebant, concessum iis aequale jus successionis cum viris nostram sententiam non evertit, quam de jure deteriori feminarum in bellicosa Republica proposuimus. Necesse enim erat, ut mulieres suo jure uti non possent, nisi ex nutu eorum, qui cum iis si-

(1) Hugo, Commentatio de fundamento successionis ab intestato, praemio ornata, Gottingae 1785.

ſimul ſuccederent, aut ipſarum pecuniae proximam ſpem haberent. In eo igitur laudatus Jureconſultus argumentationis a ſimilibus terminos videtur migrasſe, quod feminis, ut in gentibus parum excultis vulgo obſervatur, omne jus ſuccesſionis omnino denegavit, nec ad ea ſatis attendit, quibus hoc jus etſi concesſum, tamen adeo circumſcriptum erat, ut Populus R. re ipſa a ſimilibus nationibus vix differre videretur.

Procedente autem tempore eo magis commoda ſuccesſionis Romanae mulieres conſequuntur, quo magis univerſi cives morum humanitate cumque ea erga feminas facilitate progrediuntur. Neque vero ſine aliqua difficultate favorem aequalis juris cum viris obtinuerunt. Etenim jam relaxata multum priſca ſeveritate, quum mulierum tutela jam miteſceret, et in manum conventio in dies magis in deſuetudinem abire videretur, adeo, ut feminae ſui juris factae non raro hereditatis ſibi delatae emolumento ipſae fruerentur: exſtitit Romanae triſtitiae vindex, Cato, qui firmis lateribus magnaque voce legem Voconiam ſuaderet, plenam in mulieres injuriae. (1)

Verum quum haec etiam lex vim ſuam amiſerit, juris inaequalitatem ſenſim ſenſimque evanes-

(1) Hujusce Spec. C. II.

nescere videmus, donec tandem aliquando ita viris feminae adaequarentur, ut, saltem in hereditatum jure, nulla amplius differentia demonstrari posset. (1)

Haec de effectu morum in jus civile praefanda existimavi. Est ille quidem magnus, neque unquam in indagandis antiquitatibus juris non attenta mente prosequendus: attamen nec nimium credere causis rerum generalibus, sed semper illas cum veterum testimoniis comparare oportet. Utramque igitur legem in proposita quaestione explananda ante oculos habere studeo, non voluntate peccaturus, si quandoquidem illam migrasse videbor.

§. 2.

Partitio hujusce speciminis.

Ad partitionem speciminis hujusce quod attinet, eum ordinem sequendum putavi, ut:

I°. Agatur de antiquissimo jure succedendi, quod feminis fuisse legimus; secundum leges XII Tabb. usque ad legem Voconiam,

II°.

(1) Hujusce Spec. Cap. III.

II°. Secundam autem periodum instituat lex Voconia, quae in feminarum succesfionibus satis multa mutavit, quae Epocham praebere posset;

III°. Denique, quae post legem Voconiam sub Imperatoribus usque ad Justinianum nova in hoc juris loco invaluerint, indagemus.



C A.

CAPUT PRIMUM.

DE

FEMINARUM JURE SUCCEDENDI USQUE AD LEGEM VOCONIAM.

SECTIO PRIMA.

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

§. 3.

De variis fundamentis antiquae ſucceſſioni ſuppoſitis.

Lege duodecim tabularum ita conſtitutum fuiſſe, ut hereditas defuncti, qui *ſuum heredem* non relinqueret, remotis cognatis ad agnatum proximum redeat, hoc vero deficiente ad gentiles deferatur, de eo omnes conveniunt (1); ve-

(1) Hugo, Comment. §. 1.

verum hujus ſucceſſionis fundamentum inquirens, ab omnium aliarum gentium adeo diverſae, alias atque alias rationes viris doctis placuiſſe video. Alii enim in nominis gentisque ſplendore et conſervatione (1), alii in aequalitate bonorum pro forma regiminis tuenda (2) rationem quaerunt, alii denique in ſacris privatis (3), alii in patriae poteſtatis vinculo eam ponunt, ita ut illi ante omnes ſuccederent, qui in defuncti alicujus poteſtate fuiſſent; deinde illi, qui cum defuncto in poteſtate unius communi poſiti eſſent (4).

Sed, ut ſingula percurram, quoniam filiae et neptes, quamvis per in manum conventionem familia egreſſurae ſint, una tamen cum maſculis ſuccedunt, revera conſervatio familiarum fundamentum hujus ſucceſſionis eſſe non poteſt (5).

Neque etiam in aequalitate bonorum adjuvanda haec ratio quaerenda eſt. Illa enim adoptata, ſane non permiſiſſent Romani liberam cui-

(1) Hein. ad Vinnii Comm., Inſt. tit. de Hereditatibus, quae etc.

(2) Monteſquieu, de l'Esprit des Loix, Liv. XXVII.

(3) Kind, Diſſ. de Lege Voconia, Lipſiae 1820. §. 8.

(4) Madihn, Principia juris civ. de ſucceſſionibus, §. 27.

(5) Madihn, loc. c. §. 27. n. 2.

cuique testamentifactionem, quae nimirum; (quod minime ipſum ſententiae auctorem (1) fugiebat) cum tali conſilio parum convenit. Adeo ipſa quae obtenditur bonorum aequalitas lege non efficeretur, quum filia patri forte heres ex asſe magnum patrimonium marito conferat (2): id quod omnino cavendum fuisſet, ne ſcilicet plurium familiarum pecuniae unius patrimonio accumularentur (3).

Quod denique Kindius putat, univerſae ſuccesſionis rationem a ſacris privatis repetendam esſe, ut, qui horum communione defuncto proximi esſent, iidem etiam forent proximi ad hereditatem; hoc quidem conſiſtere non posſe exiſtimo, quoniam in populi Romani infantia, quum leges XII Tabb. latae ſint, aut nulli erant, qui

(1) Montesquieu, l. c. §: la loi der douze tables.

(2) Hugo, Comment. §. 4, 5.

(3) Quod enim Montescuvius notat: „ Quoiqu'une „ femme ſe mariât, les biens rentraient toujours dans „ la famille, dont ils étaient ſortis; c'est pour cela que „ la loi des douze tables ne distinguait point, ſi la per- „ ſonne qui ſuccédait était male ou femelle": nimia levitate ſcriptum videtur, quoniam femina cum omnibus, quae ejus esſent, in manum convenerat, nec post ejus mortem in ſua familia heredes relinquere poterat: id quod vir ingenioſus ex Ciceronis Topicis aliisque veterum locis intelligere poterat.

qui privatis suis sacris gauderent (1), aut saltem tam pauci, ut non praesumendum sit, regulam deferendae successionis generalem ex iis ortam esse. Neque etiam hoc argumentum stare firmum potest, quod hereditatem ille habeat, cui onus futurum esset sacrorum; nam, ut Cicero (2) nos docet, sacra hereditatem quidem, non vero hereditas illa sequebatur. Neque tandem ex perpetuitate sacrorum quicquam sequitur, quoniam eadem ratione cognati et successores testamentarii sacra conservare potuissent (3).

Si jus familiae et patriae potestatis communionem ultimum fundamentum antiquae successionis accipias, omnia per XII Tabb. constituta quidem inter se cohaerent; nec verendum, quod Cl. Hugo (4) putavit, ut dissimilitudo hujus Romanae successionis ab ea, quae unquam inter alias gentes obtinuerit, explicari possit, quoniam nec eadem familiae notio apud antiquos Romanos, quam apud nos aliosve populos amplectenda est. Apud eos enim jus fami-

(1) Vid. Savigny, ueber die juristische behandlung der sacra privata bei den Römern, in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, vom Jahre 1816, Band 2, Seite 380. ff.

(2) De Legibus, Lib. II. C. 18, 19.

(3) Hugo, Comment. cit. §. 2.

(4) Loco laudato, §. 5. nota. f.

miliae a patria potestate, quondam communi, pendebat (1), quae tam amplitudine sua, quam finiendi modis ab omnium aliarum gentium potestate patria longissime distat. Exinde filius emancipatus, filia emancipata, vel quae in manum mariti convenit, aut quamcunque aliam capitis dimunutionem passa est, ex nostra nunc cogitandi ratione ad familiam quidem adnumerantur, verum tamen ab ea alieni censebantur apud Romanos.

Ast quaecunque Jureconsulti ea de re disseruerint, quodcunque argumentum scrutati sint, ego potius ipsa quae exstant ea de re veterum testimonia adeunda, quam istius, quod ex his Recentiores confingunt, artificiosi fundamenti rationem habendam puto.

§. 4.

De feminarum jure succedendi ante leges XII Tabb.

Initio igitur civitatis Romanae, fortasse jam primo Rege, feminae in jure, quod ad hereditatem

(1) Ulpianus, l. c. 195. §. 2. ff. de verb. sign. Cf. Glück Intestat-Erbfolge, §. 45.

tem attinet, maribus ab omni parte aequales fuerant, nec ulla lege facultas mulierum tam ex testamento quam ab intestato hereditatem capiendi coarctata fuit, et tam filiae familias, quo loco etiam uxores, quae in manum mariti convenerant, quam filii familias aequo modo atque aequa ex parte patris, cujus juri ſubjectae fuerant, heredes fuere. Dionysius Halic. (1) praecipuum ea de re testimonium praebuit: „Uxor pudica" inquit „ et marito in omnibus obſe„ quens, aeque ac ille domus erat domina et „ in ejus defuncti bona, ſicuti filia in parentis, „ ex asſe quidem, ſi is ſine liberis ac intestatus „ decederet, ſuccedebat; quod ſi prolem habe„ ret, aequo cum liberis." Huc quoque forte ſpectat, quod Macrobius (2) de Acca Larentia refert, quae temporibus Regis Anci Marcii hereditatem *viro mortuo* captam, ita amplam ipſa populo Romano reliquit, ut ſepultura in lo-

(1) *Σωφρονοῦσα μὲν γὰρ καὶ κατὰ πάντα τῷ γεγαμηκότι πειθομένη γυνὴ, κυρία τοῦ οἴκου αὐτοῦ τρόπον ἦν, ὅπερ καὶ ὁ ἀνήρ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἄνδρος κληρονόμος ἐγένετο τῶν χρημάτων, ὡς θυγατὴρ πατρός· εἰ μὲν ἄπαις τε καὶ περὶ μηδένος διαθέμενος ἀποθάνοι, πάντων οὖσα κυρία ἀπολειφθέντων· εἰ δὲ γενεὰν ἔχοι, τοῖς πασὶν ἰσόμοιρος γενομένη.* Lib. II. Antiq. Rom. Cap. 25. Editionis Lips. 1774, Tom. II. pag. 289.

(2) Saturnalium Lib. 1. Cap. 10.

loco celeberrimo ac ſolenni ſacrificio digna judicaretur.

Talia ergo in jure filiarum atque uxorum, quoad ſucceſſionem ante XII Tabb. valuiſſe, dubio caret. Uxores nempe in manum mariti conveniebant, filiarumfam. locum ei obtinentes (1), ſuaque familia prorſus egreſſae capitis diminutionem paſſae (2) a legitima patris hereditate excludebantur (3) maritoque ſuo heredes exſiſtebant.

Reliquum eſt, ut videamus de ceterarum Romanarum conditione. Nullius forte ſatis idoneum teſtimonium circa jus ſuccedendi ſororum ceterarumque adgnatarum ante latas 12 tabularum leges invenitur. Tamen non ſolum analogiae ratio ſuadet, ut, quo modo filiae cum filiis ad hereditatem patris admiſſae eſſent, eodem modo et ſorores cum fratribus defuncto fratri ſucceſſiſſe credamus, ſed etiam quodammodo *a posteriori* hoc nobis clarum fit et indubium. Quippe quum per leges 12 Tabb. omnes agnati ſine differentia ſexus vocati fuerunt, etiam ante eas leges ſorores ceteraſque agnatas cum maſculis ejus-

(1) A. Gellius, Noct. Att. Lib. 18. C. 6. in f.

(2) Ulpianus, Fragm. Tit. 11. §. 13. idem, Tit. 23. §. 3.

(3) L. 11. ff. de ſuis et leg. (38. 16.) Ulp. Fragm. Tit. 27. §. 5. Wielingius, lect. jur. civ. pag. 200. &c.

ejusdem gradus vocatas fuisse necesse est, si reputamus harum legum latores mores patrios domesticaque statuta in capite successionis secutos esse, nec aliena recepisse, sed quae diu Romae valuerint, confirmasse. Hoc autem singula capita in duodecim tabulis declarant. Apud quem enim populum illam subtilem distinctionem adgnatos inter et cognatos, hisque remotis illos solos ad hereditatem admissos invenimus? Cujusve gentis exemplum sequi poterant decemviri in eo quod per effectum et sequelam hujusce distinctionis nec mater nec liberi invicem sibi heredes exsistere possent, nisi illa uxor in manum convenisset? Accedit, quod fere singuii antiqui populi in successionibus proprio jure usi sint. Est enim successio ab intestato res, qua una in paucis totum jus civile cujusque populi cognoscitur, et quasi character distinguitur.

Ergo eo usque feminae Romanae cum masculis eodem jure fruebantur. Nec id moribus liberae Reipublicae, in qua genus militare sexui imbelli aequari solet, adversatur (1). Nam femina semper in alicujus viri potestate erat, et nunquam, quantacunque ejus pecunia esset, suarum rerum arbitrium habebat; potius ipsa quodammodo rei instar perpetuo ad aliquem adgnato-

to-

(1) Cf. quae in Prooemio §. 1. diximus.

torum transibat, qui bona ejus non tantum administrabat, sed reapse etiam fruebatur, et quidquid ad illam rediret jure hereditario ejus loco usurpabat.

Nimirum adgnatus, cujus tutela mulier tenebatur, idem proximus ejus heres erat, et ideo nullius unquam gestionis rationibus reddendis obnoxius.

§. 5.

De feminarum successionibus, secundum leges XII Tabb.

Quod ante XII Tabulas juris in successionibus fuisse credimus, deinde idem jus Decemviros in suas leges recepisse, dubitationis nihil habeo; nam in his quum scriptum esset: „ si „ intestato moritur, cui suus heres nec erit, „ adgnatus proximus familiam habeto" (1), τὸ *suus heres* et *adgnatus* ad utrumque sexum referebatur et tam masculos quam feminas ad successionem vocabat. Omnes veteres omnesque fere recentiores uno quasi ore hoc profitentur. Gajus (2): „ sui heredes appellabantur, filius *filia*, nepos *neptis*."

Item

(1) Ulp. Fragm. Tit. 26 pr., Jac. Godofredus, quat. fontes jur. civ., duod. tabularum quinta.

(2) Inst., Lib. II. Tit. 8. pr. et passim.

Item Gaji interpres Anianus (1): „uxor, „ quae in manu est, sua heres est, quia filiae „ loco est". Paulus (2): „ sui heredes sunt „ primo loco filius, *filia* in potestate patris „ constituti."

Idem porro (3), qui exceptis consanguineis ceteras adgnatas vocat, paulo post (4), quum hujus rationem reddit, haec subjicit: „ idque „ jure civili Voconiana ratione videtur effectum, „ ceterum *lex* 12 *tabularum nulla discretione* „ *sexus* cognatas admittit."

Nec obstat Ulpianus (5); qui adgnates vocat cognatos *virilis sexus*, per virilem sexum descendentes; quoniam haec solummodo ad illam distinctionem referri debent, quam Jureconsulti post XII Tabb. inter adgnatos ad consanguineos fecerant, ut infra plenius demonstrabimus, nec ad ipsam XII tabularum legem spectant (6).

Nec magis obstare possunt Pandectarum loca (7), quibus forte contrarium indicari videbitur,

(1) In Gaji locum cit. Cf. coll. l. l. Mosaic. et Rom. Tit. 6. §. 2.

(2) R. S. Lib. IV. Tit. 8. §. 2. et passim.

(3) L. c. §. 13. adgnati sunt virilis sexus.

(4) Loco laud. §. 22.

(5) Fragm. Tit. 11. §. 4.

(6) §. 3. f. de leg. adg. success. Theoph. ad hunc locum in paraph. graeca.

(7) E. g. L. 2. §. 1. ff. de suis et leg. (38. 16.)

tur: nam inter adgnatos consanguineis primum locum adeptis (1) in posterum ceterae adgnatae remotae sunt, etsi nullo modo lege ipsa exclusae erant. Denique Justinianus (2) id aperte docet, postquam differentiae sexus in liberis mentionem fecerat, haec verba afferens: „ lege antiqua XII tabularum *omnes similiter* ad „ successionem vocabantur." De agnatorum autem successione, mentione facta ejusdem legis XII Tabb., sic prosequitur (3): „ simplicitatem „ legibus amicam amplexa simili modo omnes „ adgnatos sive masculos sive feminas cujuscun- „ que gradus ad similitudinem suorum invicem „ ad successionem vocabat."

Porro idem Imperator in constitutione (4), per quam hunc antiquum succedendi ordinem in usum revocavit, passim de differentia sexus, in successione antiqua, non observata loquitur.

§. 6.

Controversiae variae rejectae.

Tot veterum testimoniis ne in minima quidem ro

(1) Cf. hujus §. 8 et 9.
(2) §. 5. I. de exheredatione lib.
(3) §. 3 I. de leg. adg. success.
(4) L. 14. Cod. de leg. hered. (6. 58.)

re dissentientibus vix diceretur, eam rem adhuc adversarios invenire posse. Attamen jam Perizonius (1) monuit, hoc jus ab eo jure, quo omnes fere populi antiqui, maximeque Athenienses uterentur, recedere, et aliquantulum conjecturae ac suspicioni concessit, feminas lege XII tabularum forte ab omni legitima hereditate exclusas fuisse: quam opinionem deinde Cl. Hugo (2) publice professus est atque defendere studuit. Et quamvis acutissimus hic et antiquitati familiarissimus Jureconsultus hanc sententiam postea ipse repudiaverit (3), dubia tamen ab ipso mota intacta reliquit, nec alibi penitus remota invenio, quotquot Jureconsulti ei se opponerent. Ideo hunc locum necdum dimittendum, sed pro facultatis meae tenuitate illas dubitandi rationes accuratiori examini subjiciendas existimavi.

Quod igitur attinet ad primum quasi commune fundamentum laudati Jureconsulti, analogiam populi Romani cum ceteris antiquis gentibus, quarum jure feminae in successionibus sem-

(1) In Triade Diss. de lege Voconia, edit. Daventriae 1679 pag. 134.

(2) Commentatio de fundamento successionis ab intestato, praemio orn. Götting. 1785.

(3) Hugo, Römische Rechtsgeschichte VI Ausgabe §. 115. nota 2.

ſemper viris deteriores habebantur (1): id quidem concedimus, ceteras gentes alio jure uſas esſe; ratio tamen analogiae tunc ſolummodo aliquid momenti haberet, ſi res ipſa idoneis testimoniis deſtitueretur (2). Quae autem cum omni ex parte deficerent, etiam alia ratio analogiae argumentum evertere poteſt. Conſtat enim ex aliis indubitatis capitibus juris circa ſucceſsionem, Romanos in hac parte propriis nec cum ullo populo communibus principiis uſos esſe, adeo ut illi parum ſibi conſtare videantur, qui alia capita ſucceſsionis Romanae domestica ceterisque gentibus prorſus aliena adgnoscunt, alia autem vel repugnante hiſtoria ideo negant, quod apud plerosque antiquos populos diverſa fuerint. Ut clarius loquar, excluſio cognatorum (3) mihi fidem jam facit (4), Romanos proprio et domesticis moribus fundato jure in ſucceſsione legitima uſos esſe; et ideo ex analogia ceterarum gentium concludi non posſe, feminas apud illos, uti apud hos, ju-

(1) Hugo, Comment. §. 7.

(2) Kind, Disſ, de lege Voconia §. 8.

(3) Qui apud pleraſque gentes aeque ac agnati admisſi erant. Cf. Perizonius in *Triade* pag. 135. Cf. Tacitus, de *moribus German*. C. 20.

(4) Clar. Hugo, Comm. cit. §. 6 in fine, ex hisce contrarium argumentum deducit.

jure ſuccesſionis legitimae expertes fuisſe. Neque igitur obſtare poteſt, Decemviros ſuas leges e legibus Solonis, quae mulieribus iniquiores erant, conſcripſisſe (1). Nam quamvis ex mea quidem ſententia negari non poteſt, rem ita ſe habere, et leges 12 tabularum non minima parte e Graeciae legibus esſe petitas (2), non tamen inde profectae ſunt totae. Etenim non ſolum Cicero (3) duodecim tabulas ab aliorum populorum legibus differre indicat, ſed et ipſe Dionysius Hal. (4) nominatim affirmat, non tantum ex Graecorum jure, verum etiam ex patriis moribus decemviros ſuas leges deſumſisſe. Id, quod certe multo plus valet quam Orosii (5) teſtimonium, quod Perizonius affert, eas ſimpliciter leges Atticas vo-

(1) Perizonius in Triade pag. 134.

(2) Quod Bouchaud, Commentaire ſur la loi des douze tables, Discours préliminaire, Partie I. Sect. 2 et 3. nimium voluminoſe contra eos defendit, qui nihil omnino ex jure Graecorum in XII Tabb. translatum fuisſe contendant.

(3) De Oratore Lib. I. Cap. 44.

(4) Lib. X. Cap. 57. editionis cit. p. 2144: *Οὗτοι οἱ δέκα ἄνδρες συγγράψαντες νόμους ἔκ τε τῶν Ἑλληνικῶν νόμων καὶ τῶν παρὰ σφίσιν αὐτοῖς ἀγράφων ἐθισμῶν προὔθηκαν ἐν δέκα δέλτοις τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν.* Cf. et Lib. II. Cap. 26. p. 295.

(5) Libri Hort. Lib. II. Cap, 13.

vocantis. Igitur ex Demosthene, qui nobis aliquam partem Atheniensium legum de successione servavit, et ex Isaei Orationibus, si Perizonius (1) argumentum ducit, Romanos in hac parte ab iis recessisse, nil sane quod ei mirandum videretur, reperio. Etenim sine dubio jam diu ante duodecim tabulas, leges aut saltem mores successiones in pecuniam mortuorum constituerant, et Decemviri in hac parte πατρίκους ἐθίσμους praeferebant legibus Helenorum. Adeo ut merito credamus, Decemviros, quod ad successiones attinet, nihil aut parum in patriis moribus mutasse, sed spretis aliarum gentium legibus id jus confirmasse, quod idoneum et sufficiens diu in patria valuisset.

Neque credo ex in manum conventione argumentum inferri posse, quare feminae ab hereditate legitima remotae fuerint (2). Nam licet durum interdum videatur duarum sororum, quarum altera vivo patre, altera expectata ejus morte nupserit (scilicet per in manum conventionem), hanc omnem capere hereditatem, illam nihil (3): constantius tamen nihil et magis conveniens tralatitiae regulae est, per capitis diminu-

(1) In Triade, pag. 120 sqq.

(2) Hugo, Comm. cit. §. 9.

(3) Quae sane iniquitas cessaret, si mulier legitima heres esse non potuisset.

nutionem familia exiri, et legitimarum hereditatum jus perire (1). Et sane, cur tandem, quae per in manum conventionem virum sibi et alterum patrem comparaverit, melioris conditiotionis sit, quam ea quae a patre forte emancipata omni successionis spe expers facta est?

Ratio quidem, quam ex lege Voconia Clar. Hugo (2) in gratiam suae sententiae infert, maximi ponderis est et hucusque fere intacta remansit. Nimirum lex illa, quae omnes omnino feminas ab hereditate testamentaria removisse dicitur, facile nos adducit ad credendum mulieres eo tempore legitimae hereditatis expertes jam fuisse (3). Ceterum hic animadvertendum puto, legem Voconiam fere CCC annis post duodecim Tabb. latam fuisse, in quo temporis spatio multas mutationes intervenire potuerunt circa mulierum successionem ab intestato; neque ideo de jure, quod illo tempore forte valuerit, ad jus XII tabularum argumentari licet. Suo tamen loco (4), cum de le-

(1) L. 11. ff. de suis et leg. hered. (38. 16.).

(2) Hugo, Comment. Cit. §. 10.

(3) Nec Perizonii sententiam: legem Voconiam etiam de intestati successione cavisse; nec Wielingii opinionem: ante Legem Voconiam disputatione fori feminis omne legitimae successionis jus ademtum fuisse; quicquam esse, quam Gordium nodum gladio solvere infra ostendemus.

(4) Cap. II. hujusce speciminis.

lege Voconia ſpecialiter agemus, ostendere conabimur, eam legem juri, quod in legitimis hereditatibus tunc valeret, non admodum contrariam fuisſe.

Ceterae rationes minoris momenti ſunt, et pasſim a doctisſimis Jurisconſultis tractatae dudum corruerunt. Neque tamen praeterire posſum locum (1), ubi Clar. Auctor ab excluſione cognatorum (h. e. ex feminis descendentium) infert, etiam feminas a ſuccesſione fuisſe remotas. Etenim quamvis quisque videat, non ſufficere hanc argumentandi rationem, tamen eo difficilius ejusmodi hypotheſin non amplectitur, quo facilius ope ejus cognatorum excluſionem explicare potest. Si enim feminae ipſae ſuccesſionis ab intestato expertes fuerint, apprime conveniens erat, ut etiam earum descendentes in hereditatem intestati nil juris haberent. At non de explicanda cognatorum excluſione laboramus. Filia enim, ſimul ac per in manum conventionem e patris familia egresſa erat, quo modo omnis juris in patris hereditatem incapax reddebatur, eodem modo et fratris ſuccesſione privabatur; et ideo neque de ejus liberis avunculo ſuccesſuris quaestio esſe poterat. Hinc enim omnem cognatorum excluſionem explico. Femina antequam vi-

(1) Hugo, Comment. Cit. §. 6. in fine.

viro nuberet, erat adgnata atque vi adgnationis jura aequalia cum masculis in succesſionem habebat; ſimul atque in mariti manum conveniret, adgnata non amplius nec patri nec fratribus, ſed ſimplex cognata reddebatur. Adgnatio enim est juris civilis, quae per in manum conventionem eodem modo ac per emancipationem et omnem aliam capitis diminutionem disſolvitur (1). Quamvis postea quidem in manum conventio in uſu esſe cesſaret: tamen principium de cognatis non ſuccedentibus perdurabat, juxta regulam hiſtoria confirmatam: cesſante licet cauſa effectus ſaepisſime perdurant.

§. 7.

Quid quaeque femina in ſuccesſionibus juris habuerit.

Hisce praemisſis non nimium audacter affirmari credo, in Romana antiqua ſuccesſione nec ante, nec paulo post duodecim tabulas ullum ſexus discrimen exſtitisſe. Mulieres ideo eodem jure ac mares inter ſuos heredes vocantur, dummodo caeteras *ſui heredis* conditiones habeant; adeo ut filia tam naturalis quam adoptiva aeque ac

(1) Ulpiani, fragm. Tit. XXVIII. §. 9.

ac filius, si mortis tempore adhuc in defuncti potestate fuerit, ei succedat. Filia in manum mariti data eodem modo consideratur ac filia filiusve in adoptionem datus. Uxor, quae in manum convenit, adoptivae fere locum obtinet (1); porro nurus, quae filio loco filiae est, socero tanquam neptis sua heres esse potest, si nempe maritus, qui ipsi pater est, jam decesserit (2). Et ita porro. Ad adgnatorum successionem vocantur feminae, quae per capitis diminutionem jus adgnationis aut non amiserunt, aut acquisiverunt. Sic uxor, quae in manum mariti convenit, per hoc ipsum omnibus adgnatis suis efficitur cognata et nanciscitur jura adgnationis in familia mariti, potestque heres esse fratribus ac ceteris ejus adgnatis; porro ejus liberis proxima est adgnata, consanguinea, quia ipsi loco filiae est, nec refert utrum sui sint liberi an uxoris praemortuae, consanguinea enim efficitur sola in manum conventione (3).

§. 8.

(1) Cf. §. 27.

(2) Ulp. fragm. tit. XII. §. 14. Coll. legum. Rom. et Mosaic. tit. XVI. §. 2.

(3) Loca eadem cit. Adeo ut quae Dorn-Seiffen, Spec. historico-jurid de jure feminarum, pag. 39. de matre liberis non succedente refert, de eo solo casu intelligenda sint, quo uxores in manu non fuerint, qui casus propter usucapionem eo tempore perrarus erat,

§. 8.

De feminarum jure succedendi ab intestato restricto, variisque de hac restrictione sententiis.

Superest, ut videamus quousque hoc duodecim Tabb. jus duraverit. Etenim idem in successionibus, quae ab intestato deferuntur, juris fuisse etiam post latam legem Voconiam, plurimorum est sententia (1); alii autem, quorum Wielingius (2) est princeps, jam ante legem Voconiam feminas ab omni legitima hereditate exclusas esse fori disputatione statuunt; alii (3) porro per ipsam legem Voconiam jus successionis ab intestato mutatum existimant; alii denique, sed

Cf. Wielingii, Lect. jur. civ. pag. 200. — von Löhr von dem Erbrecht der Mutter vor der Nov. 118, „Dessen and v. Grollman's Magazin für Rechtswissenschaft, 4ter Band, Heft 1. pag. 109."

(1) Glück, Lehre von der Intestat-Erbfolge, §. 59. Gans, Scholien zum Gajus, pag. 202.

(2) Lect. jur. civ. pag. 201.

(3) Savigny, über die lex Voconia „Zeitschrift für geschichtliche Rechts-Wissenschaft," p. 234. — Euler, über die Beschränkung des Intestats-Erbrechts der Weiber bei den Römern in Burchhardi's Grundzüge des Rechts-systems der Römer, Bonn 1822, p. 303.

ſed pauci, jus ſucceſſionis ad conſanguineas reſtrictum fuiſſe contendunt jam ante legem Voconiam.

Wielingius quidem ſatis ſe ipſe refellit, dum istud Pauli (1): „ Voconiana ratione effectum eſſe, quod ſolae conſanguineae hereditatem capere poſſent", ita explicat, quaſi feminae, diu ab omni legitima hereditate fori diſputatione excluſae, nunc admiſſae fuerint. Attamen ſi feminae *omnes* a legitima ſucceſſione remotae erant, qua via lex Voconia, quae in feminas plena erat injuriae (2), a teſtamentaria ſucceſſione eas repellens, rationem praebere potuerit, ut conſanguineae ſaltem admitterentur? (3). Ceterum haec opinio, ut conjectura parum probabilis, Jureconſultis recentioribus jam pridem diſplicuit (4), quorum pleroſque ad ſententiam illam, quam primam propoſuimus, inclinare, ſupra monuimus. Etenim defendunt, adgnatarum jus ſuccedendi *post* legem Voconiam denuo ad ſolas te-

(1) Recept. Sent. Lib. IV, Tit. VIII. §. 22.

(2) Augustinus, de Civ. Dei L. III. C. 21. — Cicero, de Republ. L. III. C. 10.

(3) Kind, de Lege Voconia, §. 9. Euler, loc. cit. pag. 306.

(4) Kind, l. cit. Euler, l. cit. Glück, l. c. §. 49.

consanguineas restrictum esse, rationesque suae sententiae in verbis Pauli (1) inveniri putant: „ feminae ad hereditates legitimas ultra consan- „ guineas non admittuntur; idque jure civili „ Voconiana ratione videtur effectum." Prosequuntur itaque: quod ratione Voconiae effectum est, sane demum post ipsam legem fieri poterat. Conclusio, ut mihi videtur, non accuratissima; nam ratio sive causa istius legis (de hac enim sola, non de lege ipsa apud Paulum sermo est) sine dubio jam ante ipsam legem aderat, et quae ratio ipsum Voconium moverat ad excludendas ab hereditate testamentaria feminas, eadem illa paulo ante restringendae successioni legitimae causam dare potuerat. Imo ipsa Pauli verba hanc sententiam defendere videntur. Quum enim Jurisconsultus ignorare non poterat, hoc restrictum feminarum jus subtilitate Prudentum et quidem media jurisprudentia introductum esse (2); non video quomodo de ratione hujus restrictionis adhuc dubitare potuisset, si Prudentes ex ipsa lege Voconia fundamentum suae interpretationis sumsissent. Dubitavit autem et incerta oratione loquitur ea de re

(1) Recept. Sent. L. IV. Tit. VIII. §. 22.

(2) §. 3. Inst. de leg. adg. successione. — Theoph. in Paraphrasi graeca ad hunc §. L. 14. Cod. de leg. hered. (6 58.)

re (1), *videri* eandem fere rationem restricti juris fuisse, quae fuerit postea legis Voconiae. Ceterum ne ea quidem ex causa assumendum est, interpretationem, qua exclusio agnatarum effecta dicitur, in ipsa lege Voconia esse fundatam, quoniam huic legi hereditas *solius censi* obnoxia erat; Jurisprudentes autem sua interpretatione ad cujuscunque defuncti (licet non censi) hereditatem consanguineas admittunt (2). Quanquam igitur concedimus, legem Voconiam, quae a *testamentaria* successione feminas repelleret, per interpretationem Jurisprudentum *legitimis* hereditatibus accommodari potuisse; ideo tamen hoc praesumendum non est, quia omnino aliae personae a lege Voconia pendebant, aliae eo jure tenebantur, quo legitima hereditas ad solas consanguineas pertinebat. Ut porro omnibus dubiis eam rem eximamus, Gaji verba adducimus, qui restrictum illud feminarum jus expressis verbis *duodecim tabularum* interpretationi imputat: „ Item feminae adgnatae, „ quaecunque consanguinearum gradum excedunt, nihil juris ex lege (XII Tabb.) habent." (3) Hactenus ergo patere mihi videtur

(1) Quod jam Perizonius animadvertere velle videtur Dissert. Triad. p. 108.

(2) Cf. §. 16. sqq.

(3) Gajus, Comment. III. §. 83. Cf. Zimmerm. über

tur non per interpretationem legis Voconiae jus feminarum succedendi ab intestato restrictum fuisse. Sed videamus paucis verbis adhuc de eorum opinione, qui hoc mutatum jus ipsi legi Voconiae imputant. Dico *paucis*, quoniam longa controversia non opus est. Etenim eorum opinio non solum nullis nititur veterum testimoniis, sed etiam illis e regione contraria apparet. Nam quicunque de origine hujus restricti juris aliquid memoriae prodiderunt, in eo conveniunt, Jureconsultos quadam subtilitate (1), qua non opus fuisset, si ipsa lex Voconia ea de re quidquam cavisset nominatim, jus hoc introduxisse.

§. 9.

Quando et quomodo feminae non consanguineae a legitima successione remotae fuerint.

Igitur ad nostram sententiam revertamur, saepe laudatam restrictionem feminarum juris succe-

über die lex Voconia; Dessen and Neustetel's Römischrechtliche Untersuchungen, 1° Band pag. 314, nota 14. — §. seq. huj. specim.

(1) Paul. Recept. Sent. Lib. IV. Tit. VIII. §. 3. et 22

cedendi ab intestato ante legem Voconiam adfuisse, rationibus illis simillimis, quae huic legi occasionem dederint jure civili, et quidem subtili interpretatione prudentum, ut hoc in Institutionibus et apud Theophilum loco saepius citato legitur.

Modum autem, quo Jureconsulti nulla plane lege adjuvante, per subtilem quandam interpretationem adgnatas a legitima hereditate pellere potuerint, si quaeramus, omnis nos historica fides derelinquit et ad conjecturas refugere compellimur (1).

Quamvis lex XII Tabb. ad legitimam successionem vocabat *suos*, *adgnatum proximum*, deinde *gentiles*; Jureconsulti tamen diu distinxerant quartam quandam classem, *consanguineorum*, qui ante adgnatos admittebantur, idque videtur effectum, ad faciliorem legis applicationem, interpretatione τοῦ *proximus adgnatus* (2), quum *consanguineus* atque *proximus adgnatus* unum idemque significant.

Haec

22. — §. 3. Inst. de leg. adg. succ. — Theoph. in Paraphr. graeca ad hunc §. L. 14. Cod. de leg. hered. (6. 58.) Cf. etiam Euler, l. c. pag. 302.

(1) Euler, cit. loc. über die Beschränkung des Erbrechts der Weiber, in hac parte acutissime scripsit, et eam fere infert hypothesin, quam nunc adducemus.

(2) Paul. Recept. Sent. Lib. IV. Tit. VIII. §. 3.

Haec distinctio, qua consanguinei semper continuo admittebantur, adgnati autem praevia inquisitione proximi gradus, diu in praxi obtinuerat, postquam Prudentes subtilitatem saepe laudatam instituerunt, ejusque fundamentum in eo invenerunt, quod lex XII Tabb. solum masculum adgnatum ad successionem vocare videbatur. Adjuvabantur hoc principium introducentes, alio juris principio, „ ad illum adgnatum tutelae onus pertinere, qui successionis proximam „ spem haberet;" quod principium et inverso ordine valere dicebatur, neque adgnatum ad successionem admittendum, qui non in familia defuncti proximam tutelam gereret. Itaque feminae adgnatae (de consanguineis in hac parte sermo non erat, quia lex XII Tabb. eas non comprehenderat) uti onere tutelae, ita successionis commodo eximendae erant. Haec conjectura mihi videtur verissima, quae de interpretatione illa ferri possit, quam Justinianus subtilitatem excogitatam mediae jurisprudentiae appellat, et eo magis eam admittendam esse puto quo perfecte congruit iis, quae apud Gajum (1), Veronae repertum leguntur: „ feminas adgnatas, „ quaecunque consanguineorum gradum excedant, „ nihil juris ea lege (XII Tabb.) habere."

Quo

(1) Comment. III. §. 23.

Quo loco evidentisſime patet differentia inter adgnatos et conſanguineos jam introducta, ipſo verbo tamen XII Tabb. illam interpretationem niti.

§. 10.

De rationibus mutati juris.

Quanquam nunc negari quidem non poteſt, talem ſubtilitatem fundamento nimis lubrico niti, nec ipſius legis voluntatem evertere facile poſſe, tamen neque obliviſcendum eſt, tale principium ibi facilius irrepere, ubi id propter cauſas internas non ſolum ab iis, qui juri praeſunt, ſed ab univerſo quodammodo populo foveatur. Quae enim reſtricti hujus juris cauſae exſtiterunt? Paulus eas Voconianas dicit (1). Quippe, ut ſola generaliora argumenta afferam, ſpecialibus rationibus ad eum locum retentis, quo de lege Voconia ipſa agemus; Reipublicae Romanae, quae eo tempore erat bellicoſa atque re militari prorſus fundata, feminarum cum maribus aequalis poteſtas pecuniaria convenire non poterat. Quae quidem incommoda, quod tempore hujus reſtrictionis atque latae Voconiae demum

(1) Paulus, Recept. Sent. Lib. IV. Tit. VIII. §. 22.

mum ſe obtulerint, ideo factum est, quod eo tempore omnia, quae feminarum liberam administrationem bonorum hucusque impedierant, ſenſim ſenſimque defecerunt. In manum conventio rarior facta, longe mitior reddita erat ſexus tutela, et luxuria feminarum eodem paſſu progrediebatur, quo magis iis frenum laxabatur; imo adeo, ut Cato major dicat, eas viros atque rempublicam premere coepiſſe (1). Quapropter Jureconſulti ſua interpretatione feminas, in quantum fieri poterat, hereditatibus legitimis, tanquam praecipuo divitiarum fonte, privare ſtuduerunt. Non tamen ſubito ut ex legibus conſtitutionibusque hoc principium invaluit, ſed paulatim, ad omne jus conſuetudinis effectum hoc videtur.

(1) Cf. quae infra de rationibus legis Voconiae dicemus.

SECTIO SECUNDA.

DE SUCCESSIONIBUS EX TESTAMENTO.

§. 11.

Cur non feminarum ſucceſſionem ex teſtamento Jureconſulti prius reſtrinxerint.

Ex teſtamento autem hucusque mulieres quamcunque hereditatem quantaevis pecuniae capere potuerant. Sed ſucceſſiones, quae a provida lege deferuntur, jam in earum odium reſtrictas, mox ſequi debebat etiam alia juris diſpoſitio ex iisdem rationibus coërcens nimias largitates per ultimam voluntatem in ſequiorem ſexum collatas. Nec quis miratur talem ordinem, quo legum periti initium fecerint a reſtringenda facultate ſuccedendi; et deinde demum cogitarint de nimis libera testandi facultate, qua tamen mulieres multo potius divitias comparare ſibi potuerant, quam per legitimam illam ſucceſſionem. Nam ad hanc ſucceſſionem coërcendam prudentes quidem ope ſubtilis interpretationis pervenire poterant, adjuvantibus rationibus univerſum quodammodo ſtatum publicum aeque ſpectantibus : attamen ut liberam testandi facultatem, per 12 Tabb. nimis clare conces-

cessam, patrisfamilias adimerent, necdum vim sufficientem in jus habebant. Porro tali modo divitiis mulierum obvenientes, potius virorum jus adgrederentur, quam mulierum opes.

Ad id ergo efficiendum, ne Patrisfamilias liceret, mulierem in testamento heredem scribere, Prudentum auctoritas non sufficiebat; sed necesse erat, ut lex quaedam, necessitatibus urgentibus, si feminarum opibus Respublica nimium premeretur, interdiceret testatoribus, ne in feminas amplius hereditates conferrent.

Haec lex fuit Voconia, nunc sequente capite propius adgredienda.



CA-

CAPUT SECUNDUM.

DE
JURE FEMINARUM SUCCEDENDI SECUNDUM LEGEM VOCONIAM.

§. 12.

Partitio hujus capitis.

Lex Voconia, qua in historia et antiquitatibus juris nihil forsan magis in obscuro est, multa in feminarum jure succedendi mutavit; et difficillimam hujus disquisitionis partem constituit, quoniam tum de aetate, tum de rationibus, tum de partibus ejus contenditur, quotquot Jureconsulti eam cum industria tractarint (1). De ea

(1) Quoad historiam literariam hujus legis Cf. Kind, Diss. de lege Voconia in prooemio. V. Savigny loco citato, über die lex Voconia; Haubold, epicrisis ad Heineccii antiquitates.

ea lege acturi, hunc ordinem ſequendum putavimus.

I°. agetur de ejus aetate;

II°. de ejus rationibus;

III°. loco, ſecretis iis, quae ex Voconiae capitibus ad noſtrum ſpectant argumentum, explanabimus, quae in lege contenta fuisſe, nullum dubium est.

IV°. autem de iis videbimus, de quibus, an lege comprehenſa fuerint, dubitatur,

V°. et ultimo de fatis et interitu noſtrae legis agemus, ut, quo tempore et quousque lex, quam explicaturi ſumus, valuerit, intelligi posſit.

Sectio Prima.

DE AETATE LEGIS VOCONIAE.

§. 13.

Controverſiae remotae.

Ad legis aetatem quod attinet, eam alii (1) in A U. 576. incidere existimant, quia Epitomator Livii eam in librum XLI historiae Ro-

(1) Henricus Valesius. — Kind de lege Voconia §. 3. ſqq. alii.

Romanae refert, quo libro res gestae M. Junio Bruto et A. Manlio Vulsone Cosf. enarrantur, et quoniam porro Livius in iis libris, XLIII et XLIV, quibus historiam Romanam Q. Marcio Philippo iterum et Cn. Servitio Coepione Cosf. enarrat, legis Voconiae ne verbum quidem memorat, quod fine dubio fecisfet, fi ea illo tempore lata esfet. — Alii (1) vero annum U. C. 585. (584.) aetatem legis Voconiae accipiunt, Ciceronem fequentes, qui libro de Senectute Cap. 5. refert, Caepione eo Philippo iterum cosf. Catonem fexaginta quinque annos natum legem Voconiam fuafisfe, quem Catonem eo anno natum esfe, post quem Q. Maximus Conful primum factus fit (anno U. 520), idem Cicero eodem loco auctor est. Qui illam fententiam defendunt, ei hanc potisfimum rationem fubjiciunt, verofimile esfe, Livium, qui gesta populi Romani enarraverit atque de hac rogatione tam memorabili procul dubio pluribus retulerit, diligentius inquifivisfe in hanc rem, quam Ciceronem, qui ejus legis velut in transitu mentionem fecisfe, fuspicari licet, et tantummodo quod me-

(1) Balduinus, Perizonius, Wielingius, v. Savigny de leg. Voc. plurimi.

memoriter teneret retulisse (1). Huic tamen non male objicitur, Ciceronem quasi cito transeuntem ideo falli dici non posse, quia bis et quidem diverso modo legis aetatem definivit, primum per Caepionem atque Philippum Consules, deinde per Catonem 65 annos natum. Ad ea autem, quae defensores primae opinionis de Livio dicunt, eum illo loco (Lib. XLIII et XLIV) quo res gestas anni 585. enarraverit, legis Voconiae mentionem non fecisse, sed legem apud ipsum in ea aetate poni, qua historia anni 576. tractata sit; primus Clar. v. Savigny (2) rectissime animadvertit, nec ipsos libros XLII et XLIII historiae Livianae integros exstare, sed multa deesse, quae facile ad legem Voconiam spectaverint; eo autem quod ignotus iste Livianae epitomes auctor legem in anno 576. collocavit, fidem Ciceronis minime subvertit quippe quem pluris habendum, quam istum epitomatorem, in aprico esse. Talia me ad sententiam a plerisque defensam amplectendam moverunt, ita ut annum urbis 585. tanquam tempus legis Voconiae rogatae accipiam.

Sec-

(1) Kind, de lege Voconia §. 4.
(2) Loco citato pag. 220.

SECTIO SECUNDA.

DE RATIONIBUS LEGIS VOCONIAE.

§. 14.

Rationes vulgo propositae reprobatae.

Causa legis Voconiae sine dubio politica fuit (1), quum et contra commune desiderium et cum injuria feminarum rogata sit. Ideoque ad eam inquirendam tam latus semper conjecturis campus patuit: debet enim exquiri ex moribus universoque statu publico ejus temporis. Vulgo quidem rationem mutati juris reddunt Reipublicae interesse, ut familiae conserventur; itaque quum hae non per mares uti per feminas intereant, statutum esse, ut ad masculos potius avita bona perveniant, quam alienis fami-

(1) Montesquieu, Esprit des Lois, Liv. XXVII.: C'est un malheur de la condition humaine, que les législateurs soient obligés de faire des lois qui combattent les sentimens naturels même: telle fut la loi Voconienne. C'est que les législateurs statuent plus sur la société que sur le citoyen, plus sur le citoyen que sur l'homme. La loi sacrifiait et le citoyen et l'homme et ne pensait qu'à la république.

miliis per feminas inferantur (1). Causa quare Voconius ergo legem tulit, ea dicitur, quod videret, feminis ita pari cum masculis jure ad hereditates admissis, saepe nobilissimarum familiarum bona ad extraneos transferri : quod si illae opibus destitutae in humiliorem locum deprimerentur, ipsa quidem respublica ornamentis et praesidiis spoliaretur (2). At ea non solum omni historico testimonio carent, sed etiam rei ipsi non videntur posse accommodari. Si enim admittamus, Romanos eo tempore tam vehementer splendori familiae studuisse, lex superflua forsan videretur, per quam introduceretur, quod quisque testator secundum commune reipublicae studium ipse jam perficeret, quoniam familiae atque nominis studium per regulam magis familiae principis quam reipublicae est. Igitur Imp. Justinianus (3) hoc argumentum mutati juris de solis iis hereditatibus ponit, quae a lege deferebantur, quod vero non indubitate ad testamentarias successiones transferendum existimaverim. — Deinde, nec vera natura Plebisciti ea esse videtur, ut prospiciatur familiarum distinctioni conservandae; potius enim, ut fa-

(1) Wielingius, lectiones jur. civ p. 201.
(2) Kind, de lege Voconia.
(3) §. 3. Inst. de leg. adgnat successione.

familiarum omnis differentia evanescat, indoles ejus juris videtur quod Tribuni plebis eo tempore introducebant (1). Denique, conservandorum familiae honorum studium eo minus causa legis Voconiae rogatae esse videtur, quo magis tum mirandum videtur, non prius de lege XII Tabularum mutanda cogitatum fuisse, quoniam idem studium et eadem libera testandi facultas per tria fere secula obtinuerat. Itaque ego putem, medio tempore XII Tabulas inter et legem Voconiam quaedam invaluisse, quae huic legi causam dederint, quibus autem nondum obtinentibus jus XII Tabularum Reipublicae principiis minime contrarium visum fuit.

§. 15.

Relaxata tutela et rarior in manum conventio fuere legis causae.

Quae enim fuerunt causae, e quibus apud Romanos, secus atque apud alios antiquos populos, feminae aequali cum viris jure in successionibus uterentur, quamvis apud illos, eodem modo ac

(1) Exemplo esse possunt lex, qua nuptiae inter plebejos et patricios permittebantur; et institutio, qua maxime eo tempore et *novi homines* nobilitati antiquarum familiarum magis magisque aequiparari incipiebant.

ac apud alias gentes et maxime quae sub libera florerent Republica, virorum causa esset multo favorabilior, quam mulierum (quippe quae nec reipublicae administrandae participes esse, nec armis patrium agrum defendere, nec ad sustinendam familiam eum colere possunt:) — eae causae tempore quo lex Voconia lata fuit non amplius adfuisse videntur. Propter illam enim mulierum tutelam, qua per totam vitam arbitratui adgnatorum subjectae erant, propterque illam in manum conventionem, qua omni jure patrimonii sui privatae filiorum loco habebantur (1), concedendo iis idem jus successionis quod viris, his praejudicium haud factum esse constat. Neque unquam incommoda hujus juris adparere potuerant, ob quae Cato legem Voconiam suasit; si non et in manum conventio rarior facta et durior antiqua ista tutela paulatim adeo mitigata esset, ut feminae jure sibi concesso in virorum odium abuti possent. Haec non est mera ingenii conjectura; nam Cato (2) ipse legem Voconiam suadens: „ Principio," inquit „ vobis mulier magnam dotem attulit, tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potes-

„ ta-

(1) Cf. Dorn Seiffen, l. c. §. 3. et ibi cit. Hein. Ant. Rom. Lib. I. T. 10. §. 6 et 7.

(2) Aulus Gellius, Noct. Att. Lib. XVII. Cap. 6.

„ tatem non committit. Eam pecuniam viro mu„ tuam dat. Postea, ubi irata facta est, servum re„ cepticium sectari, atque flagitare virum jubet." Quae procul omni dubio Cato suadens legem assseverare non potuisset, si etiam tunc veteri modo uxores, per in manum conventionem viris nubentes, semet ipsas cum universo patrimonio in eorum potestatem contulissent. Imo Cato ex eo ipso, quod femina non amplius omnem pecuniam in viri potestatem committeret, necessitatem legis ferendae demonstrare videtur. Idem porro Cato apud Livium (1) auctor est, quatenus eo tempore sexus tutela mitigata sit, quum indulgentiam, quam in sequiorem sexum Quirites habuere, graviter reprehendens, docet, quam magna differentia exsisteret inter ea quae tunc Romani mulieribus permiserint, et quae majores iis indulsissent, quippe qui ne privatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerant. Quanto autem inde revera feminarum luxuria eo tempore aucta sit, Livius (2), occasione legis Oppiae paulo ante Voconiam latam abrogandae, egregie refert: „ Matronae nul„ la nec auctoritate nec verecundia, nec impe„ rio virorum contineri limine poterant." Talia

(1) Historia Rom. Lib. XXXIV. Cap. 2.
(2) Loco cit. Cap. 1.

lia ergo legem Voconiam movisse eo magis arbitror, quod historiae fide confirmata a Catone ipso legem suadente tanquam rationes hujus plebisciti prolata sunt, quae fere eadem occasione Oppiae legis jam antea (1) proposuerat. „ Si," inquit „ in sua quisque „ nostrum matresfamilias, Quirites, jus et „ majestatem viri retinere instituisset, minus „ cum universis feminis negotii haberemus; „ nunc domi victa libertas nostra impotentia „ mulierum hic quoque in foro obteritur et „ calcatur, et quia singulas sustinere non pos- „ sumus, universas horremus." Consilium ergo legis Voconiae virorum gratia rogatae (2), in eo solo ponendum existimavi, ne nimias opes feminae possiderent, ne, ut Quinctilianus dicit (3), earum potentia civitas premeretur, quia non amplius nec auctoritate tutorum, nec virorum imperio contineri poterant, quin pecuniis suis in eorum odium abuterentur. Feminae enim in manu parentum, fratrum, virorum degentes sine detrimento aequale jus acquirendi habere potuerant ac viri; at feminae pro libitu res suas gerentes, ut eodem jure gauderent,

(1) Historia Rom. Lib. XXXIV. Cap. 2.
(2) Cic. de Republica Lib. III. Cap. 10.
(3) Declam. 264.

rent, non oportebat in populo, qui virorum manibus fundatam atque conservatam rempublicam debuerat, necdum in id tempus progressus erat, quo talia blandis artibus sequioris sexus compensata habentur.

Sectio Tertia.

DE LEGIS VOCONIAE CAPITE, QUO FEMINAE A TESTAMENTARIA SUCCESSIONE REPELLEBANTUR.

§. 16.

Partitio hujus sectionis.

Legem Voconiam tractaturo ante omnia certa ejus capita a dubiis atque incertis secernenda sunt. Ad primam disquisitionis partem itaque pertinebit tum caput quo cautum fuit, ne quis census mulierem neve virginem heredem faceret, tum caput de legatis; ad secundam autem referenda erunt ea capita, quae et de intestati successione et de dotibus statuisse dicuntur. Utriusque autem partis solum primo nominatum caput ad nostrum spectat argumentum, eritque prioris caput hac sectione, alterius autem sequenti sectione peragendum.

Quo

Quo magis itaque constat legis Voconiae caput fuisse: *ne, qui census esset, heredem virginem neve mulierem faceret* (1), eo minus doctores in eo conveniunt, quo sensu haecce verba sint accipienda, ac de quoque hujus capitis verbo disputant. Primo quidem controversiae sunt de explicatione verbi *census*; deinde laborant qua amplitudine *τὸ ne virginem neve mulierem* sit sumendum; tum vero et de eo controversiam movent, an *heredem facere* de solo herede directo, an vero etiam de fideicommissario sit intelligendum; denique utrum haec verba ab omni parte mulierem ab hereditate removerint, an vero salva lege ex parte aliqua femina institui potuerit. Singulas has quaestiones tractaturis disputatio de hoc Voconiae capite in quatuor partes dividenda erit.

(1) Cicero in Verrem; de Republ. L. III. Cap. 10. de Fin. L. II. C, 17. de Senectute C. 5. pro Balb. C. 8, — Asconius in Cic. Ver. — Augustinus de Civ. Dei L. III. C. 21. — Gajus, Comm. III. §. 264. — Plin. Panegyr. C. 42. — Gell. L. VII. C. 13. L. XVII. C. 6. L. XX. C. 1. — Epitome Liviana L. XLI. Dio Cass. L. 56. Cap. 10.

PARS

PARS I.

QUIS SIT CENSUS IN LEGE VOCONIA.

§. 17.

Sententiae reprobatae de censo.

Antiquisfimum *τοῦ census* interpretem habemus Asconium Pedianum locis duobus; primo ad Ciceronis accuf. Verr. Lib. I. Cap. 41. haec leguntur: „ *neque census esfet*, „ id est, neque centum millia festertiorum pos„ fideret; nam more veterum censi dicebantur, „ qui centum millia profesfione detulisfent; hu„ jusmodi adeo facultates census vocabantur. „ Alii sic intelligunt: *neque census esfet*, hoc „ est, neque census ejus in quinquennium illud „ esfet factus, quorum annorum spatio instau„ rari census folet apud Censores, quorum ad„ ministratio per lustrum, hoc est, quinquen„ nium extenditur." Alter autem locus, qui paucis interjectis fequitur, hic est: „ *quum* „ *intelligo legem Voconiam*; Voconius legem „ tulerat, ne quis census, hoc est, pecuniosus „ heredem relinqueret filiam."

Ex his Asconii expofitionibus duae potisfimum fententiae apud recentiores ortae funt. Vel

Vel (1) enim *censum* in lege Voconia intelligunt, qui ad summam centum millium festertiorum in tabulas Censorum relatus est, vel (2) quemlibet civem pro *censo* accipiunt, summam 100,000 festertiorum tantum modum statuentes, supra quem mulier mox non institui (3), mox non dotari posse dicitur (4). In lege Voconia *censum* non illum intelligi, qui 100,000 fertertiorum possideat, existimo ex sequentibus rationibus.

1°. Quia haec summa *pro censo* nullibi quam apud Asconium legitur, cujus verba spuria suspicari licet (5).

2°. Quia idem Asconius eodem loco illum *censum* appellat, qui *centum millia* professione detulerit, quae centum millia non nisi de *assibus* intelligi possunt (6).

3°.

(1) Cujacius, in Just. ad legem Falcidiam. — Balduinus, ad legem Voconiam. — Hottomannus ad Ciceronis Verr. Montesquieu de 'Esprit de Lois, Liv. XXVII. — van Savigny über die lex Voconia.

(2) Wielingius, lect. jur. civ. L. II. C. 20. — Perizonius de lege Voconia. — Zimmern. über die lex Voconia.

(3) Perizonius, de lege Voc. p. 150. — Zimmern., über die lex Voc. passim.

(4) Wielingius, lect. jur. civ. Lib. II. C. 23.

(5) Wielingius, loc. cit.

(6) Perizonius, de leg. Voc. p. 166.

3°. Quia summa 100,000 sestertiorum nulli classi census congruit, et ideo census cum tali summa nihil commune habet (1).

4°. Quia qui tantum 100,000 sestertiorum possidet, non pecuniosus dici potest (2).

5°. Quia apud Gajum (3) is Voconia teneri legitur, qui centum millia *aeris* census est.

Legem Voconiam quemlibet civem comprehendisse, ideo non existimaverim:

1°. Quia Cicero (4) quosdam cives tanquam non censos lege Voconia non teneri aperte dicit. Nam censum tempore Ciceronis impune negligi potuisse, mera Perizonii (5) conjectura est, quae nusquam historia fundatur (6). Neque videtur, censu intermisso omnes cives ad unum incensos factos esse (7), sed

(1) Idem, l. c. pag. 167.

(2) Idem, l. cit.

(3) Comm. II. §. 274. Neque enim *aes* per *sestertium* interpreandum est; licet Clar. v. Savigny et Zimmern. locis citt. neque *assem libralem* per *aerem* intelligi putent.

(4) In Verrem, l. cit. „ Annius, quum noncensus esset."

(5) De lege Voconia, pag. 186 sq.

(6) Cicero pro Caecina, Cap. 36. — Wielingius lect. jur. civ. pag. 190. — Kind de lege Voc. §. 19.

(7) Wielingius, lect. jur. civ. p. 190.

ſed hoc caſu potius eorum, qui ſemel cenſi fuisſent, cenſum ultra quinquennium perdurasſe. Etenim in cenſu ratio comitiorum maximorum continebatur: ſi populus Rom. cenſus non esſet, nulla clasſis, nulla centuria fuisſet, neque magistratus majores creari, neque ab his cum populo agi quidquam potuisſet (1). Neque vero a Cicerone Annium *non cenſum* ideo appellari, quia cenſus ultra lustrum intermisſus esſet, patet: nam tunc orator non demonſtrare ſtuduisſet Annium *ſolum* a lege exemtum esſe, ſed potius, quia omnes eodem modo ut hic incenſi esſent, legem generaliter cesſare ſtatuisſet.

2°. Quia tam Cicero quam Asconius, ſi legis Voconiae mentionem faciunt, ſemper de pecunioſis ſermonem faciunt, hos a ceteris civibus distinguentes.

3°. Quia Gajus (2), qui centum millia aeris cenſus est, lege Voconia mulierem inſtitui non posſe refert.

4°. Quia Dio Cassius (3) ait: *οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας* heredem esſe posſe, hoc est nullius, cui patrimonium est ſuper 25 millia (4). Dicitur enim eodem modo Grae-

(1) Kind, de leg. Voc. §. 18.

(2) Comm. II. §. 274.

(3) Lib. LVI. Cap. 10.

(4) Haec quidem 25 millia (*drachmarum* uti Perizo-

Graece: *οὐδεὶς οὐσίας τοσάυτης*, quam Latine: *nemo istius patrimonii* (1). Sunt (2) quidem, qui Cassii verba *οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν* sic intelligunt: *neminis heredem esse licet super* 25 *millia*, et exinde statuunt lege Voconia mulieres ex aliqua parte institui posse; sed earum sententiae servandi ordinis gratia hujus capitis parte quarta demum erit obveniendum.

5°. Denique nec ideo Voconium lege sua omnes cives teneri voluisse credo, quia tunc certissime nomine *civis* potius, uti Falcidius fecit, quam voce *censi* usus esset.

Omnia itaque eo redeunt, quod per *censum* in lege Voconia neque quilibet civis, neque is qui 100 millia sestertiorum possidet, comprehendi

zonius de leg. Voconia, pag. 143 sqq. rectissime docet) sententiam eorum confirmare videntur, qui 100,000 sestertiorum possidentem lege Voconia teneri profitentur; nam drachma pro denario mutata 25 millia drachmarum accurate 100 millia sestertiorum conficiunt. Ceterum Dio tam ab urbe, quam a tempore legis Voconiae latae nimium remotus fuit, quin in referenda tali summa facile falli posse non videatur, et quidem eo magis, quo baec summa ex rationibus expositis minime admittenda est.

(1) Gronovius, de pecunia vetere L. III. Cap. 16, pag. 244.

(2) Perizonius, Zimmern., Wielingius.

di debeat. Quum tamen *censu*s in lege Voconia civem cujusdam facultatis significasse videtur (1), restat, ut, quem nos censum interpretemur, exponamus.

§. 18.

Census in lege Voconia est is, qui 100 *mille assium libralium census est.* (2)

Jam Asconius *censum* interpretatur, qui *centum millia* professione detulerit, quae centum millia non nisi de assibus intelligenda puto (3). Exinde ergo quodammodo argumentum duci potest, *censum* in lege Voconia forte solum illum appellari, qui in prima classe, h. e. ad 100 millia assium libralium census sit. Hic quidem Wielingius (4) Asconii verba inpugnat, quum eo loco *census* cum *classico* turpiter esset

(1) Cicero, Asconius, Gajus, Dio Cassius, locis ultimo citatis.

(2) Conf. Kind, de leg. Voc. §. 20 sq. ad hunc §.

(3) Prisco enim tempore Romani *solo aere gravi* utebantur, quod proinde quum necessario intelligendum esset in hac locutione, Asconius de hac lege agens adjicere non debuit. Cf. Perizonius de lege Voconia, p. 167.

(4) Lect. jur. civ. pag. 139.

ſet confuſus, quanquam ipſe 100 *millia* de aere gravi intelligit. Verum doctisſimus Auctor hic quadam levitate laborare mihi videtur: nam Gellius (1) aperte nos docet: „ clasſicos dici non omnes qui in clasſibus ſunt, „ ſed primae clasſis tantum homines." Equidem concedo ex ſolo illo Asconii testimonio ſtatui non posſe, *cenſum* in lege Voconia primae tantum clasſis cenſum esſe: ſed hoc fere indubitatum reddi confido per verba Gellii, qui eodem loco, quo clasſicum primae clasſis cenſum dicit, ſic proſequitur: „ in M. Catonis ora- „ tione, qua Voconiam legem ſuaſit, quaeri „ ſolet, quis ſit clasſicus, quis infra clasſem." (2)

Summam autem millium asſium liberalium perfecte primae clasſi cenſus respondere tam Livius (3), quam Dionysius Hal. (4) mihi auctores ſunt. Decedunt quidem ab his Plinius (5), qui maximum cenſum CXM asſium fuis-

(1) Noct. Att. Lib. VII. Cap. 13.

(2) Ad haec verba adverſarii hujus ſententiae nimis benevoli nunquam attendunt. Cf. Zimmern über die L. V. not. 26. — v. Savigny, über die lex Voc. pag. 222.

(3) Lib. I. Cap. 43.

(4) Lib. IV. Cap. 16. Init. Hoc loco 100 minas adaequare 10,000 drachmis aut 100,000 asſibus, doctorum virorum commuuis est ſententia.

(5) Hiſt. nat. lib. XXXIII. Cap. 3.

fuisse testatur; item Festus (1), qui minori summa quem CXXM aeris censos infra classem dicit; denique et Gellius (2) illos primae classis homines vocans, qui CXXVM aeris censi sint. Sed librarii quod modo X, modo XX, modo XXV adjecerint, similitudine formarum decepti esse videntur, quae modo IX, modo XX, modo XXV pondus librale designabant; itaque factum esse puto, ut mox 100 millia, mox 120 millia, mox 125 millia aeris scriberent pro C libralium M assium designandis (3). Huc nunc, ut res continuo dubio eximatur, verba Gaji (4) spectant: „ mulier ab eo, qui centum millia *ae-* „ *ris* census est, institui non potest." Quod quidem *aes*, eodem modo ut apud Festum et Gellium, de solo aere gravi intelligendum est, nec ullo modo per sestertium interpretari licet; quanquam nuperrime Zimmern. (5) nulla adjecta ratione, et Clar. v. Savigny (6) talem interpretationem intulerunt. Hic quidem acutissimus

(1) De Verb. signif. L. IX. p. 187. in ed. Dacerii.
(2) Noct. Att. L. VII. Cap. 13.
(3) Cf. Nicolai tractatus de figlis veterum, Lugd. Batt. 1703, p. 175 et 243. Cf. etiam Kind de leg. Voc. §. 22.
(4) Comment. II. §. 274.
(5) Uber die lex Voconia, not. 26.
(6) Uber die lex Voc. Seite 223 sq.

mus auctor rectisſime animadvertit, veriſimile non eſſe in lege Voconia ſummam expresſam fuisſe nomine *aeris gravis*, quippe quod jam ante ſecula in abuſum venisſet: verumtamen nec ego de *aere gravi* in lege Voconia ſermonem fuisſe contendo, ſed potius puto, ſummam 100 millium aeris gravis, ex interpretatione τοῦ *cenſus* (1), mox post latam legem ei adpoſitam eſſe.

§. 19.

De aestimatione vera et relativa 100 *millium aeris.*

Videamus paucis adhuc de aestimatione horum 100 millium asſium libralium, quoniam Perizonius (2) talem ſummam nimis parvam arbitratur, quam ut pecunioſum hominem conſtituere posſit. Perizonium autem, virum ſummum, in calculo falli puto, dum 100 millia aeris gravis cum 40 millibus ſestertiorum monetae novisſimae apud Romanos convenire putet. Etenim Plinius (3) commutationes, quae circa rem

(1) Quod et Gellius ſignificare videtur, quum „ in lege Voconia" ait „ quaeri ſolet, quis ſit clasſi„ cus, quis infra clasſem."

(2) De lege Voconia, p. 166 ſqq.

(3) Hiſt. Nat. Lib. XXXIII. Cap. 3.

rem numariam Romanam obtinuerunt hisce fere verbis nobis memoriae refert: „ Placuit (initio) „ denarium dari pro 10 libris aeris, quinarium „ pro 5, sestertium pro dupondio ac semisse. „ Librale autem pondus aeris imminutum est „ bello Punico primo, constitutumque, ut as- „ ses sextantario pondere ferirentur, ita quinque „ partes factae lucri. — Postea Fabio Maxi- „ mo Dictatore asses unciales facti, placuitque „ denarium 16 assibus permutari, quinarium „ octonis, sestertium quaternis; ita resp. di- „ midium lucrata est. — Mox lege Papiria „ semunciales asses facti." Itaque hic patet, 100 millia aeris gravis bello Punico 600 millia, Fabio Dictatore 1200 millia, denique post legem Papiriam (1) 2400 millia assium constituisse; quo tempore, quaternis assibus cum sestertio mutatis, summa 100 millium assium libralium adaequare oportet millibus 600 sestertiorum (2), cujus quidem jam decima quinta pars ei summae adaequat, quam Perizonius laudato loco indicat. Igitur omnia ea, quae doctissimus Auctor de relativa aestimatione 100 millium assium lo-

(1) Hujus legis aetas incognita est.

(2) Cf. Kind, de lege Voconia, §. 23. sq. v. Savigny, über die lex Voconia p. 223. sq., Zimmern., über die lex Voconia, p. 319.

loquitur, eo ipſo cadunt, nec facile quis adhuc defendet, eam ſummam tempore legis Voconiae pecunioſum conſtituere non potuisſe. Sestertius autem, ſecundum ea quae Eisenschmidius (1) ſcrutatus est, in pretio abſoluto fere 6 Centibus (Cens) nostrae monetae aequiparari licet, ita ut 100 millia libralium asſium, vel quod idem est 600 millia ſestertiorum, fere nostrorum florenorum millibus 36 aequiparanda esſent.

PARS II.

QUOMODO INTELLIGENDUM SIT IN LEGE VOCONIA τὸ *NE VIRGINEM NEVE MULIEREM*?

§. 20.

De difficultate hujus quaestionis, ejusque ſolutione a Cl. v. Savigny *facta.*

Nunc quidem eam nostrae quaestionis partem adgredimur, quae a plerisque Jureconſultis intacta aut male peracta relicta est, et fere eo difficilior redditur, quo magis ad animum advertitur. Quippe quum lege Voconia cautum erat, ne quis cenſus heredem virginem neve mu-

(1) Libro de ponderibus et menſuris veterum, editio altera Argentorati 1737, pag. 186.

mulierem faceret, intelligi nequit, quomodo feminae quae adhuc legitima succesfione hereditatem capere potuerant, *suae* nempe et *consanguineae*, a testamentaria hereditate removendae viderentur, nec tamen lex ipsa quidquam de inintestati succesfione caveret (1). Quae difficultas tunc praesertim in oculos incurrit, cum reputamus, filiae lege ab hereditate testamentaria remotae, si silentio praeterita fuisset, jus accrescendi, exheredatae vero querelam inofficiosi (2) dari. Nec a me quis exspectet validam hujus difficultatis solutionem; sed quaedam tamen, adjuvantibus recentisfimis Jureconsultis, et ope nuper reperti operis, quod Cicero de republica scripsit, afferam, quae magnam partem hoc quasi juris absurdum tollant. Etenim duo nuperrime Jureconsulti, ambo sagacitate atque familiaritate cum juris antiquitate aeque excellentes, uterque ingeniosam protulit explicationem ad hanc contradictionem in jure tollendam. Clarisfimus Savigny (3) quidem ostendit, quae causae exsistere potuisfent, ob quas lex Voconia feminas ex testamento quidem heredita-

(1) Ut sectione sequenti erit demonstrandum.

(2) Quae juris principia, etsi lege Voconia antiquiora esse probari non posfit, tamen vigente adhuc lege obtinuisse, nulla indiget demonstratione.

(3) Uber die lex Voconia.

tatem capere prohibuisset, secus quam si ab intestato succederent. Quoniam enim filia, si ab intestato succederet, semper in fratrum ceterorumve adgnatorum tutelam incidebat, qui in ejus successionem proximam spem habentes ejus malis moribus frenum injicere possent; causa, ob quam lex rogata est, magna ex parte cessabat. Contra autem, si filia ex testamento heres esse posset, ex eaque tutorem accipere, quem pater filiae satis indulgentem fore sciret, cujusque non interesset, num patrimonium filiae luxu erogaretur nec ne, tunc certissime legis ferendae causae adesse debebant. Hac explicatione ingeniosa admodum et singulari sagacitate excogitata saltem iis (1) obvenitur, quibus lex Voconia, si non de intestati successione caveret, inepta videri possit. Et quamvis pater filiae favens multas adhuc vias ad circumveniendam legem inire possit, tamen cum clarissimo Savigny nec obliviscendum puto, legem latam fuisse saculo VI; quo Jurisprudentia Romana nondum ad eum perfectionis gradum progressa erat, ut omnium, quae in legislatione prospicienda sint, ratio haberetur.

§. 21.

(1) Perizonio, — Kindio.

§. 21.

De hujus difficultatis solutione, a Clarissimo Hugone *proposita.*

Altera autem explicatio est Clarissimi Hugonis (1), non quidem tam ingeniosa, nec tam facile admittenda, sed magis commendanda ob ejus simplicitatem atque consonantiam cum ipsis juris vicissitudinibus. Omnis enim difficultas evanesceret, si admittere possemus eas personas a legis Voconiae prohibitione exemtas fuisse, quae et ipsae ad intestati successionem vocatae fuissent. Quae quidem hypothesis tanquam conjectura nimis arbitraria rejicienda videtur, quoniam ipsa de ea re testimonia veterum docent, ipsam *filiam* vel *unicam* institui lege prohibitum fuisse: sed si continuo ea testimonia interpretamur, revera non invenimus, quod huic conjecturae contrarium sit. Dicitur quidem apud Ciceronem (2): „ Voconius sanxit in posterum, ne quis heredem virginem neve mulierem faceret." Quae verba generalia nulla exceptione prolata sunt; sed nec Ciceronis erat, eo

(1) Cf. V. Savigny, über die lex Voc. p. 234. Hugo's Rechtsgeschichte, 7te Ausgabe § 169. not. 7.
(2) In Verrem Lib. I. Cap. 42.

eo loco, quo Voconium non ad praeterita negotia legem revocasse ostendere voluit, de exceptionibus verba facere, quae legi inerant. Itaque his Ciceronis verbis nihil omnino effici potest, quod hypothesi nostrae noceat, non magis quam locis reliquorum scriptorum (1), qui, de hac lege generaliter loquentes, totam ejus theoriam exponere in mente non habuerunt. Sed videamus de aliis rem specialius referentibus. Etenim Asconius ad Ciceronem (2) scribit: „ Voconius legem tulerat ne quis census heredem relinqueret *filiam*"; et Augustinus refert (3): „ lata est lex Voconia, ne quis he-
„ redem feminam faceret, nec unicam filiam;
„ qua lege quid iniquius dici aut cogitari pos-
„ sit, ignoro." At, ne de Asconii expositionibus spuriis et interpolatis, ne de amborum auctorum fide fallace quid dicam, concedo rem ita se habuisse, et lege Voconia effectum esse, ut saepe filia vel unica institui non posset. Sed quid amplius? Lex Voconia nil aliud statuit, quam ne ea mulier heres institueretur, quae ab intestati successione remota esset; quod sine dubio et in filia vel unica evenire poterat, scili-

(1) Gajus, Comm. II. §. 274. Dio Cassius, L. LVI. C. 10.

(2) Loco cit. in Verrem.

(3) De civitate Dei L. III. C. 21.

licet quum in adoptionem data esſet, vel in manum convenisſet, vel aliam quamcunque capitis diminutionem pasſa esſet. Et certe nihil impedit, quominus de filia hujusmodi conditionis, herede non inſtituenda, Asconius item ac Augustinus locuti ſint. Quorum prior ad faciliorem loci intellectum, quo filia a testamentaria hereditate excludenda praetendebatur, adjicit; lege Voconia enim evenisſe, ut filia inſtitui non posſet, quibus verbis neque ſolam neque omnem filiam inſtitui prohibitum fuisſe, patere credo. Posterior autem auctor nihil aliud dicere voluit, quam legem Voconiam iniquam esſe, et ad hocce demonſtrandum optime exemplo filiae uſus est, quae enim ſaepe propter legem Voconiam ab hereditate excludenda erat.

§. 22.

Haec ſolutio comparata cum Cic. *Lib. III. de Repub. C.* 10.

Nunc vero adgrediamur Ciceronis verba, quae leguntur in opere nuper reperto, de Republica Lib. III. Cap. 10, et hucusque a nemine, quod ſciam, ad nostrum argumentum relata ſunt: „ hic juris noste interpres alia nunc

„ Ma-

„ Manilius jura dicit esse de mulierum legatis (1) et hereditatibus, alia solitus sit adulescens dicere, nondum Voconia lege lata: quae quidem ipsa lex, utilitatis virorum gratia rogata, in mulieres plena est injuriae. Cur enim pecuniam non habeat mulier? Cur virgini Vestali sit heres, non sit matri suae? Cur autem, si pecuniae modus statuendus fuit feminis, P. Crassi filia posset habere, si unica patri esset, aeris milliens, salva lege; mea triciens non posset?" Quae quidem verba quomodo explicarentur ratione non habita nostrae hypothesis nescio. Hoc enim loco expressis verbis dicitur, differentiam inter filias lege Voconia statutam esse; alias vero posse hereditatem capere salva lege, alias non. Celeberrimus quidem Majus operis nuper reperti editor, hanc differentiam in eo invenisse videtur, quod filia Crassi unica esset, filia autem

(1) Quo loco iterum patere videtur qualiacunque sint quae Justinianus atque Theophilus tit. *de lege Falcidia* dicant, restrictionem legatorum lege Voconia ad sola legata *mulieribus* a *censo* relicta attinuisse. Ut hoc jam Montesquieu (de l'esprit des Lois. L. 27.) et Kind (de lege Voc. §. 38.) animadverterunt; postea autem, Gajo reperto Comm. II. §. 226 rectissime impugnabatur a Cl. Savigny et aliis. Quod tamen quoniam tractandum nimis longe ab argumento nostro deduceret, hic notasse sufficiat.

tem Phili, qui hic loquens inducitur, non quasi unica proponatur; et suspicatus est facilius quam debuit, lege Voconia unicam filiam solam fuisse exemtam. Sed si paulo attentius verba Ciceronis examinamus, animadvertimus, non in eo utriusque filiae differentiam consistere, quod filia Crassi forte unica esset, quippe quam nec unicam fuisse probabile est (1); sed haec verba ideo tantum adjecta esse,

(1) Cf. Jenasche Litteratur-Zeitung, 1823, n°. 34: Von grosem Interesse ist für Juristen die Stelle (des Cicero) im dritten Buche, das Voconische Gesetz betreffend. Hienach sollen (wie der Anschein lehrt und Herr Mai in seinen untergelegten Note, und Niebuhr im historischen Index glaubt) die *einzigen* Töchter von der Bestimmung des Gesetzes ausgenommen seyen; eine ganz neue und dem Sinne des Gesetzes widersprechende Ansicht, von der sich sonst nirgends eine Spur erhalten hat. Aber dem ist auch nicht so; die Töchter des reichen P. Crassus (Mucianus) war ausgenommen als Vestalin. — P. Crassus war 623, 2 Jahre vor diesem Gespräche Consul und zugleich Pont. Maximus, er hatte drei Töchter und einen Sohn. Nichts ist naturlicher als dar er eine Töchter zur Vestalin bestimmte, und in der Rede pro domo wird erwähnt, dass eine Vestalin Licinia summo loco nata im Jahr 623 einen Altar und Kapelle sub saxo sacro geweiht habe. Sie wird dort c. f. genannt, das soll heissen castissima femina. — Nach unsrer Meinung also sagt Philus in diesen Stelle weiter nichts, als: Wenn doch nur einmal das Maas der Erbschaft bei Frau-

esſe, ut eo magis conſpicua reddatur utriusque filiae Crassi et interlocutoris diverſa conditio. Verum, hoc admisſo, unicam filiam a lege exceptam fuisſe, Voconii inſtituti nullam rationem exquirere posſemus. Quid enim? Lex, quae de coërcendis mulierum hereditatibus ſcripta est, non vellet, ut *plures* filiae in patris bona ſuccederent, ſed permitteret, ut in *unicam* filiam omne defuncti patrimonium cumularetur? Ego quidem non hanc fuisſe mentem legis existimaverim: ſed in eo ſolo utriusque filiae differentiam quaerendam puto, quod filia Phili capite diminuta erat, vel quia in manum convenerat, vel quia in adoptiva erat familia; filia autem P. Crassi capitis diminutionem non pasſa erat (1). Neque enim est, quod quis eo forte confugiat ad hunc locum expediendum, P. Crassum cenſum non fuisſe, et ideo lege non comprehenſum filiam inſti-

Frauen zu beſchränken war, wie könnte die Tŏchter des reichen Crassus, wenn ſie die einzige wāre (ſie ist es aber nicht) die ganze Erbſchaſt bekommen, und ich der meinigen nicht eine viel kleinere ſumme hinter lasſen? C. 2.

(1) Probabile est Crassi filiam virginem Vestalem fuisſe (Cf. nota antecedens) ita ut capite non minutam fuisſe in aprico ſit. Ulp. fragm. Tit. X. §. 5. Gell. Noct. Att. Lib. I. Cap. 13.

ſtituere potuisſe; conſtat enim eundem P. Licinium Crassum Mucianum (cognomine Divitem) paulo ante hunc dialogum Ciceronis A. U. 622. Conſulem fuisſe et Pontificem maximum, quem infra 100 millia aeris cenſum ſuſpicari non licet.

Hisce conſideratis ergo clauſulam legis Voconiae ſic accipio: *Nequis cenſus heredem virginem neve mulierem facito, quae ab intestato ejus heres esſe non potest.* Igitur heredes inſtitui non poterant, quaecunque gradum conſanguineorum excedebant, nec intra hunc gradum, quae quocunque modo capite diminutae erant.

PARS III.

AN LEGE VOCONIA PER *τὸ NE HEREDEM FACERET* ETIAM FIDEICOMMISSARIA HEREDITAS FEMINIS INTERDICTA SIT?

§. 23.

Gajus *Comm. II.* §. 274. *ad hoc argumentum relatus.*

Verba *heredem facere* cum optimis Jureconſultis et Philologis non aliter intelligo, quam de

de solo *testamentario* herede. Quod quidem nusquam impugnatur, non magis, quam ea verba, in lege Voconia saltem, de solo *directo* herede esse acccipienda. De eo autem quaestio mota est, an prohibitio legis Voconiae ad fideicommissa sit extensa, posteaquam haec in usu esse ceperant, vel denique jure civili confirmata erant. Et quidem antequam fideicommissa ullo vinculo juris continebantur, per se patet fideicommissario neque jussum neque interdictum fuisse, quibuscunque vellet, hereditatem restituere. Imo nec postea quam fideicommissa confirmabantur lex Voconia iis accommodata esse videtur. Nam haec lex eo tempore adeo odiosa erat, ut, quibuscunque posset lex circumveniri, media approbarentur; deinde vero hoc ipso consilio fideicommissa inventa sunt, ut quibus non posset hereditas directe relinqui, per fideicommissum restitueretur (1). Perizonius (2) quidem vir eruditissimus arbitratur, prohibitionem legis Voconiae postea etiam ad fideicommissarias hereditates pertinuisse; sed tam Wielingius (3) quam Kindius (4) eum ita

(1) §. 1. Inst. de fideicomm. heredit.
(2) De leg. Voconia, pag. 140.
(3) Lect. jur. civ. pag. 194.
(4) De leg. Voconia §. 24. sq.

ita refellerunt, ut ea de re dubium amplius moveri vix posſit. Ne tamen rem intactam relinquam, nec quae ea de re clarisſimi viri dixere, omnia deſcribam, verba Gaji (5), quem quidem neuter illorum cognoscere poterat, hic adducam, quae omnibus omnino eam rem dubiis eximunt: „ Item mulier, quae ab eo, qui cen-
„ tum millia aeris cenſus est, per legem Voco-
„ niam heres inſtitui non potest, tamen fideicom-
„ misſo relictam ſibi hereditatem capere potest."

PARS IV.

AN PER *τὸ NE HEREDEM FACERET* EX ALIQUA PARTE SALTEM MULIER HERES SCRIBI POTUERIT?

§. 24.

Dio Cassius, *Lib. LVI. Cap.* 10. *ad hoc argumentum relatus.*

Videamus autem de altera circa *τὸ heredem facere* opinione. Sunt enim, qui confidant feminas, etſi ex asſe heredes ſcribi non posſent, tamen ex parte aliqua inſtitui potuisſe. Quamvis enim ſecundum optimorum auctorum testimo-

(1) Comm. Lib. II. §. 247.

monia satis certum videatur, mulieres a parte hereditatis omnino omni remotas fuisse, multos tamen hic conturbavit Dio Cassius (1): *Τῶν δὲ γυναικῶν τισι, καὶ παρὰ τὸν Οὐοκώνιον νόμον, καθ' ὃν οὐδεμίᾳ αὐτῶν οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν.* Sed haec verba quamvis primo intuitu ita intelligenda videantur, ut mulier in summa minori, quam viginti quinque millia institui possit, tamen etiam aliam explicationem patiuntur, ut supra §. 17. jam ostendimus. Nam cum Gronovio (2) haec verba ita intelligam, ut *οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν* alium sensum non praebeat, quam heredem esse licebat neminis patrimonii super 25 millia, h. e. qui patrimonium habet, quod 25 millia excedat, non vero cum Cujacio (3), Balduino (4), Perizonio (5) hunc locum ita interpretandum existimaverim, ut jungendo *κληρονομεῖν οὐσίας* Dio dixisse videatur: feminae nulli licebat alicujus heredem es-

(1) Lib. LVI. Cap. 10.

(2) De pec. vetere l. c. pag. 244.

(3) Not. ad Inst. titulum, de lege Falcidia.

(4) De lege Voconia, Jurisprudentia Romana et Att. T. I. p. 180.

(5) De leg. Voc. p. 150.

esse patrimonii super 25 millia, id est, ex hac tantum summa. Certe nostra interpretatio regulis grammatices non est contraria; eo magis autem debet admitti, quod alias hic locus non solum testimoniis contrarius esset, quae de lege Voconia exstant, sed etiam universis principiis, quae Romani de herede statuunt. Quis enim unquam proponere ausus est, heredem ex 25 millibus vocatum non aeque heredem esse, cum eo, qui ex asse sit institutus? *Heredem* autem facere mulierem lege Voconia prohibitum erat (1).

Verum ex eo quod credebant, mulierem ex parte institui posse, Cujacius et Balduinus (2), Dionis δύο ἥμισυ μυριάδας 25 millia sestertiorum interpretantes, statuebant, lege Voconia cautum fuisse, ut ex quadrante mulierem heredem facere censo licuerit, quem nimirum 100 millia sestertiorum possidentem intelligunt. Gronovius (3) autem, Perizonius (4), Wielingius (5) plurimique recentiores rectissime animadvertunt, Dionem mo-

(1) Kind, de lege Voc. §. 30. sq.
(2) ll. citt.
(3) De pecunia vetere, Lib. III. Cap. 16.
(4) De lege Voconia, pag. 143 sq.
(5) Lect. jur. civ. pag. 207.

more omnium Graecorum non de sestertiis, sed de drachmis locutum fuisse, quas singulas 4 sestertiis valere constat. Itaque Perizonius (1), quem inter recentiores potissimum Zimmern (2) sequitur, sentit, feminas in universum heredes potuisse institui ab iis qui ampliorem 100 millibus sestertiorum οὐσίαν non haberent; ab iis vero qui ampliorem haberent, non in universum, sed in partem duntaxat, quae istam summam non excederet (3).

§. 25.

Cicero *de finibus Lib. II. Cap. 17. ad idem argumentum relatus.*

Huc etiam referunt verba Ciceronis (4), hoc monentis, heredem fiduciarium filiae testatoris Fadiae tantum dare debuisse, *quantum ad eam lege Voconia potuisset pervenire*; atque ex his verbis idem deducunt, quod ex Dione demonstrare student, hereditates mulierum duntaxat ad certum modum prohibitas fuisse. Verum hoc

(1) De lege Voconia, pag. 150.
(2) Uber die lex Voconia passim.
(3) Cf. supra §. 17.
(4) De finibus, Lib. II. Cap. 17.

hoc non magis ex Cicerone, quam Dione ſequitur. Neque ad hunc locum expediendum necesſe est, ut cum Kindio (1) aliquod caput legis Voconiae de intestati ſuccesſione cavisſe credamus, quo certa ſumma pecuniae filiabus dari deberet: nam res ita palam est, ut ſatis mirari non posſim, quo modo doctisſimos viros, qui hunc Ciceronis locum interpretati ſunt, ejus ſenſus fugere potuerit. Etenim conſtat tempore Ciceronis principium ſatis notum valuisſe, *filiae testamento praeteritae*, *ſcripto herede extraneo*, *dimidiam partem accrescere.* Itaque quum Fadia, ut ipſe Cicero docet, revera in patris testamento praeterita erat: nihil invenio quod mirum posſit videri, ſi legimus, Fadiam ſimul cum Sextilio, qui heres ſcriptus esſet, hereditatem cepisſe. Id quod ſalva lege Voconia fieri potuisſe ſupra (2) jam monuimus. Ita vero hunc locum melius expeditum puto. Neque ergo ex ipſo, ut Perizonius (3) affirmat, ſequitur, mulierem ex parte inſtitui potuisſe; neque cum Wielingio (4) haec Ciceronis verba ad id Voconiae caput referen-

(1) De lege Voconia, §. 51.
(2) §. 20.
(3) De lege Voconia, pag. 140 ſq.
(4) Lect. jur. civ. pag. 205.

renda sunt, quod de dotibus cavisse dicitur; neque tandem Fadiae historia Kindii (1) sententiam confirmat, lege Voconia filiabus certam ab herede pecuniam dandam fuisse. Haec nostra Ciceronis interpretatio principiis horum Auctorum quidem non admodum convenit, quippe qui filiam quamcunque ab hereditate per legem Voconiam remotam fuisse docent: sed omni ex parte congrua est iis, quae hujus Sectionis Parte tertia exposuimus, ita ut se invicem et quae eo loco diximus et quae de Fadiae hereditate explicavimus confirment atque sibi respondeant.

Sectio Quarta.

AN LEGE VOCONIA DE SUCCESSIONE AB INTESTATO QUID CAUTUM FUERIT?

§. 26.

Perizonii *atque* Kindii *conjectura reprobata.*

Perizonius (2) et Kindius (3) proposue-

(1) De lege Voconia, §. 50 sq.
(2) De lege Voconia, pag. 109 sq.
(3) De lege Voconia, Caput VI.

fuerunt, legem Voconiam proprio capite etiam de legitima hereditate feminis non conferenda cavisse. Verum quoniam omnia, quae exstant de lege Voconia, veterum testimonia solius testamentariae hereditatis mentionem faciunt; e contra omnis feminarum legitima successio restricta soli Prudentum interpretationi imputatur (1): de virorum doctorum sententia mitissimum judicium est, eam arbitrariam esse conjecturam. Solum hujus conjecturae fundamentum in eo positum est, quod cogitari non possit, Voconium lege prohibuisse, ne mulier heres esset ex testamento, et tamen permisisse, ut ab intestato hereditatem caperet. Ceterum hoc fundamentum corruit secundum ea quae sectionis antecedentis parte tertia exposuimus. Quod Kindius (2) de Pauli loco, Lib. II. Sent. Recept. tit. VIII. §. 22. disserit, Jureconsultos resstrictam adgnatarum legitimam successionem ex lege Voconia a *censis* ad *non censos* interpretatione transtulisse, inventio admodum ingeniosa haberi potest: sed etiam leviori conjectura nititur. Neque enim de hac interpretatione alibi quidquam legitur, nec de eo quidquam constat, omnibus feminis a legitima successione remotis, postea consanguineas ab

(1) Cf. §. noster. 8. sq.
(2) De lege Voconia, §. 49.

ab ea regula exceptas esse. Sed et hisce alia jam, ut putem meliora, substituimus (1). Ratio porro, quam Kindius (2) in eo invenisse putat, quod lex Voconia semper et maxime apud Ciceronem sub titulo *de hereditatibus* veniat, nec ut leges Furia et Falcidia *de testamentis* inscripta sit, non tanti est momenti, ut hypothesin, de qua alibi nil omnino constat, fundare possit. Etenim Cicero ipse alio loco (3) monet, leges non ita profectas ab eo citari, ut ex nudo titulo, quem legi adscribat, principium repeti possit, cujus nec ipse nec alius quisquam auctor uspiam mentionem fecit.

Igitur legem Voconiam de successionibus ab intestato, donec alia graviora argumenta hujus rei produci poterint, nihil omnino mutasse statuo.

(1) Cf. §. noster. 8 sq.
(2) De lege Voconia, §. 47.
(3) De legibus, Lib. II. Cap. 19.

SEC

Sectio Quinta.

DE LEGIS VOCONIAE FATIS ET INTERITU.

§. 27.

De diversis veterum testimoniis.

Non minus quidem de fatis et interitu nostrae legis, quam de ejus genuino argumento contenditur. Perizonius (1) enim jam tertio anno post Pompejum et Crassum Coss. eam penitus eversam esse contendit ideo, quod lege Cornelia lata Praetores ex edictis suis in successionibus jus dicere ceperunt; Kindius (2) vero eam una cum antiquissimi populi Romani censu, ruina comitiorum a Tiberio sublatorum sepultam fuisse dicit, eo subnixus, quod Tiberius, principatu potitus, e campo comitia ad Patres transtulerit (3). Verum utrique sententiae veterum testimonia repugnant, ipsa tamen inter se non ab omni parte congruunt. Etenim Plinius (4) legis Voconiae mentionem facit una cum

(1) In Triade, pag. 191 sq.
(2) De lege Voconia, § 64.
(3) Tacit. Ann. Lib. I. Cap. 15.
(4) Paneg., Cap. 42. „ Locupletabant et fiscum „ et

cum legibus Juliis, ita ut non leviter ſuſpicari poſſis, eam adhuc Trajani tempore valuiſſe. Adeo multo ſeriore tempore Gajus (1) dicit, legem Voconiam adhuc ſua aetate (Marco Aurelio) firmam ſtetiſſe. Contra Gellius (2) eadem fere ratione refert: „ Quid utilius plebiscito Voconio . . . ? omnia tamen „ haec operta et oblitterata ſunt." Hisce ex testimoniis ſi quid argumentari poſſumus, hoc veriſſimum mihi videtur, neque ſubito neque una vice integram legem interiiſſe, quod Perizonius et alii post eum propoſuerunt; ſed ſenſim ſenſimque, et pro parte magis magisque in deſuetudinem abiiſſe. Etenim non quidem cum Perizonio (3) arbitror, postquam Perſei Regis gaza in aerarium Romanum illata deſitum ſit a civibus tributa conferri, etiam cenſum omnino deſiiſſe: ſed tamen cum Kindio (4) affirmaverim, de pristina cenſus ſeveritate multum remisſum fuiſſe, et cives in mulierem

„ et aerarium non tam Voconiae et Juliae leges, quam „ majestatis crimen; hujus tu penitus metum ſustu. „ listi." — Cf. v. Savigny, über die lex Voconia, p. 236.

(1) Comm. II. §. 274. collat. cum §. 284.

(2) Noct. Att. Lib. XX. Cap. 1.

(3) In Triade, pag. 186.

(4) De lege Voconia, §. 56.

rem hereditatem conferre in animo habentes curare potuisse, ne in prima clasſe cenſerentur; itaque de lege Voconia applicanda in dies minus ſermonem fuisſe.

§. 28.

Lex Papia - Poppaea *legi Voconiae fatalis.*

Quae autem magna ex parte legem Voconiam abrogavit, lex fuit Papia - Poppaea. Quum enim ea lex praemia conſtituebat mulieribus, quae matrimonio contracto liberos haberent, atque, nulla ratione habita Voconiae legis hereditates in eas conferri permittebat, multis feminis facultas, ut heredes inſtitui posſent, indulgebatur, quibus lex Voconia eam ademerat. Tali modo enim eveniebat, ut legi Papiae-Poppaeae obnoxiae a lege Voconia liberae esſent

1°. Omnes mulieres, tres habentes ex matrimonio liberos; hae enim per legem Papiam-Poppaeam omnis hereditatis capiendae facultatem habebant;

2°. Uxores orbae; hae enim ex ſemisſe heredes inſtitui per legem Papiam-Poppaeam posſunt, ex altera autem ſemisſe non posſunt, licet lex Voconia non obſtiterit;

3°. Uxor respectu mariti ex quo communem fi-

filium filiamve habet; haec enim liberam cum ipso testamenti factionem habet;

4°. Mulieres coelibes; hae enim incapaces erant hereditatem capiendi, etsi forte lex Voconia eas non comprehenderet.

His omnibus a prohibitione legis Voconiae exceptis, eae solae ipsi manebant obnoxiae, quae propter aetatem aliasve paucas causas a lege Papia-Poppaea non pendebant (1). Itaque contradictio inter Gellium et Gajum, cujus §. anteced. memini, optime tolli posse mihi videtur, siquidem prior, magis Historicus quam Jureconsultus, legem Voconiam penitus abolitam credidisse dicatur, quia ea ad tam paucos restricta erat casus, ut vix aut ne vix quidem de ea sermo esset: posterior autem, juri ex industria incumbens, etiam in iis casibus quid juris esset, docere voluerit, qui, etsi nunquam occurrerent, tamen theoretico juris studio exponendi erant. (2)

Quando autem lex Voconia penitus sublata sit, hoc forte nimium densis tenebris obductum est, quam ut pervestigari possit. Eo vero tempore, quo Christiani Imperatores jus liberorum et

(1) Quoad legem Papiam Poppaeam cf. sequentis Capitis Sectio. II.

(2) Savigny über die lex Voconia pag. 136 sq. Zimmern, über die lex Voconia pag. 229 sq.

et per hoc jus ipſum cujusque hereditatis capiendae mulieribus omnibus concedebant (1), non amplius Voconii inſtitutum exſiſtere potuisſe, in aprico est. Est autem veriſimillimum, legis prohibitionem eo tempore jam pridem variis cauſis conſpirantibus adeo in deſuetudinem venisſe, ut ne abrogatione quidem expresſa opus videretur. (2)

(1) Tit. Cod. de jure liberorum.
(2) V. Savigny über die lex Voconia pag. 237.



CA-

CAPUT TERTIUM.

DE

FEMINARUM JURE SUCCEDENDI USQUE AD JUSTINIANUM.

SECTIO PRIMA.

DE SUCCESSIONE AB INTESTATO.

§. 29.

Partitio.

Hactenus, lege Voconia absoluta, quae per ipsam instituta sint, et quousque ea valuerint, tractavimus: restat ut ad alia principia respiciamus, quae vel post illam abolitam vel ea adhuc durante, in feminarum successionibus placuerint.

Filia quidem et filius, si aut nullam capitis diminutionem aut eandem passi sunt, eodem jure in legitimis hereditatibus continuo gaudebant. Quid

Quid juris esſet ſi filia in manum convenisſet, *primo* loco nunc tractandum mihi propono. *Sorores* conſanguineae cum fratribus pari jure invicem in ſuccesſione gaudentes, cum his ipſis multas ſubeunt mutationes, quarum explanatio *ſecundam* hujus ſectionis partem implebit. *Matri*, quae in manum non convenerat, nulla hucusque jura erant in liberorum hereditatem; eorum quae adepta ſit jurium hiſtoria parte *tertia* enarrabitur. Quae *uxor* in manu non degens jura conſequuta ſit *quarta* parte hujus ſectionis exponenda ſunt. *Quinto* loco de jure ſuccedendi ab intestato agendum erit, quod tandem *omnibus feminis adgnatis* idem ac masculis est concesſum. *Sexto* denique et ultimo loco de diverſarum ſuccesſionum cauſis quaedam afferemus.

PARS I.

DE FILIA HEREDE.

§. 30.

De filia quae marito in manum convenit.

Filia quae in manum convenerat ad ſuccesſionem intestati omne jus amittebat lege XII Tabb. (1), et multo minus Voconia lege lata ex

(1) § noster 7.

ex parentum hereditate quidquam capere poterat (1). Sed quae ejus conditio fuisset, posteaquam praetor angustissimis finibus constitutum per legem XII Tabb. jus percipiendarum hereditatum dilataverat, et liberos tam in potestate constitutos quam ex ea dimissos ad intestati successionem vocaverat: hoc nullo loco invenio, quamvis haec quaestio nec nimis levis sit, quin attentionem quandam mereretur, nec adeo facilis, ut ejus, tanquam omnino superfluae, ne mentio quidem fieret. Non quidem objici potest, de filia, quae in manum convenisset, herede sermonem esse nunquam potuisse, quia in manum conventio tempore, quo praetoria successio viguit, jam desierat in usu esse: nam etsi hoc matrimonium in dies rarius factum sit, tamen id adhuc tempore Marci Aurelii quamvis rarissimum adfuisse, auctorem habeo Gajum (2). Quum itaque, veteribus quantum scio eam rem silentibus, ex analogia casuum similium argumentari debemus, utrum, quae in manum veniens statum familiae mutavit, bonorum possessionem habeat, nec ne, bini hic in manum conventioni casus analogici cogitari possunt,

(1) §. §. nostri 19, 20, 21.

(2) Comm. I. §. 108-115. Cf. Pirmez Diss. de marito tori violati vindice, Lov. 1822, §. 4.

funt, *emancipatio* et *in adoptationem datio.* Ast Praetor emancipatis liberis bonorum posſeſſionem concedens (1), in adoptionem datis (2) eam omnino denegebat, quippe qui jura ſucceſſionis legitimae in alia familia obtinuerant. Verum ob eandem rationem filia quae in manum marito convenerat; eique locum filiae obtinens heres ab intestato erat (3), non melioris conditionis quam adoptata, ſed eodem modo quo haec, quacum plurimam habet ſimilitudinem (4), nunquam a Praetore ad bonorum poſſeſſionem patris vocata fuiſſe videtur. Quando autem in manum mariti degens coeperit patri ſuo intestato heres exſiſtere, nullis omnino testimoniis nullaque auctoritate niſus affirmare non auderem: tamen hoc veriſimillimum est, in manum conventionem magis magisque ex uſu abeuntem eo tempore, quo Christiani Impp. omnem quoad capitis diminutionem differentiam inter liberos ſustulerint, jam omni ex parte deſiiſſe. Ex

(1) L. 1. §. 2. ff. quis ordo in poſſ. §. 9. Instit. de heredit. q. ab. int. def.
(2) Ulp. fragm. Tit. 28. §. 8.
(3) Vid §§ nost. 4, 8, 6.
(4) Dion. Hal. II. 25., Liv. H. R. XXXIV, 2. Collat. ll. Rom. et Moſaic. 16. Diſſ. circa jus et cond. feminarum. Auct. Magnée, Leodii 1824, p. 71. Cf. noster §. 4.

Ex Novella CXVIII filia cum filio sitne in potestate constituta nec ne, parenti primo loco succedit (1).

PARS II.

DE SORORIBUS HEREDIBUS.

§. 31.

De sororibus heredibus patre defuncto.

De sororibus fratri sororive succedentibus agentes, ne quid confusum et inordinatum proferatur, praeter tempora adhuc distinguendum putamus, utrum pater jam praemortuus an adhuc sit superstes; porro an defunctus, vel quis ex superstitibus sororibus fratribusve capite minutus sit, nec ne. Si quidem defunctus nullam capitis diminutionem passus, et ejus pater jam praemortuus fuerat, sorores item ac fatres succedebant, et quidem initio remotis tam matre, quae in manum non convenerat, quam iis qui fratrum aut sororum statum familiae mutaverant. Postquam autem Senatusconsultum Tertullianum fuit factum, fratribus quidem matrem excludentibus, sorores cum

(1) Nov. 118. Cap. 1.

cum matre, etsi in manu non fuisset, pariter admittebantur (1). Anastasius autem lege antiqua (2) omnes omnino fratres et sorores ad defuncti hereditatem appellabat, ita tamen, ut qui quaeve statum familiae emancipatione perdiderint, tantum dimidiam partem caperent ejus quod ii haberent, qui aut non emancipati fuerint, aut per emancipationem (3) jura adgnationis retinuerint. Justinianus denique primo (4) hoc in tantum mutavit, ut non amplius fratres matrem excluderent, sed cum illa et sororibus aequa parte succederent; quodsi solae sorores et mater supersint, dimidiam partem mater, alteram partem sorores simul haberent. Deinde (5) autem omnem differentiam emancipatos inter se et integri juris constitutos sustulit. Hoc quidem juris fuit, si defunctus aut om-

(1) L. 5. pr. ff. ad SC. Tertul. §. 3. Inst. eodem, Pauli, R. S. h. t. in f. Papiniani, Resp. tit. XI. Obstare videtur Nov. XXII. Cap. 47. §. 2. Cf. Glück. l. c. §. 61. Ranchinus, de success. ab Int. Cap. XII. §. 3.

(2) §. 1. Inst. de suc. cogn., Theoph. Paraph. Graeca ad h. §. idem tit. de gradibus cogn. §. 12.

(3) Secundum l. 11. Cod. de legit. heredibus. Cf. v. Löhr, von Erbrecht der gesch. p. 130.

(4) L. 7. Cod. ad SC. Tertul.

(5) L. 15. §. 1 et 2. Cod. de leg. heredib.

omnino non, aut a patre *praemortuo contracta fiducia* emancipatus fuerat, cum hac sola distinctione, quod primo casu jure hereditatis, posteriori vero jure manumissionis heredes venirent. (1) Aliter autem res se habebat, quando is qui decesserat ex remancipatione manumissus fuerat. Lege enim XII Tabb. extraneus manumissor (h. e. emptor imaginarius, cui pater filiam *non contracta fiducia* mancipaverat (2),) omnes collaterales et adscendentes removebat, sed Praetor aequitate motus decem personas ei praetulit, ita ut fratres sororesve non emancipati ultimo cognatorum loco, attamen ante extraneum manumissorem, venire possent. (3) Sed postquam jam Anastasius conditionem emancipatorum superstitum fratrum meliorem reddiderat, ut supra diximus, Justinianus (4) sua constitutione introduxit, ut emancipationes liberorum *semper* viderentur *quasi contracta fiducia* factae. Itaque tandem Imp. (1) nos-

(1) V. Löhr, v. E. d. g. pag. 129.

(2) §. 8. Inst. de legit. adg. succ. coll. cum §. 2. Inst. de bon. pos. Cujacius, Vinnius ad h. l., Glück von der Intestat-Erbfolge. §. 73. not.

(3) Mosaic. et Rom. LL. Coll. tit. ult. § ult.

(4) § 8. Inst. de leg. adg. succ. L. ult. Cod. de eman. lib. (531)

(5) L. 15. §. 1, 2. de leg. hered. (534)

noster conſtituit ut in fratrum ſucceſſione nulla amplius differentia habeatur, ſive nulli ſive omnes (contracta fiducia vel non) emancipati ſint, ſive mixti; imo ſive conſanguinei ſive *uterini* ſuperſint; omnibus, concurrente matre obſervandis quae jam prius conſtituerat (1)

§. 32.

De ſororibus heredibus patre ſuperſtite.

Non vero initio talia valebant, ſi pater adhuc ſuperſtes fuerit. Etenim ille initio omnem ſucceſſionem filii adhuc in poteſtate conſtituti jure peculii capiebat. (2) Verum primus Imp. Leo peculium quaſi castrenſe ab hac regula excipiebat (3); et deinde conſtituebat, ut omnia lucra nuptialia praeter patrem, deficientibus liberis, ad fratres ſororesve transirent, (4), retento a a patre bonorum uſufructu. Eam denique diſpoſitionem Justinianus ad omnia bona mater-

(1) L. 7. Cod. ad SC. Tertull. (528) Cf. §. 34. infra.

(2) L. 10. pr. ff. ad SConſultum Tertull. L. 1, 2, 9, 14. pr. §. 1. L. 19. §. 3. ff. de caſt. peculio. L. 5. Cod. eodem.

(3) L. 34. Cod. de epiſc. et cler.

(4) L. 4. Cod. de bon. quae lib. (anni 469)

terna et materni generis (1), deinde vero ad quaecunque defuncto extrinsecus acquisita extendebat (2): ita ut hujusmodi bonorum dominium fratres, sorores et mater secundum modum SConsulto Tertulliano determinatum consequantur, ususfructus autem apud patrem remaneat. (3) Si defunctus manumissus fuerat, si quidem ab extraneo, nihil nec pater nec fratres sororesve in ejus successionem juris habebant; a Praetore autem pater primo loco inter decem personas vocabatur; tandem vero legitimus heres factus est (4). Verum si contracta fiducia filium pater manumiserat, omnis filii hereditas ad ipsum jure manumissionis devolvebatur. Postea vero Justinianus sanxit, ut fratres et sorores, sive emancipati sive integri juris, in successione praeferrentur, qui nudi ususfructus *bessem* tantum, si mater adhuc superstes esset, cum ipsa dividebant, *triente* apud Patres sororesve remanente (5), ex *asse* autem usumfructum consequebantur,

(1) L. 11. Cod. Communia de succ. (anni 529)

(2) Cf. v. Löhr von der succession in ein Peculium, l. cit. pag. 103 sqq. L. 6. §. 1. Cod. de bon. quae lib. (529)

(3) L. 7. Cod. de SConf. Tertulliano anni 528.

(4) §. 8. Inst. de Bon. Poss., L. ult. C. de mancip. liberor.

(5) L. 7. §. 1. Cod. de SConsult. Tertull. §. 28.

tur, si mater erat praemortua (1). Igitur sorores in fratris sororisve successione descendentibus defuncti semper posthabitae sunt; patris conditione tandem potiores fuere tam in jure hereditario quam successione in peculium adventitium (2); cum fratribus aequo modo successerunt; cum matre vero si concurrerent, haec unam dimidiam, et ipsae simul alteram partem habuerunt, quod denique etiam per Nov. 22. Cap. 47. §. 2. mutatum lego, cujus tenore sorores cum matre virili ex portione defuncto succedunt. Tali jure gaudebant sorores usque ad latam Nov. 118, qua, omnibus simul ab intestato successionibus dispositis, sorores et fratres germani quidem secundo ordine vocantur cum adscendentibus (3); quibus non superstitibus tertio ordine, primo germani, deinde et fratres sororesve ex uno patre unave matre hereditatem capiunt. (4)

(1) L. 13. Cod. de leg. heredibus §. 32.

(2) Cf. v. Löhr, von dem Erbrecht der Geschwister, loco cit. pag. 133. Idem, von der Succ. in ein Peculium, loco cit. pag. 105.

(3) Nov. 118. Cap. 2.

(4) Ibid. Cap. 3.

PARS III.

DE MATRE HEREDE.

§. 33.

De matris hereditate ante SConſultum Tertullianum.

Cum de matre herede ab inteſtato agatur, ante omnia diſtinguendum eſt, utrum in mariti manum convenerit, nec ne. Quae enim antiquo modo matrimonium iniens in poteſtatem mariti tranſierat, eique filiae loco fuerat, ea procul omni plane dubio legitima heres omnibus ejus liberis quaſi conſanguinea exſtabat (1); quae autem in manu patris liberorum non fuerat, nec iis ab inteſtato ſuccedere poterat (2). Quod principium, progreſſu temporis minus conveniens, in quantum Praetor adgreſſus ſit, hoc paragrapho aptisſime tractandum exiſtimavimus. Etenim, quamvis mater quae in manum mariti tranſgreſſa legitima heres liberis mariti ſui exſtaret, an et a Praetore inter legitimos heredes ad bonorum posſesſionem vocata fuerit, dubium quidem non motum eſt, ta-

(1) Conf. §§. 4. 5. 7. ſupra.
(2) Pr. Inſt. de SConſulto Tertulliano.

tamen, quin quaestio moveatur, nihil impedit, quia nullo veterum loco ea res absoluta est. Attamen, quum Praetor 1°. generaliter omnes adgnatos et consanguineos, qui jure civili vocati essent (1) ad bonorum possessionem admittat; 2. edicto *unde decem personae* tam matrem quam patrem ad successionem filii ab extraneo monumissi vocet (2); 3°. denique tam edicto *unde liberi* (3), quam edicto *unde legitimi* (4) adoptivos vocet, cum quibus mater, quae in manum convenerat, ac plurimam habet similitudinem, et ipsa, sicuti ad legitimam hereditatem, ita et ad filii defuncti bonorum possessionem admissa fuisse videtur. Quae autem mater in manu non fuerat, etsi antiquo jure nec marito nec liberis succedere poterat, a Praetore tamen ad liberorum bonorum possessionem inter cognatos admittebatur. (5) Tali modo itaque undique matrem ad liberorum possessionem admissam habemus, cum hac tamen distinctione, ut, quae non in manu fuerit, *quarto* gradu ad bonorum possessionem inter cognatos vocaretur, verum ea

(1) Pr. Inst. de B. P. L. 2. §. 4. ff. unde legitimi, Pothier, Pand. Inst. h. t. §. 1.

(2) §. 1. Inst. de B. P.

(3) Ulpiani fragm. tit. 28. §. 8.

(4) Idem eodem loco §. 7.

(5) Pr. Inst. de SConsulto Tertulliano.

ea quae in manu patris defuncti degerit, tam jure civili quam praetorio, inter legitimos *fecundo* gradu admitteretur. Idque juris fuit usque ad conditum SC. Tertullianum (1), quo jura matris, quae in mariti sui potestatem non transgressa, magnam partem iis adaequabantur, quae mater liberis consanguinea in eorum successionem habebat. Utroque tamen casu mater liberis hucusque succedere non poterat, si eorum pater superstes adhuc erat, quippe qui omne morte filii derelictum, aut jure manumissionis, aut jure peculii, sibi capiebat. (2).

§. 34.

Senatusconsultum Tertullianum.

Itaque Senatusconsulto Tertulliano, de cujus aetate nihil constat, nisi quod in institutionibus et apud Theophilum (3) sub Hadria-

(1) De eo enim, quod Justinianus §. 1. Inst. de SConsulto Tertull. refert, jam Claudium matribus legitimam successionem concepisse, nuspiam quidquam legitur, nisi forte huc referatur, quod apud Suetonium, in Claudio, Cap. 19. dicitur, concepisse ipsum quatuor liberorum jus. Cf. Glück l. l. §. 60.

(2) Conf. §. hujus 29. Ulp. fragm. tit. 27.

(3) §. 2. Inst. de SCto Tertull. Theop. ad hunc §.

driano (158.) factum feratur, matri quocunque modo nuptae jus in intestati filii hereditatem concedit (1). Verum ut filio succedere posſit, has jam ab initio conditiones adesse oportebat, I°. ut mater jus haberet liberorum, II°. ne adſint descendentes ad hereditatem quocunque modo vocati, III°. ne pater ſuperſit, qui ad ſucceſſionem defuncti aut ad bonorum poſseſſionem cum re pervenire poſset, IV°. ne fratres adſint legitimi heredes defuncto.

Quoad primam conditionem requirebatur, ut mater, ingenua trium, libertina quatuor liberorum jus haberet (2); i. e. aut ter quaterve peperisſet, aut jus liberorum beneficio Principis conſecuta esſet (3), minime vero necesſe erat, ut liberi, quos peperisſet, esſent ſuperſtites (4).

Secundo loco requirebatur, ne defunctus descendentem quemcunque reliquerit, qui ad hereditatem vel bonorum poſseſſionem venire poſſet. Igitur ſi filius defuncti exſtaret, hujus mater ex Senatusconſulto hereditatem nullo modo ca-

(1) Inſt. Pand. et Codicis tit. ad SConſ. Tertull. Paulus Recept. ſent. et Theoph. eodem.

(2) Ulp. fragm. XXVI. §. 8. Paulus, Recept. ſent. Lib. IV. tit. 9. §. 5. §. 2. Inſt. de Senatusconſulto Tertulliano.

(3) Paul. loco cit. §. 2. et 9.

(4) Paulus, loco cit. § 9.

capere poterat, ne in eo quidem casu, quo filius exierat familia, et legitimae hereditatis jure amisso, solo edicto *unde liberi* ad bonorum possessionem vocatus esset (1). Rectissime quidem hic v. Löhr (2) quaestionem movit, an et filiae pariter ac filii defuncti descendentes aviam suam ab hereditate secundum Senatusconsultum removerent; verum in eo paululum justae disquisitionis terminos transgressus mihi videtur, quod ex constitutione Gratiani, Valentiniani et Theodosii demum liberos, in matris suae successione, aviae antehabitas fuisse affirmet. Nam uti ex his solis verbis (3): „ mortuae filiae *ex constitutionibus* aviae praeponi-„ tur (non opponitur)" non sequitur, ante has constitutiones, quaecunque fuerint, aviam in successione matris liberis potiorem fuisse, ita neque ex hoc loco solo derivari potest, liberos filiae defunctae post ipsas demum coepisse aviam excludere. Imo *istas constitutiones* aliter, quam per constitutionem l. 4. Cod. ad Senatusconsultum Orficianum, quae neque huc pertinere videtur (4), me interpretari posse confido. Nimirum Se-

(1) L. 2. ff. §. 8. 9. 10. ad SC. Tertull. §. 3. Inst. eodem Ulp. fragm. tit. 26. §. 8.

(2) v. Erb. der M. pag. 114.

(3) § Inst. de SC Tertull.

(4) Vinnius, ad §. 3. I. de SC. Tertull.

Senatusconsulto Tertulliano condito mater quidem filiae suae succedere coeperat: attamen, uti ante Senatusconsultum Orficianum, quod 20 fere annis post illud latum est (1), nec mater aviae ab intestato heres erat, ita nec nepotes matri suae heredes esse, neque ideo aviam, quae in matris successionem jus jam acquisierat, ab ea excludere poterant. Postquam autem Senatusconsultum Orficianum fuit perscriptum, nepotes, quia ipsi matri heredes fuere, eo ipso aviam repellere debuerunt. Quod per SCtum Orficianum mutatum jus constitutiones confirmantes, quorumcunque sint Imperatorum, Justinianum loco citato in mente habuisse existimaverim.

Tertia conditio autem, ut mater Senatusconsulto Tertulliano ad filii successionem venire posset, fuit, ne pater ad ejus hereditatem jure civili, vel ad quamcunque bonorum possessionem cum re a Praetore vocatus esset (2). Etenim, quamvis respectu matris jus ex SCto Tertulliano omni praetorio edicto praeferendum esset, id tamen respectu Patris omnino inferiori loco habebatur; quoniam Senatusconsultum omni ca-

(1) Reitz, in paraphrasi Theoph. pag. 553. nota *f.* et pag. 559 nota *d.*

(2) Ulp. fragm. 26. §. 8. §. 3. Inst. de SC. l. 10. ad SC. Tertull.

casu cessabat, quo pater quocunque modo, puta edicto *unde cognati* (si in adoptiva familia esset) ad bonorum possessionem pervenire poterat. Verum ut pater matrem excludere possit, semper bonorum possessionem *cum re* eum nancisci oportet, matre omnibus iis casibus Senatusconsulto Tertull. admissa, quibus pater, etsi a Praetore vocatus, ab adgnato quocunque excludi possit, quem ipsum mater removere poterat (1). Verum hic oritur subtili circulo hoc argumentum: Adgnatus, qui ipse a matre excluditur, efficit, ut pater ab ipsa removeatur, etsi illo non exsistente, pater cum matre simul ad bonorum possessionem *unde cognati* admissus fuisset (2). Imo si esset adgnatus, qui a matre non removeretur, e. g. soror consanguinea, etsi cum matre simul admittebatur, ea tamen *sola* patrem excludebat, ideoque si hereditatem repudiaret, mater ex Senatus Consulto propter patrem venire non poterat, sed simul cum ipso bonorum possessionem habebat quasi cognata; si autem et pater bonorum possessionem repudiaret, nil amplius obstabat, quin mater ex SCto. hereditatem caperet (3). „Sed si ipsa mater eadem fuerit et „consanguinea (utpote quoniam pater matris „ne-

(1) L. 2. §. 17. ff. 38. 17.
(2) v. Löhr v. E. d. M. p. 117.
(3) L. 2. §. 18. ff. ad SC. Tertull. (38. 17.)

„ nepotem ex filia adoptaverat (1)) fuerit prae-
„ terea et pater naturalis (*in adoptiva fami-*
„ *lia*) haec mater, ſiquidem quaſi conſanguinea
„ veniret, patrem excludebat; ſi jus conſan-
„ guineae repudiasſet, vel capitis diminutione
„ amiſisſet, ex SCto propter patrem venire non
„ poterat (2)."

Quarto denique loco conſanguinei fratres capite non minuti matrem, quo minus beneficio SConſulti frueretur, impediebant, nulla ratione habita an ſint ſoli fratres an ſororibus commixti (3). Sin autem ſolae ſorores defuncti adfuerint, hae matrem nunquam excludebant, ſed pariter, id est, aequali parte (4), initio ſaltem cum ea ſuccedebant, quamvis postea mater dimidiam, ſororesque ſimul alteram partem fuerint conſecutae (5). Haec autem in ſucceſſione matris ſecundum SCtum Tertullianum valebant ſtatim ab initio ad Severum, qui

(1) Verum quod et evenire poterat, ſi mariti in manum convenerat, Cf. v. Löhr, pag. 118. et §. noster 7.

(2) L. 2. §. 19. ff. ad SC. Tertull.

(3) Cf. §. noster 31. L. 5. pr. ff. ad SC. Tertull.

(4) Paul. R. S. Lib. IV. tit. 9. in fine. — Papian. Lib. Resp. tit. XI. — Glück §. 87. in fine.

(5) §. 5. Inſt. de SC. Tertull. l. 7. pr. Cod. eodem, Nov. XXII. Cap. 47. §. 2. v. Löhr. p. 119. §. 31. ſupra.

qui quae in matris hereditate, item ac ejus succesfores, mutaverint, fequenti §. erit peragendum.

§. 35.

De matris succesfione fecundum SC. Tertull. *inde a* Sept. Severo.

Primum itaque in jure quod matri SConfultum Tertullianum concedebat, Imperator Septim. Severus quaedam immutavit per conftitutionem, quae ipfa quidem non amplius exftat, fed cujus fragmenta in variis Pandectarum locis occurrunt (1), cujusque argumentum per posteriorem conftitutionem (2) confirmatum habemus. Conftituit autem Imp., ne ullo modo mater liberis fecundum SCtum Tertull. fuccedere posfet, fi non petierit tutores inpuberibus fuis idoneos, vel prioribus excufatis rejectisve non confestim aliorum nomina ediderit. (3) Hoc quidem ex Conftitutione D. Severi; postea vero fi modo intra annum tutorem petere non neglexerit, ab ejus im-

(1) L. 2. §. 2. ff. qui petant tutores L. 2. §. 22-447. ff. ad SC. Tertull.
(2) L. 10. Cod. de leg. hered. anni. 439.
(3) L. 2. §. 23. fqq. ff. ad SC. Tertull.

impuberis succesſione non repellebatur (1). Si vero filius defunctus ſit pubes factus, mater ad ejus ſucceſsionem ſemper admittebatur, licet ipſi impuberi tutorem non petierit (2) Eodem modo omnis matri ſucceſsio denegabatur, ſi ipſa tutelam impuberis ſuſceperit et contra ſacramentum praeſtitum ad ſecundas convolarit nuptias (3), antequam tutorem alium curaret ordinari et quod deberet ex ratione geſtae tutelae perſolveret (4). Imo quando mater, etiam non ſuſcepta tutela, ſecundum elegerit conjugium, rerum tantum extrinſecus defuncto acquiſitarum heres esſe poterat, rerum paternarum autem uſufructu retento proprietatem ſororibus transmisſura.

Si autem mulier neqnaquam religionem priori viro nuptiarum festinatione praeſtiterit (5) et ante annum luctus praeterlapſum alii viro nupſerit, ea praeter ceteras poenas et huic ſuberat incommodo, ut in filii filiaeve ſuccesſione ſemper fratribus ſororibusve defuncti posthaberetur;

(1) L. 10. Cod. de leg. hered. 439. §. 6. Inſt. de SC. Tertulliano.

(2) L. 3. Cod. ad SC. Tertull. 354.

(3) L. 2 Cod. quando mulier tutelae aſſ. 343.

(4) L. 5. Cod. ad SC. Tertull. 438.

(5) L. 1. Cod. de ſecundis nuptiis Nov. 22. C. 22.

tur; nec unquam ad ejus hereditatem pervenire posset, nisi his omnibus fatali sorte intestatis defunctis. (1) Hisce tamen non admodum ipsum SConsultum spectantibus Constantinus M. vero re ipsa illius conditionem et naturam adgrediebatur. Constituebat enim anno 321, ut mater cum viri sui fratre sive defuncti patruo concurrens, ipsa tertiam hereditatis partem consequeretur, *etsi jus liberorum non haberet*; si vero hoc jure gauderet, *omni casu* succederet, non plus tamen quam duas tertias adipisceretur (2). Imperatores deinde Valentinianus et Valens per constitutionem anni 369. hoc jus in tantum mutasse videntur, ut quae mater jure liberorum gauderet, non *omni casu* succederet, sed antiquo modo fratribus consanguineis posthaberetur. (3) Imperatores autem Theodosius et Valentinianus omnes antecedentes constitutiones evertebant, atque sanciebant anno 426., ut mater, nulla ratione habita juris liberorum, semper duas tertias hereditatis ha.

(1) L. 4. Cod. ad SC. Tertull. 380.

(2) L. 1. Cod. Theod. de leg. hered. §. 5. Inst. de Senatusconsulto Tertulliano.

(3) L. 2 Cod. Theod. de leg. hered. Constitutio haec quidem corrupta et mutilata est, ex restitutione autem Godofredi, Comm. ad hanc legem, talia leguntur.

habere posſet, unam vero tertiam aut patruus ejusve descendentes aut etiam emancipatus frater defuncti conſequeretur. (1)

Verum tandem Justiniano viſum est, recta et ſimplici via, matrem omnibus lègitimis perſonis, exceptis fratribus et ſororibus, anteponere. (2) Nimirum matrem in omni caſu, ſive jus liberorum habeat ſive non, (3) defuncto ſuccedere voluit; nec a fratribus amplius removeri, ſed cum his aequa ſorte heredem esſe, cum ſolis ſororibus vero ex ſemisſe: conſtituitque, ne amplius patruo defuncti ulla ex ſucceſſione pars daretur, ſi mater adhuc esſet ſuperſtes. (4) Si vero pater defuncti adhuc vitam agebat, is in filii *emancipati* ſucceſſione non amplius matri praeferebatur, ſed bonorum proprietate ad fratres ſororesve transeunte, cum matre uſumfructum ex besſe ambobus ſimul competentem aequa lance dividebat (5), reliqua parte uſusfructus apud fratres ſororesve remanente.

Si

(1) L. 7. Cod. Theod. eodem.

(2) §. 5. Inſt. de SConſult. Tertull.

(3) L. 2. Cod. de jure liberor. anni 528.

(4) L. ult. pr. Cod de SConſulto Tertull. anni 528. Secundum doctorum virorum ſententiam hoc fragmentum et quod nota anteced. citatum est, ex una eademque conſtitutione ſumta ſunt.

(5) L. ult. §. 1. Cod. de SConſ. Tertull.

Si defuncta persona in sacris patris constituta decesserit, pater totum habebat usumfructum, mater vero in proprietatem hereditatis cum fratribus atque sororibus vocatur (1). In quo jure succedendi respectu matris ante Novellam CXVIII nil mutatum est, nisi quod Justinianus omnia quae mater habere posset incommoda ex secundis nuptiis postea sustulerit (2), et deinde in casu quo sorores solae cum matre succederent, non amplius matrem dimidiam unam sororesque simul alteram capere, sed omnes ex virili portione venire voluerit. (3)

Itaque tandem matris successio tali modo comprehendi potest. Mater, nec fratribus sororibusve neque patre exsistentibus, sola in omnem defuncti hereditatem succedit; mater, fratribus aut sororibus superstitibus, patre praemortuo, cum ipsis aequa ex parte heres est; si omnes supersunt, et fratres sororesve et pater, tunc mater modo cum liberis proprietatem bonorum adventitiorum dividit (si defunctus in potestate constitutus decesserit); modo cum patre simul duas tertias ususfructus habet (si defunctus homo fuerit sui juris). Quid juris esset, si mater cum so-

(1) L. ult. Cod. eodem, in fine.
(2) Novella 2. Cap. 2.
(3) Nov. 22. Cap. 47.

ſolo patre ſuperſuerit, de eo novisſime nihil conſtitutum est. (1)

Ex Novella CXVIII mater ſimul cum patre et, ſi adſint, fratribus ſororibusve germanis ſecundo ordine (adſcendentium) ad ſuccesſionem ab intestato vocatur (2), nulla ratione habita, ſi quae in familia intervenerit capitis diminutio. Imo et avia nunc per ſuccesſionem in lineas nepoti heres esſe coepit.

PARS IV.

DE UXORE HEREDE.

§. 36.

Uxoris ſuccesſio ex Nov. 53. et Nov. 117.

Uxor, quae in manum convenerat, viro defuncto ſua heres exſtabat jure civili (3); a Praetore vero eodem modo ac adoptiva edicto *unde liberi* vocata esſe videtur. Etenim a patris ſui hereditate tam jure civili (4) quam praetorio jure (5) remotam, in mariti ſucces-

ſio-

(1) Cf. von Löhr, loc. laud. pag. 124.
(2) Nov. 118. Cap. 2 et 3.
(3) § ſupra 4, 7.
(4) § ſupra 4, 7.
(5) § ſupra 30.

ſionem uti lege ita et edicto admiſſam fuiſſe eo magis existimamus, quo eadem uxor Praetoris beneficii circa *facultatem abſtinendi* particeps fuit. (1). Quae autem uxor in manum non convenerat, Jure Civili a mariti ſucceſſione remota erat, nec a Praetore, niſi edicto *unde vir et uxor* ultimo ordine vocabatur, ſi nimirum in justo matrimonio usque ad mortem mariti cum ipſo vixerat. (2)

Si poenas ſecundarum nuptiarum excipias et luctus intermiſſi (3), hoc jus uxoris circa ſucceſſionem, usque ad Justinianum immutatum, ab Imperatoribus Theodosio et Valentiniano (4) adhuc anno 427 confirmatum est. Justinianus primus utrique conjugi ad ſimilitudinem uxoris injuste repulſae ſuccurrebat, ſanciendo (5), ut, ſi conjux ſuperſtes inops eſſet, defunctus autem dives fuerit, ille quartam partem ſubſtantiae defuncti accipiat. Deinde vero conſtitutionem (6) ferebat, qua non amplius viduus, ſed ſola vidua marito intestato ſuccedere poterat. Verba Imperatoris haec ſunt: „ Virum

(1) Gajus, Comment. II. §. 159.
(2) L. unic. ff. unde Vir et Uxor.
(3) Tit. Cod. de ſecundis nupt.
(4) L. unic. Cod. unde vir et uxor.
(5) Nov. 53. Cap. 6.
(6) Nov. 117. Cap. 5.

„ rum tamen talibus casibus quartam secundum „ priorem nostram legem (1) ex substantia mu- „ lieris accipere omnibus modis prohibemus." Attamen plures Jureconsulti (2) jungendo cum his verbis, quae immeditate illis antecedant, eam deteriorem viri conditionem de solo eo casu intelligunt, quo vir uxorem sine causa agnita projecerit. Verum quoniam Imperator non *de uno casu*, sed de *talibus* loquitur; quoniam porro dicit: „ quartam secundum nostram legem vi- „ rum capere prohibemus", nulla lex autem unquam viro quartam dedit bonorum uxoris sine causa projectae; quoniam denique et libri *βασιλικῶν* nostram sententiam confirmant (3): haesitare non possum cum plurimis Jureconsultis (4) pro-

(1) D. Nov. 53. Cap. 6.

(2) Huber, Prael. ad Inst. Tit. de successſ. ab int. §. 18. Koch, successſ. ab int. §. 110. Höpfner, Comm. über die Hein. Institutionen §. 702, Anmerk. 1. Overbeek, Meditationem über Rechtsmaterien, 4ter Band Med. 241 &c.

(3) Lib. XXVIII. Tit. 12. cujus verba Fabrottus, Basilic. Tom. IV. pag. 446 sq. ita Latine reddit: „ Maritum autem inopem, qui nullam donationem propter „ nuptias dedit, aliquid ex substantia uxoris suae cape- „ re omnibus modis prohibemus: nisi uxor ei aliquid „ donare voluerit aut relinquere."

(4) Cujacius Expos. Nov. 53. Voet Comm. ad Pand. Lib. 38. post Tit. 17. §. 24. Madihn Princip. jur. civ. de successſ. §. 54. Hugo Lehrbuch des heu-

profiteri, Justinianum viro quartam ex substantia uxoris omnino denegasse. Itaque *sola* vidua (non etiam viduus) non vero *omnis vidua* defuncto marito succedebat; etenim conditio ab Imperatore adjecta est: ut superstes inops sit, defunctus autem locuples fuerit. Ceterum quaestio, quae vidua inops, quisve vir locuples habendus sit, nimis praxi adhaerens huc pertinere non videtur: neque tamen cum celeberrimo Voet (1) affirmaverim, eam quaestionem solo arbitrio judicis decidendam esse. Vidua inops ea esse videtur, quae, dote expers, rebus suis vitam agere non potest, uti locus defuncti atque familiae ratio suadet. Defunctum eum locupletem haberem, cujus hereditas sufficit ad matrem liberosque decenter alendos. (2)

§. 37.

Quae portio uxori ex hereditate competat.

Praeterea Imperator per Nov. 53. et 117. etiam partem uxori ex substantia viri competentem defini-

heutigen Römischen Rechts, 5 Ausg. §. 169. Glück Intest. Erbf. §. 137.

(1) Cf. Voet ad ff. loco laud. §. 24. Cf. Strubens rechtliche Bedenken, II. Theil, Bedenken 58.

(2) Cf. Glück, Intestat-Erbfolge §. 138.

finivit, sanxitque: ut vidua quartam partem substantiae haberet, si tres vel pauciores liberi superessent; virilem autem portionem, si quatuor aut plures. Porro ut vidua cum liberis succedens suae portionis non nisi usumfructum haberet, ceterum etiam suae partis dominium consequeretur. Prima dispositione quantitas, secunda qualitas portionis uxoris determinatur. Quoad primam dispositionem oritur quaestio, utrum eadem distinctio observanda sit, si mulier, non quidem cum liberis, sed cum adscendentibus collateralibusve defuncti succedat, an vero tum utique quartam capiat. Illam sententiam inter alios Koch (1), Madihn (2), Overbeek (3), Glück (4), defendunt, hanc vero Struvius (5), Voet (6), Rittershusius (7) aliique profitentur. Quamvis autem defensores primae opinionis verbis Novellae 117, Cap. 5., adjuvari videantur: „ sin autem mulier *liberos* „ *ex eo non haberet*, jubemus, *ut res quae* „ *ex substantia viri ad eam venire hac lege* „ *jus-*

(1) De succesf. ab intest. §. 112.
(2) De successionibus §. 54.
(3) Meditationen, 4 Band 242te Medit.
(4) Von der Intestat. Erb-folge §. 139.
(5) Syntagm. juris, Exercit. 38. Th. 39.
(6) Ad Pand. post tit. 17, libri 38, §. 24.
(7) Exposit. Novellar. P. VII. Cap. 17. n°. 11.

„ *jusſimus*, etiam domini jus habeat:" tamen hanc antitheſin, *ſi liberi ſuperſint an non*, ad id ſolum referendam puto, utrum uxor uſumfructum tantum an vero dominium haberet, nec ad partem mulieri jam aſſignatam quidquam facere existimo. Imo eo magis hoc affirmaverim, quod aliter uxor cum ipſis liberis, ſi tres pauciores ve eſſent, ſuccedens majorem caperet partem, quam ſi cum pluribus forte ultimo gradu defuncto conjunctis concurreret. Id quod nullo modo est de generali conſtitutionis indole. Sin autem maritus legatum aliquod uxori reliquerit, quod minus ſit quarta parte, id expletur (1), et imputatur in portionem lege definitam (2). Nunquam tamen quarta pauperi uxori conceſſa ſummam 100 aureorum excedere debet (3).

Quod attinet ad jus, quod vidua ſuperſtes in ſuam portionem acquirit, de hac duplici modo quaeri potest: primo, quando mulier ſolo uſufructu, quando vero jure dominii fruatur? deinde, utrum jure hereditario portionem aſſignatam accipiat, an ſimplici beneficio legis?

Uxor autem uſumfructum partis definitae accipit, ſi liberi, quos ex defuncto habeat, adhuc ſint

(1) Nov. 8. Cap. 6.
(2) Anth. Praeterea, Cod. unde vir et uxor.
(3) Nov. 53. Cap. 6. princ. coll. cum Nov. 22. C. 18. Nov. 117. Cap. 5.

ſint ſuperſtites, rerum autem dominium habet; ſi heredes ab inteſtato aut liberi ſint ex praemortua uxore aut alii quicunque. Utrumque expreſſis verbis, tam in *Novella* 117. Cap. 5. quam in *Anth. Praeterea l. unica Cod. unde vir ex uxor*, continetur nec in dubium vocari poteſt: ſed de eo quaeſtio eſt, an morientibus liberis quibus dominium ſervatum eſt, uxor partis, cujus uſumfructum jam habet, inſuper dominium conſequatur? Struvius (1), Koch (2) multique alii credunt, matrem, poſtea quam liberi diem obierint, plenum ſuae portionis dominium nanciſci, ceſſante nimirum cauſa propter quam ſolo uſufructu contenta eſſe debuerit. Contra Madihn (3) ceterique pauci contendunt, proprietatem hereditatis jam morte defuncti pleno jure ad liberos pertinere, nec ad matrem tranſire poſſe, niſi ipſa illis heres exſiſteret. Quae ultima ſententia verior mihi videtur, quoniam inaudita res eſt, dominium ad uſumfructum revertere, communis autem regula proponitur, omnem uſumfructum ad dominium redire. Tandem quaeritur, an portio uxori aſſignata revera jure hereditario veniat? an igitur cum

(1) Syntagm. jur. civ. Exercit. 38. Th. 39.
(2) Succeſſ. ab int. §. 112.
(3) De ſucceſſionibus §. 54.

cum ceteris heredibus commodorum atque onerum hereditatis ſit particeps? an nominatim jus habeat accrescendi et ad defuncti debita ſolvenda ſit obligata? Plures (1) Jureconſulti uxorem veram heredem esſe negant; attamen quaecumque ſint quibus utantur rationibus, ipſa Imperatoris verba (2) nimis clare contrarium docent: „ res mulieris — debitis viri nullatenus „ ſubjaceant; niſi quatenus *ex hac lege* jurium „ illius forte *heres exſtiterit.*" Quo modo autem uxor debita viri ſicuti ceteri heredes pro ſua portione perſolvere debet, eodem modo etiam portio deficientis heredis ipſi accrescit, usque adeo tamen duntaxat, ut non niſi 100 aureos maximam hereditatis partem ſecundum ſaepe laudatas leges accipiat. (3)

Quarta haec tamquam legitima conſiderari potest; ſemper enim uxori debetur ſive intestatus ſive cum testamento maritus mortuus ſit: quamvis defendi non posſit, uxorem cui in testamento mariti nil relictum ſit, habere *querelam inofficioſi* et posſe evertere totum testamentum. Nimirum ad petendam quartam, conditio quae-

(1) Koch, ſuccesſ. ab Intest. §. 113. Höpfner, über die Hein. Inſtitutionen §. 702. not. 1.

(2) Nov. 53. Cap. 6. §. 1.

(3) Cf. Glück, Intestat-Erbfolge §. 143.

quaevis sufficiens videbatur, quam etiam in casu, quo minus debita portione relictum fuerit, specialiter Imp. uxori concedit (1). Haec autem juris fuisse, quum de uxoris successione superstitibus aliis legitimis heredibus quaeratur, demonstravimus; ceterum si nulli, qui ab intestato heredes venirent, supersint, nil impedit, quominus vidua veteri jure edicto *unde vir et uxor* omnem capiat hereditatem (2).

PARS V.

DE FEMINIS NON CONSANGUINEIS HEREDIBUS.

§. 38.

Justiniani *Constitutio* 14. *Cod. de leg. her.*

Quum lege XII Tabularum feminae eodem jure in successionibus gauderent ac viri, media jurisprudentia introducebat, ne feminae quae gradum consanguinearum excederent defuncto succedere possent (3). Justinianus non solum, ut etiam uterinae (4) succederent, constituit, sed

(1) Nov. 59. Cap. 6.
(2) Glück, Intestat. Erbfolge, §. 144.
(3) Cf. §§. supra 8 sqq.
(4) Hoc mutatum jus ab omnibus fere' constitutioni an-

ſed deinde quamcunque hereditatem ad omnes adgnatas pervenire posſe ſanxit (1); ita ut omnes legitimae perſonae, ſive maſculini ſive feminini generis ſint, ſimili modo ad jura legitimae ſucceſsionis ab inteſtato, ſecundum gradus ſui praerogativam vocarentur (2). Itaque, posteaquam ultra VII ſecula adgnatae quae non esſent conſanguineae nullum jus ſuccedendi ab inteſtato haberent, quamvis earum hereditates ad maſculos pertinerent, niſi quatenus a Praetore edicto *unde cognati* vocatae esſent: tandem Justinianus impiam differentiam a media Jurisprudentia excogitatam penitus ſuſtulit, atque in hac parte jus XII Tabularum totum iterum valere voluit. Per. Nov. 118 aeque *cognati* atque adgnati ad ſucceſsionem vocantur.

Hisce quae in feminarum jure ſuccedendi ab inteſtato quovis tempore valuerunt, determinata ſunt

anni 594. (l. 15. §. 2. Cod. de leg. hered.) tribuitur, quod vero ideo affirmare non auderem, quod jam anno 532. (l. 16. Cod. eodem) uterini uterinaeve liberi vocati fuerant. Potius jam 528. ſecundum l. 7. de Senatusconſulto Tertulliano, uterinos admisſos fuisſe confido, dum ibidem frater aut ſoror *ſola cognationis jura habens*, qui reſpectu matris idem *privignus* vocatur, nullum alium niſi uterinum ſignificare poteſt.

(1) L. 14. (Cod. de lag. hered. anni 531.

(2) §. 3. Inſt. in f. de leg. adg. ſucceſſ.

ſunt. Antequam vero alteram hujus capitis ſectionem aggrediamur, qua de ſucceſſione testamentaria agemus, paucis adhuc videamus, quae exſtiterint juris toties mutati cauſae atque rationes.

PARS VI.

RATIONES MUTATI JURIS IN SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

§. 39.

De fundamento Romanae ſucceſſionis in genere.

Succeſſio quaecunque in defuncti bona ex mero jure civili deſcendit. Etenim jure naturali quaecunque homini jura competant, disſolvuntur, cum ipſe homo esſe deſinit; nec ille jura in ſocietate humana habere poteſt, qui ipſe per mortem ei exemtus eſt, ſed univerſis hominibus deficientis jura aequaliter patent. Quae quum ita ſint, neque ſpeciali alicujus diſpoſitione jus, quod univerſo generi humano competit, in unum quemlibet conferri posſe, in aprico eſt (1).

Suc-

(1) Quod contra Hugonem Grotium, de jure belli et pacis, Lib. II. Cap. 6. n°. 14, et Leibnitium,

Succesſionis igitur cujuscunque cauſae ſolis politicis praeceptis juris explanari posſunt; et hoc est, quod in iis inquirendis toties virorum doctorum industria labitur. Nam quae tectae rationes legislatorem revera moverint ad tot diverſas diſpoſitiones levisſimam ſaepe correctionem adhibentes, perfecte ignoramus; cauſas vero quibus moveri debuit non niſi dubias atque incertas eo magis proferre licet, quo minus de moribus et ſtatu publico ejus aevi conſtat, quo mutatum jus apparet. Deinde vero et ideo in inquirendis legum cauſis ſaepisſime falluntur quod nimis ſapientiae legislatoris confidunt. Itaque legum cauſas ponunt, quas magis proprio ſuo ingenio quam legislatori debent. Quoniam enim usque ad nostra tempora (quibus legislatoria prudentia multo longius progresſa dicitur, quam aevo Justiniani) ſemper inſolubile jurisprudentiae probl ma erat: „ leges tales ferre, quales perfecte cauſis, quibus moveri deberent, respondeant;" nec in veterum legum ſcrutandis rationibus negligendum puto, quod ipſi veteres nostrae attentioni commendant: non omnium, quae

tium, nov methodus jurisprud. pag. 56. ſq. recentiores fere omnes Philoſophi et Jureconſulti, uti Kant, Stephani, Heineccius contendunt.

quae a majoribus constituta sunt, rationem reddi posse (1).

Antiquissimae Romanae successionis ab intestato fundamentum, mea quidem sententia (2), naturali juri proximum, in ratione condominii positum erat. Etenim is qui principi familiae subjectus, in res domesticas industriam atque continuum laborem impendit, quoddam jus in ipsas res nanciscitur, quod adhuc vivente patre acquisitum, post ejus mortem ipsi eripi posse non videtur. Ex hac autem ratione condominii etiam Romanos initio profectos esse in defunctorum hereditatibus deferendis, varia antiqui juris principia evidenter docent. Sic enim liberi in potestate constituti initio ad successionem intestati ne vocati quidem erant, sed tanquam condomini rerum paternarum eo ipso defuncti bona habebant. Sic postea principium introductum est, liberos in potestate constitutos testamentum patris evertere, in quo non rite exheredati essent: antequam enim pater de suis rebus disponere poterat, debebat earum dominium iis adimere qui cum ipso condomini habebantur. Ideo neque ii qui familia exierant, nec rerum paternarum cura am-

(1) L. 20. ff. de legibus (1. 3.)
(2) Cf. §. 3. supra.

amplius onerati propriam familiam conſtituerant, ex paterna hereditate quidquam capiebant.

Postquam autem apud Romanos potisſimum ex testamento hereditates deferri coeperant, non amplius ex hac ratione bona defuncti dispenſanda erant; ſed lex deſiderium ejus, qui ob improviſam mortem ultimam ſuam voluntatem declarare non potuerat, ex praeſumto amore defuncti ſtatuebat, atque exinde res defuncti in omnes ejus cognatos inferebat. Hoc mutatum ſuccesſionis fundamentum Praetor in dandis bonorum posſesſionibus jam aliquatenus conſideras-ſe videtur, in novisſima autem Justiniani lege continuo obvenit. Quae vero mutata ratio non minus in feminarum quam cognatorum ſuccesſionibus vim exercuit. Etenim hereditas, ex praeſumto amore deferenda, neque matri neque uxori defuncti deneganda videri poterat.

§. 40.

De mutata feminarum ſucccesſione in ſpecie.

Praeter cognatorum atque adgnatorum differentiam ſublatam, plena ſexuum aequatio potisſimum novae ſuccesſionis diſcrimen ab antiquis Romanorum moribus conſtituit. Supra jam monui-

nuimus hanc aequalitatem in genere barbarae genti non convenire; Romanis vero ab causas peculiares initio non obfuisse (1): donec his causis sublatis nimia feminarum potentia Reipublicae perniciosa fuerit (2): nunc autem populi ferocitate penitus mitigata, urbanioribus Romanis mulierum aequale jus minime oberat. Non quidem cum auctore (3) novae succesionis affirmaverim, *exhonorari naturam*, nisi feminae cum maribus simul succederent, nam succesio a solis politicis praeceptis pendet: sed, mutatis in favorem sequioris sexus moribus, iniquum videri differentiam nimis magnam in juribus utriusque partis humani generis concedo. Etenim ex una parte diuturna temporum tranquillitas atque divitiarum abundantia, ideoque luxus imbellis pravumque otium in viro sustulerunt virtutem ac virile robur, quo eo magis supra mulierem excellit, quo simplicioribus et a perpolita urbanitate alienis utitur moribus (4). Ex altera vero parte non solum haec virilis virtutis declaratio, sed ipsa principia moralia plena exaequationi se-

(1) Cf. §. 1. supra.
(2) Cf. §. 10. §. 14. sq. supra.
(3) Justinianus in Nov. 21.
(4) Tous les peuples qui ont des meurs ont respecté les femmes! *Emile* V.

ſexuum in jure profuerunt. Quum enim praecepta philoſophiae magis excultae, deinde autem maxime religio Christiana in republica adoptata magis ſuam in juris doctrinam vim exercuere, non amplius ex virium praeſtantia jura nasci credebantur, neque igitur praerogativa nimis magna fortioribus viris ſuper imbellem ſexum concedenda erat; ſed omnis homo cujusque ſexus magis magisque aequali loco conſiderabatur. Exinde, tam in hereditatibus conferendis quam ceteris juris commodis, feminae viris aequabantur; est enim exaequatio ſexuum indoles univerſarum fere dispoſitionum, quibus feminarum jus ſuccedendi ex aliqua parte mutatum est. Si vero in quibusdam caſibus mulieri majora ſucceſſionis commoda concedebantur quam viro ejusdem gradus atque conditionis, hoc nullo alio reſpectu fieri poterat, niſi conſiderata deteriore mulieris conditione in iis rebus acquirendis, quibus vitam ſustinere poſſet. Igitur e. g. quod vidua ex viri hereditate quartam accipiat, ſuperſtiti viro ex ejus hereditate denegatam, in ea fundatum eſſe exiſtimaverim, quod vir ad lucrativa negotia magis idoneus, adeo ad partes regundae reipublicae ſolus admiſſus, potius ad vitam neceſſaria comparare ſibi poſſit, quam omnibus ſubſidiis deſtituta vidua.

Has fere generaliores circa feminarum ſucceſ-

ſionem mutati juris cauſas esſe ſtatuo; de ſingulis praeſertim recentioribus diſpoſitionibus in hac parte occultas rationes exquirere opus longum fore atque eventu infelici, existimo.

Sectio Secunda.

DE SUCCESSIONIBUS FEMINARUM EX TESTAMENTO.

§. 41.

Partitio.

Lege Voconia prohibitum fuisſe feminam heredem inſtituere, niſi quae esſet *ſua* aut *conſanguinea* testatoris, ſupra monuimus. Cum vero huic legi maximam partem per legem Juliam et Papiam-Poppaeam, ſub finem liberae Reipubl. latam, abrogatum ſit, ordo operis postulavit, ut hujus ſectionis initium ab hac lege faciamus. Poterant autem ſecundum legem quaedam feminae omnem capere hereditatem testamento, quaedam ſemisſem; quaedam tantum decimam ſuccesſionis partem; quaedam nihil, ut in ſequentibus paragraphis ostendere conabor. Deinde vero adhuc alia res hac ſectione nobis peragenda reſtat, puto filiarum in ex-

exheredatione deterior quam filiorum conditio. Eam rem ad hoc caput referendam existimavi, quoniam ejus initium in tempus huic capiti subjectum incidere videtur; hac autem sectione peragendam putavi, quoniam quae ex neglecta exheredatione oritur filiae hereditas firmo testamento defertur, neque ergo intestati intelligi potest.

PARS I.

FEMINARUM SUCCESSIO EX LEGE JULIA ET PAPIA - POPPAEA.

§. 42.

De feminis quae ex asse institui poterant.

Lege Voconia cautum erat, ne quis census feminam heredem faceret, quae non ab intestato ei heres exsistere posset. Eadem clausula legis erat Papiae - Poppaeae: etenim non solum quae jure civili ab intestato venirent, verum etiam quae a Praetore ad successionem vocatae erant, a poena legis exemtae erant. Nam qui quaeve infra septimum cognationis gradum erant, eodem modo testamento institui poterant (1), quo

(1) Gothofredus, ad legis Juliae et Papiae-Pop-

quo ad intestati succesfionem a Praetore erant admissi (1). Exceptis hisce, femina ex asse hereditatem testamentariam capere non poterat, nisi quae jure liberorum gauderet, id est ingenua quae ter, libertina quae quater peperisset; aut jus trium quatuorve liberorum ab Imperatore impetrasset (2); item a Septimio inde Severo, quae esset uxor licet orba minor *viginti* annorum (3). Deinde vero uxor ex testamento mariti solidi capacitatem habet, etsi jus trium liberorum non habeat, I°. si annorum viginti minor fuerit (4); II°. si quinquaginta annos cum viro in matrimonio vixerit (5); III°. si vir reipublicae causa absuerit, donec abesset et intra annum postquam abesse desiisset (6); IV°. si

fi-

Poppaeae Cap. XXIV. Hein. ibidem Cap. XXXVII. Cujacius, Parat. T. Cod. de infirmand. Caelib. poenis.

(1) §. 5. Inst. de success. Cognatorum.

(2) L. 8. 9. Cod. Theod. de bonorum proscript.— Dio, L. 56. Gothofredus ad legem Juliam et Pap. Popp., legis Cap. XIV. Heineccius, ibid. Cap. XXVIII. ibidemque laudatus Paulus, Recept. Sent. Lib. IV. tit. IX. § 7. 19.

(3) Hein. loco cit. ad legis laud. Cap. XXXVII.

(4) Ulp. fragm. tit. XVI. §. 1. Heineccius, l. c. Cap. XX. Gothofredus, ibid. Cap. XIII.

(5) Ulp. fragm. Tit. XVI. §. 1. Gothofredus loco laud. Cap. XIII. Hein. ibid. Cap. XXI.

(6) L. 36. L. 38. ff. ex quibus causis majores

Hein.

filium filiamve communem ex viro habeat, aut 14 annorum filium, vel 12 annorum filiam vel duos trimos vel tres post nonum diem, aut si intra annum et sex menses unum cujuscunque aetatis impuberem amiserit (1); V°. si intra decem menses post mortem viri ex eo pepererit (2); VI°. si quis liberornm (3) jus a senatu impetraverit.

Hoc quoad solidi capacitatem uxorum juris fuit usque ad Theodosium, qui anno 410. omnibus simul jus liberorum concessit (4). Ceterum feminis extraneis a Constantino inde M. omnis ex testamento hereditas deferebatur (5).

§. 43.

Hein. loco laud. Cap. XXIII. Cf. tamen et Gothofredus loco laud. Cap. XVIII.

(1) Ulp. fragm. tit. XVI. §. 1. Hein. loco laud. Cap. XXIV. Gothofredus ibidem, Cap. XIII. Schultingius ad Ulp. loc. laud.

(2) Ulp. fragm. tit. XVI. §. 1. Gothofredus loco laud. Cap. XIII. Hein. ibidem Cap. XXV.

(3) Ulp. fragm. tit. XVI. §. 1. Gothofredus loc. laud. Cap. XIII. Hein. ibidem, Cap. XXVI.

(4) L. 3. Cod. Theod. de jur lib. L. 1. Cod. Just. eodem.

(5) L. 1. Cod. de infirm. paen. caelib. (8. 58.) anni 339. l. 1. Theod. eodem. Hein. loco laud. ad legis Cap. XIV. in fine, et ad Caput XXVIII. in fine.

§. 43.

De feminis quae ex semisse et ex decimis partibus hereditatem capere poterant.

Mulieres quae ex conditionibus supra allatis totam hereditatem capere non poterant, tamen quin ex semisse heredes ex testamento essent, non prohibitum erat, siquidem liberos nullos haberent, sed tamen matrimonio gauderent, vel intra centum dies marito se jungerent. (1) Hoc tamen solummodo placuit, si mulier ab extraneo heres scripta erat; alia obtinuerunt in mariti successione, ut statim ostendemus. Post constitutionem Const. M. (2) omnis femina ab extraneo ex quantacunque parte institui potest.

„ Uxor licet liberos non habeat, matrimonii „ nomine decimam partem ex hereditate mariti „ capere potest. (3) Quod si ex alio matrimo- „ nio liberos superstites habeat, praeter deci- „ mam,

(1) Hein. loc. laud. ad legis laudatae Caput XXXVII. initio, ibique citatus Sagaminus, Hist. eccl. L. I. C. 9.

(2) L. 1. Cod. Theod. de infirmandis cael. poenis, l. 1 Cod. eodem, anni 339. Hein. ad laudatae legis Caput XXXVII. in fine.

(3) Heineccius ad Cap. XV. laudatae legis.

„ mam, quam matrimonii nomine capit, toti-
„ dem decimas, pro numero liberorum acci-
„ pit. (1) Item communis filius filiave post
„ nonum diem amisſus amisſave unam decimam
„ adjicit: duo autem post nonum diem amisſi
„ duas decimas adjiciunt. (2) Praeter decimam
„ etiam uſumfructum tertiae partis bonorum ma-
„ riti defuncti capere potest, et quando li-
„ beros habuerit, ejusdem partis proprieta-
„ tem. (3) Hoc amplius mulier, praeter deci-
„ mam, dotem petet legatam ſibi." (4) Hoc jus in ſucceſſione uxoris, quod et viciſſim de marito valebat, usque ad Impp. Honorium et Theodosium firmum est, qui omnem inter virum et uxorem rationem ex lege Popia decimarum cesſare voluerunt. (5). Igitur ab anno Christi 339. omnes feminae extraneae ſive jus liberorum haberent ſive non, ex conſtitutione Constantini Magni, ab anno vero 410 etiam uxores ex mariti testamento omnem capere poterant hereditatem ex conſtitutione Honorii et

(1) Idem ad Caput XVI. eadem.

(2) Idem ad Cap. XVII. eadem.

(3) Idem ad Cap. XVIII. eadem.

(4) Ulp. fragm. Tit. XV. Hein. loc. laud. Gothofredus ad Cap. XII. legis Jul. et Popiae Poppaeae.

(5) L. 2. Cod. de infirm. poenis cael. etc.

et Theodosii. Rationem hujus differentiae uxorem inter et quamcunque aliam mulierem, Const. M. in laud. constitutione hanc dixit: marito et uxoribus inter se usurpatio non patebit, quarum fallaces plerumque blanditiae vix etiam opposito juris rigore cohibentur!!!

Ratio atque finis legis Juliae atque Papiae Poppeae duplex a doctissimis viris dicitur, 1°. ut faecunda essent civium Romanorum matrimonia, II°. ut ex hereditate non adquirenda atque caduca aerarium augeretur. (1)

PARS II.

DE FILIA HEREDE EX OMISSA EXHEREDATIONE.

§. 44.

De exheredatione in genere.

Supra (§. 39) jam monuimus, ex antiquissimis juris Romani principiis, liberos in potestate constitutos, quasi condominos rerum paternarum, ipso jure patri ab intestato succedere; per sequelam hujus principii placuit, patrem testamento in

(1) Cf. Hein. Comm. ad leg. Jul. et P. P. Cap. II. Cap. V. initio.

in extraneum res ſuas transferre non poſſe, antequam liberis eorum dominium rite ademerit. Itaque ſui heredes vel inſtituendi vel exheredandi ſunt: ſui autem heredes ſunt liberi in potestate conſtituti, naturales et adoptivi et quae per in manum conventionem familiam ingresſae ſunt. (1) Hoc vero jus non ex XII Tabulis venit, quae liberrimam disponendi facultatem testandi patrifamilias largiebantur, quin neque paulo ante Ciceronem ita plane conſtitit, ut quaestio de eo moveri non potuerit: nam apud Centumviros quaeſitum fuit, an testamentum patris, qui falſo rumote de morte filii inductus fuerat eumque praeterierat, valeret. (2) Verumtamen hoc idem jus jam aetate Scaevolae valuisſe videtur. (3) Adeo ut accurata hujus juris Epocha determinari vix ac ne vix quidem posſit, cum omne jus conſuetudinis ſenſim ſenſimque invaluerit, principio exceptionis modo, in cauſa ali-

(1) Fragm. Ulp. Tit. XXII. §. 14.

(2) Cicero de Orator. L. 1. C. 38. Valerius Max. Lib. VII. Cap. 7. Cf. Schultingius, Jurispr. Antejustinianea, fragm. Ulp. Tit. XXII. nota 39. Cujacius ad §. 2. Inſt. de hered. qual. et differentia.

(3) Cf. L. 29. ff. de liberis et posth. Cf. Balduinus, de Jurisprud. Muciana.

aliqua singulari, mox saepius, tandem pro regula admissum est. (1)

§. 45.

De filia non exheredata in specie.

Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus neque nominatim exheredatus non patitur testamentum valere, filia vero et reliquae personae liberorum si praeteritae sint, valet testamentum, sed scriptis heredibus accrescunt; suis quidem heredibus in partem virilem, extraneis in partem dimidiam. (2) Quum igitur filio et extraneo aequis partibus heredibus institutis filia praeterita esset, tantum suo avocabat, quantum extraneo; si vero duo essent filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam aufert; itaque ex accidenti evenit, ut melioris conditionis sit filia praeterita quam institutus filius. (3) Capiebat autem filia portionem assignatam quasi scripta

(1) Cf. Schultingius, loco laud.

(2) Ulp. fragm. Tit. XXII. §. 16 sq. Paulus, R. S. Lib. III. Tit. IV. §. 8. Gajus, Instit. com. II. §. 124. §. 1. pr. Inst. de exhered. liberorum.

(3) Paul. R. S. Lib. III. Tit. IV. §. 8. Schultingius ibidem. Vinnius, Comm. ad pr. Inst. de exhered. liberorum.

ta heres (1), ideoque heres ab intestato intelligi non potest (2), quamvis *contra testamentum* succedat, etenim et bonorum posſesſio *contra tabulas* non ad bonorum posſesſionem *intestati* referenda est. (3) Verum ſi filia beneficio Praetoris uteretur et contra tabulas bonorum posſesſionem peteret, hereditatem cum extraneo initio non dividebat, ſed omnem capiebat; at conſtitutione Antonini non plus ex bonorum posſesſione habere poterat quam jure accrescendi. (4)

Haec omnia tandem, tanquam maximum vitium antiquae ſubtilitatis Justinianus correxit, ſanxitque anno 531: „ quemadmodum in „ ſuccesſionibus parentum, quae ab intestato „ deferuntur aequa lance et mares et feminae „ vocandi ſunt; ita et in ſcriptura testamento„ rum eas honorari, et ſimili modo exhereda„ tione praecedere, et contra tabulas bonorum „ posſesſionem talem filiam habere, qualem filius „ vel ſuus vel emancipatus haberet: ut et ipſa „ ſi fuerit praeterita, ad inſtar filii emancipati „ vel ſui, vel testamentum ipſo jure evertat, „ vel

(1) L. 4. pr. Cod. de lib. praet.
(2) L. 89. ff. de Reg. juris.
(3) Pr. Inst. de bon. posſ.
(4) L. 4. pr. Cod. de liber. praet. et exh.

„ vel per contra tabulas bonorum posſesſionem „ ſtare non patiatur." (1)

Hisce itaque, ultima differentia inter viros et feminas heredes ſublata, quae in prooemio exponere promiſimus, peracta ſunt: quatenus vero opus ipſum propoſitae quaestioni respondeat, ſagacisſimis viris, qua par est humanitate dijudicandum trado, qui ipſi cupidae ſcientiarum juventutis fautores juvenilem animum atque diligentiam auctoris non ſpernent.

(1) L. 4. Cod. de liberis praet. vel exh.

TANTUM.

